REGISTRUM HONORIS DE RICHMOND

Exhibens

TERRARUM & VILLARUM

Quæ quondam fuerunt

EDWINI Comitis

INFRA

RICHMUNDSHIRE

DESCRIPTIONEM:

Ex Libro DOMESDAY in Theſauria Domini Regis:

Necnon varias Extentas; Feoda Comitis, Feoda Militum, Relevia, Fines & Wardas, Inquiſitiones, Compotos, Clamea, Chartaſque ad RICHMONDIÆ Comitatum ſpectantes.

Omnia juxta Exemplar antiquum in BIBLIOTHECÂ COTTONIANA *aſſervatum exarata.*

Adjiciuntur in APPENDICE

CHARTÆ aliæ, OBSERVATIONES plurimæ, GENEALOGIÆ, & INDICES ad Opus illuſtrandum neceſſarii.



LONDINI:

Impenſis R. GOSLING ad Portam Medii Templi in Vico vulgo vocato *Fleetſtreet*. MDCCXXII.

14

DE



PRÆFATIO.

INTER multos alios, qui *Gulielmi* Normannorum Ducis in ipsius adversùs *Angliam* expeditione fortunam secuti sunt, ex *Eudonis* Britanniæ *Comitis* filiis non pauciores quàm quinque numerantur; *Alanus*, alter *Rufus*, alter *Niger* cognominatus, ac *Stephanus*; tres hi serie continuatâ *Richmondiæ Comites*; item *Brianus*, cui agri in [a] *Cornubiâ* portio data est; & *Ribaldus*, quem *Alanus* frater *Midelhamiæ* oppido aliisque multis in *Richmondiæ Comitatu* prædiis donavit. Duo præterea in eâdem regione viri celebrantur agrorum ditissimi, *Bardulfus* & *Bodinus*, ille cum *Ribaldo* unà conjunctim vocatus [b] *Frater Alani Comitis*, hic [c] *Frater Bardulfi:* fratres verisimillimè duntaxat nothi; nam de his utì legitimis *Eudonis* filiis nullibi fit mentio. Alium quidem, sed spurium, *Eudonis* filium *Deriandum* memorant *Britannicæ Historiæ Scriptores* [d]; at neque hunc, neque *Galfridum* legitimorum liberorum natu maximum, in *Angliam* unquam migrâsse constat.

Mirum quàm variæ falsæque circa *Alanum* primum *Richmondiæ Comitem* opiniones sint editæ; quem ex *Historicis* nostris complures eundem cum *Alano Fergent* Britanniæ Duce comminiscuntur, eodémque indigitant nomine; quod tamen ad illum nunquam pertinuisse comperimus, nisi quia solent uterque inter se

---

[a] Mon. Angl. T. II. p. 902. Append. p. 57. & Tab. Gen. I. N. XIII. [b] Ibid. T. I. p. 572. [c] Ibid. p. 394. [d] Lob. Hist. de Bret. T. I. p. 98. Append.

confundi. Ab illis etiam appellatur [a] *Nepos* & *Gener Gulielmi Conqueſtoris* [b], quaſi hujus filiam duxiſſet; & in utrâque hâc non minùs graviter quàm in priori opinione erratur.

Iſti, quo *Alanus Comes* pro *Alano Duce* accipitur, errori initium planè dederunt tria utriq; communia; idem *Alani* Prænomen, idem vivendi tempus, eadem *Ducum Britannorum* Familia.. Quò autem hæc clariùs diluceant, oportet altiùs rem à *Galfrido* uſque *Britanniæ Duce* retrò repetere. Hic *Galfridus* anno 1008. moriens, binos ex uxore *Aviciâ Richardi* Normannorum *Ducis* ſorore liberos reliquit, *Alanum* & *Eudonem*; inter quos, donec mater fuit ſuperſtes, ſtabilis permanſit amicitia. Eâ non ante annum 1034. defunctâ, *Eudo*, cui ſua minimè placebat Ducalis ditionis [c] portio, adversùs fratrem, quem dominum agnoſcere indignabatur, arma ſumpſit; ſed prœlio ad *Lehonam* commiſſo ſuperatus eſt, & ad pactiones inter ipſum victoremque per affines utriuſque confectas accedere coactus: quarum vi, licèt ipſas conditiones diſertas ignoremus, videtur, dum vixit, *Eudo* ſuam Dominii partem ab omni fratris jure liberam ſibi aſſeruiſſe; [d] *Comitiſque Britanniæ* titulum, æquè ac frater, qui ad quintum duntaxat ab initis pactionibus annum vitam produxit, vendicâſſe.

Eudo, ſtatim è fratris morte, *Conanum* ejus filium tunc trimeſtrem occupavit, & penès ſe retinuit per totum circiter ſeptennium: quo exacto, Nobiles adoleſcentulo Principi & libertatem reſtituerunt, & dominandi jus detulerunt. Principis verò, qui tantùm octennis erat, tutelam cuſtodiamque, ac publicam rerum adminiſtrationem, permiſerunt *Eudoni:* qui modò *Comitis*, modò *Ducis Britanniæ* titulo (ut affirmat [e] *Lobinellus)* gaudebat; quamvis hoc in *Chartarum* ab eo allatarum nullâ compareat.

Conano hôc ſecundo abſque prole legitimâ de vitâ decedente, *Hoelus* Nannetium *Comes*, cui *Avicia* unica illius ſoror nupſerat, renunciabatur Dux, anno 1066. vertente, jure uxoris; quæ ſexto poſtea anno obiit, cùm ei quinque liberos genuiſſet: quorum maximus natu *Alanus*, cognomine *Fergant*, paternum *Britanniæ* Ducatum anno 1084. ſuſcepit. *Eudoni* anno 1077. defuncto, in *Penthieveræ* Comitatum ſucceſſit *Galfridus* natorum maximus; qui ſe etiam nuncupavit *Britannorum* [f] *Comitem*, quamvis nullum alium, præter illum priorem, titulum in Britanniâ nactus fuerit. Reliquis *Eudonis* filiis in *Angliâ* amplè proviſum eſt.

---

[a] Vide chartam Willielmi Alano datam. [b] Dugd. Bar. T. I. p. 46. [c] Lob. T. I. p. 91. [d] Lob. T. II. p. 112. Vide etiam p. 111. ubi in eâdem chartâ ſcribuntur *Alanus* & *Egio Britannorum Monarchi*. [e] Lob. T. I. p. 94. [f] Lob. T. II. p. 118.

His præmiſſis, nihil eſt evidentius, quàm *Alanum Fergant, Britanniæ Ducem*, ab *Alano Rufo*, primo *Richmondiæ Comite*, omninò diverſum fuiſſe: neque poteſt ullius authenticæ *Chartæ* teſtimonio evinci, quòd *Alanus* RICHMONDIÆ COMES titulum *Britanniæ Comiti Duciſve* unquam aſſumpſerit; quamvis tota familia & in noſtris & in [a] *Britannicis* ſcriptoribus legatur illum ſibi titulum attribuiſſe. Idem & de *Alano Nigro*, qui eandem poſt illum in *Richmondiæ Comitatu* dignitatem obtinuit, dici poteſt. Quamvis enim, authore *Gulielmo Dugdalio* [b], ſe *Britanniæ & Angliæ Comitem* ſcripſerit, nihil aliud voluit his verbis intelligi, quàm ſe & *Britannum* & *Anglicum Comitem* fuiſſe. At ut omnis ſcrupulus eximatur, nulla eſt controverſia, quin *Dugdalius* in nomine erraverit, cùm ei aſcribat Diplomata ab ejus nepote *Alano, Stephani Richmondiæ Comitis* filio, ſuis *Richmondianis* municipibus indulta; utì in eorundem ultimo [c] expreſsè indicatur. Cui rei fidem ulteriùs faciet Cœnobii *Bilandenſis Regiſtrum* [d], in quo legimus Abbatiam *de Fors* in *Richmondiæ Comitatu* ab *Akario* prædicti *Bardulfi* filio fuiſſe, *Stephano* regnante, fundatam. Quum itaque *Alanus* ſecundus *Richmondiæ Comes* mortem (quod poſtea probabitur) ineunte *Gulielmi Rufi* regno obierit; oportet haud alium eſſe, quàm *Alanum* tertium, *Nigrum* quoque vocatum, qui donationem ab *Akario* in Abbatiæ illius uſum collatam [e] ſanxerit: & ad illum ſanè, quatenus *Stephani Richmondiæ Comitis* filium, & *Berthæ*, quæ erat *Conani tertii Britanniæ Ducis* filia & hæres unica, maritum, jus pertinebat haud quaquam dubitandum titulis ambobus & ditionibus ad eos adnexis potiundi. His adde, quòd *Alanus*, cujus authoritate *Chartæ* illæ ratæ ſunt, bis in *Monaſtico Anglicano* [f] memoretur filium habuiſſe nomine *Conanum*, ſuorum deinceps titulorum amborum & poſſeſſionum hæredem: certum autem eſt *Alanum* ſecundum prolis expertem deceſſiſſe.

Atat objiciatur, nihil, quod contrà ſcimus, obſtare, quominus, prior illa [g] *Charta* ad id propoſitum allata potuerit ab *Alano* ſecundo concedi. Lector autem animadvertat, velim; teſtium, quorum nomina chartæ adjiciuntur, alterum eſſe *Akarium* Abbatiæ conditorem, *Scollandum* alterum tempori, quo condita eſt [h], æqualem.

Hæc ad *Alanos*, modo quocunque *Richmondiæ Comitatui* affines, inter ſe diſtinguendos ſatìs eſſe viderentur; niſi his *Argenterius* in

---

[a] Hiſt. Gen. de Bret. par. du Paz. p. 9. [b] Baron. T. 1. p. 47. [c] Vid. App. N. XVII. XVIII. [d] Mon. Angl. T. I. p. 869. [e] Vide Dugd. Bar. T. I. p. 47. [f] T. 1. p. 872. & p. 875. [g] App. N. XVII. [h] Vide Mon. Ang. T. I. p. 847. a. 42.

ſuâ

ſuâ *Britanniæ Hiſtoriâ* adeò contradixiſſet, ut aut quæ aſſeruimus, fruſtra eſſe, aut quæ ſcripſit, pro falſis haberi & à nobis refelli neceſſe ſit, quippe [a] narrat, " *Gulielmum Normanniæ Ducem*, ante" quam ſe ad expeditionem contra *Angliam* compararet, impe" trâſſe copias auxiliares ad *Hoelo Britanniæ Duce* ſuo fratre ſoro" rio, quibus *Hoelus* ſuum filium *Alanum Fergant* præfecit; *Alanum*, " cùm in *Angliam* adveniſſet, in prœlio *Haſtingis* commiſſo ex" tremo *Gulielmi Ducis* agmini imperâſſe; huic poſtea *Alano*, in " militaris operæ bene navatæ præmium, à *Duce Gulielmo* ipſius " avunculo, apud Eboraci obſidionem, conceſſum *Richmondiæ* " *Comitatum*; *Alanum* tandem cum maximâ ſociorum parte in " *Britanniam* reverſum, relictis hìc duntaxat tenuioribus, iſtiſque " militibus, qui fortunæ ſoli ſervientes à reditu non multum " lucri ſperabant."

Narrationem hanc totam qui paulò attentiùs examinaverit, inveniet eſſe errorum ſeriem à capite ad calcem continuatam. *Hoelus* enim non erat *Dux Britanniæ*, cùm *Gulielmus* iter in *Angliam* ſuſciperet, *Conano* ſecundo tunc vivente, & *Britanniæ* potiente aliquot menſes poſt *Gulielmi* ad *Pevenſeiam* appulſum; qui in octavum Septembris 1066. incidit, mors *Conani* non ante Decembris ſequentis undecimum; *Haſtingarumque* prœlium, *Haroldo* Angliæ Rege ibidem occiſo, liti de regno agitatæ finem intermedio Octobris quarto die impoſuerat, antequam *Hoelus Britanniæ Ducatum* adiviſſet. Quod autem ſpectat ad affinitatem inter *Hoelum* & *Gulielmum*; neque ille hujus, nec hic illius ſororem duxit; ſed ille *Matildem Flandriæ Comitis* filiam, hic *Aviciam* filiam *Alani* tertii *Britanniæ Comitis:* cujus igitur filius *Alanus Fergant* nullo pacto erat *Gulielmi* nepos. Hujuſmodi eſt etiam commentum de *Alano*, poſtquam *Richmondiæ Comes* eſſet creatus, in *Britanniam* reverſo, deque hìc relictis ſociorum tantùm tenuiorum aliquibus: crebræ quidem, dum vixit, huic fuerunt in *Britanniam* & inde rurſus in *Angliam* itiones; at verò non in *Britanniâ*, ſed in *Angliâ* fixit ſuarum fortunarum ſedem; hìc (utì ex libro **Doomsday** quem vocant, liquet) habitavit ipſe unà cum ſuis fratribus ſuorumque aſſeclarum præcipuis; hìc mortuus eſt, & ſepultus.

Compluribus negotium faceſſit nominis *Fergant* ſignificatio: alii exponunt *Rufum*, quòd *Alani* iſti plerumque *Fergant* vel *Rufi*, ſimul nomen ſibi induant; alii nullam afferunt interpretationem. Malumus itaque rem in dubio relinquere, quàm de eo, quod ignoramus, decidere: nec ægrè venia nobis dabitur ignorandi id, de

[a] Hiſt. de Bret. par d'Argent. p. 224.

quo ipſe ambigit *Lobinellus* optimus Antiquitatum *Britannicarum* Interpres. Quippe nihil aliud dicit, quàm [a] eſſe quoddam agnomentum, quo nonnulli putant *Minorem* vel *Juniorem* ſignificari. Quod *Argenterio* non videtur omnino diſplicuiſſe, qui eum *Alanum Fergent* vel *Minorem* nominat.

Noſtri *Regiſtri* initio icon Conqueſtoris *Alano Rufo Richmondiæ* Comitis dignitatem tribuentis, *Chartam* brevem ei dando, adumbratur. Id omnes noſtros ſcriptores in errorem induxit, quamvis primo aſpectu prodat certiſſima falſitatis indicia: utì in [b] noſtris deinceps *Obſervationibus* probabitur. Verum hoc eſt nihilominus & nuſquam controverſum, huic *Alano* omnium prædiorum, quibus in *Agro* [d] *Eboracenſi* fruebatur *Edwinus Comes*, poſſeſſionem datam fuiſſe; & illa [e], quæ in *Norfolcienſi*, *Suffolcienſi*, aliiſque Comitatibus accepit, ad Comites *Edwinum*, *Algarumve Edwini patrem*, pertinuiſſe; fundoſque penès *Alanum* in antedictis Comitatibus tam latè patuiſſe, ut ſe [f] *Anglorum Orientalium Comitem* aliquando etiam vocaverit.

Donatio illa (ſicut exhibet) fieri potuit in obſidione *Eboraci*, quæ triennio circiter, quoſtquam *Gulielmus Angliæ* ſolio potitus eſſet, accidit; probabiliùs tamen illa *Donatio* referatur ad annum illius Regni quintum: quo *Edwinus*, quum brevì poſt *Haſtingarum* prœlium ſe ſub Regis poteſtatem conciliatâ pace ſubmiſiſſet, aliam defectionem meditans à ſuis ſociis in ſuâ [g] ad *Scotiam* fugâ occiſus eſt. Non igitur eſt improbabile, huic propria ſua permanſiſſe latifundia, donec Rex rebellionibus hujus ſæpiùs iteratis laceſſitus illis eum exuerit, & *Comitem Alanum* donaverit. At verò quod quidam affirmaverunt, ei Regem ſuam filiam *Conſtantiam* dediſſe [h], æquè falſum eſt, ac Regem fuiſſe ejus avunculum: *Conſtantia* enim *Alano Fergant Hoeli* filio anno 1087. nupſerat [i]. Hic error ex frequenti & hìc & aliàs *Alanorum* duorum confuſione planè ortus eſt: &, cùm alibi nulla occurrat de *Richmondiæ Comitis* uxore mentio, non longè à rectâ ratione diſcedemus, ſi concludamus eum nunquam uxorem duxiſſe, & abſque prole obiiſſe: de quo noſtri cum *Britannicis* Scriptores conſentiunt.

In [k] *Annalibus* (non diffiteor) *Saxonicis*, fuiſſe quidam *Brientius* perhibetur *Comitis Alani Fergant* filius: ac non multò poſt noſtri *Comitis Alani* tempora [l] vir celebris innotuit *Brientius Fitzconte* no-

---

[a] In Gloſſario ad calcem, T. II. [b] Hiſt. de Bret. p. 228. [c] Vide Obſervat. p. 225. [d] Vide Dugd. Baron. p. 10, 11. [e] Vide App. N. V. p. 23. [f] Mon. Angl. T. I. p. 289. [g] Rog. Hoveden. p 454. [h] Vide Dugd. Baron. T. I. p. 46. [i] Vide Additam. N. I. [k] Annal. Saxon. an. MCXXVII. [l] Dugd. Bar. T. I. p. 468. & Kennet. Par. p. 84, 85.

mine, de cujus parentelâ prorſus caligamus. Forſan, nec malè, cum erudito *Antiquario* eum conjiceremus eſſe hujus *Comitis Alani* ex *Luciâ de Baladon* nothum; niſi in *Fundationis Cœnobii Bergavennenſis Hiſtoria* vocaretur etiam [a] *Brientius filius Comitis de Inſulâ* (quem titulum nunquam geſſit *Alanus* noſter) & ejus mater [b] *Lucia Comitiſſa de Inſulâ*; quam itaque oportet fuiſſe alicujus *Comitis de Inſulâ*, quamvis quis fuerit ignoretur, uxorem. Neque poteſt ille *Brientius* [c], cujus animæ redimendæ *Alanus tertius Richmondiæ Comes* decimis ſingulis annis de feriâ *Merdreſem* ſtatuit, & quem *Alanus tertius* ibidem memoratus ſuum dicit avunculum; idem credi ac hic *Brientius Fitzconte*; & fuerit ergo neceſſe eſt, *Brientius filius Eudonis Britanniæ Comitis*; qui duobus prioribus *Alanis Richmondiæ Comitibus* & *Stephano*, *Alani* tertii patri, frater fuit. Cum illis unà in *Angliam* tranſivit; & de Conqueſtore optimè meritus, duobus præſertim *Haraldi* filiis, qui ad ulciſcendam patris necem, *Normannoſque* abigendos, ex *Hiberniâ* copias adduxerunt, debellatis, multas hìc terras dono recepit: ſed uxore ſibi adjunctâ *Caſtri Brientii* in *Britanniâ* hærede, eò ſe recepit, ſuis probabiliter, quas hìc habuit, fratri cedens poſſeſſionibus; quarum eo pacto compos factus ipſius nepos *Alanus tertius* dicere jure poterat, [d] *de cujus hæreditate terram Cornubiæ poſſideo.* Animadvertendum eſt præterea, hanc *ſyngraphan* anno MCXL dari; *Brientiumque Fitz-conte Briſtoliæ* tum degentem, anno MCXLI. terras quaſdam in [e] *Lanthoniæ Prioratum* contuliſſe: quo fit, ut, ſi *Brientius* hic & *Brientius Fitz-conte* pro eodem accipiantur, credendum foret pecunias ab *Alano* ex hæreditate, quam ab avunculo traditam cernebat, in hujus animæ ſalutem, antequam moreretur, erogatas.

Non videtur terras *Prioratui Lanthoniæ* dotâſſe, allegatus tantùm teſtis donationi à *Milone Gloceſtriæ Conſtabulario* factæ. *M. An. T.I p.71 l 12.*

Genealogica Comitum ante *Regiſtrum Hiſtoria Alanum Rufum* apud *S. Edmundi Burgum* ſepultum docet; idem ſcribit etiam [f] *Lobinellus* illius authoritate fretus; & [g] *Dugdalius* affirmat eumque & fratrem ejus *Alanum Nigrum* ibidem loci humatos; ſepulturam illius, ſuffragio [h] ſui *Monaſtici Anglicani*, hujus verò, teſtimonio [i] *Lelandi* confirmans. Ibi quidem uterque poſſit jacere: ſed ſiquis bina hæc loca ab eo citata inter ſe conferre non fuerit gravatus, eadem deprehendat ab eodem authore deſumpta, iiſdem verbis concepta, ad eundem virum ſpectantia: adeò ut ex his nil aliud queat inferri, niſi quòd ibi ſepulchrum nactus fuerit illorum duorum alter, quem fuiſſe ſecundum fratrem *Alanum Nigrum* conſtabit.

---

[a] Mon. Ang. T.I. p.557. [b] Ibid. p.556. [c] Vide Kenn. ut ſupra, & Mon. Ang. T.II. p.902. [d] Ibid. [e] Kennet. ut ſupra. [f] Lobin. T.1. p.98. [g] Baron. T.I. p.46. [h] T.I. p.294. [i] Collectan. T.1. p.251.

Margani

Margani [a] *Annales Alani Rufi* obitum anno 1089. inſerunt: quibuſcum facit narratio, quam de eo in [b] *Hiſtoriâ S. Mariæ Abbatiæ Eboraci* fundatæ legimus. *Chronicum* vetus unum, antea apud *S. Edmundi Burgum*, nunc in [c] nobiliſſimâ viri admodùm *Honorati Domini Harleii* bibliothecâ, & alterum, in [d] *Cottoniana*, nos docent, quòd anno MXCIII. *Alanus Comes Britanniæ* obiit; *hic jacet ad hoſtium auſtrale S. Edmundi.* Hoc *Gulielmi ſecundi* anno quinto aut ſexto incidit, & hunc fuiſſe *Alanum Nigrum* & falſi convincit, quod dictitant [e] *Comitem Stephanum* ei Regi anno Domini 1089. regni ſecundo, ut *Eboraci* Supremum Parliamenti ſenatum haberet, ſuaſiſſe; & dilatâſſe illam Abbatiam, vel de integro fundâſſe. Si autem id non à *Stephano*, ſed ab *Alano Nigro* factum reponamus, apparebit meram fuiſſe authoris in duorum fratrum nominibus allucinationem.

Plura de duobus *Alanis* haud eramus dicturi, niſi ex eodem nomine nobis primùm fuiſſet dubium, an non ſub binis unus & idem innueretur. Exempla hujuſmodi ſunt adeò, licèt non omninò, infrequentia *, ut argumentum, quo diſtinguerentur, luculentius adduci non potuerit, quàm *Syngrapha*, apud *Patrem* [f] *Lobinellum*; ubi fit expreſſa amborum mentio, ipſorumque una fratrum *Galfridi*, *Roberti* & *Brientii* ex nuptiis legitimis; tum *Deriandi* ſororiſque unius, quos ex ſpurio partu *Eudo* pater habuerat. Errat autem, dum Brientium fingit illorum anteceſſorem; quorum frater fuit natu minimus, & nunquam *Richmondiæ Comes*; niſi verba hæc [*Brientius* videlicet *Comes Angliæ Terræ*] intelligenda ſint de *Cornubiâ*, quam probabiliter ſuis fratribus, ut priùs obſervatum eſt, reliquiſſe potuerit.

Hactenus ſatìs apertè, ut putamus, difficiles omnes perplexoſque in priorum *Richmondiæ Comitum* duorum proſapiâ familiâque nodos ſolvimus. Paululum de *Stephano* illorum fratre & ſucceſſore reſtat dicendum, præterquam quòd maximam vitæ partem in *Britanniâ* tranſegiſſe videatur. Suis nihilominus beneficiis multa in *Angliâ* ditavit *Monaſteria*, qualia illud apud *S. Edmundi Burgum* [g], illud de *Swinſhed* in agro *Lincolnienſi* [h] de *Swaveſy* in *Cantabrigenſi* [i]: ſed præ cæteris omnibus, *Cœnobium S. Mariæ Eboraci* opimis prædiis donavit [k]; ubi & moriens juſſit cor ſuum reponi [l]; & ubi die Aprilis

---

[a] Annal. Marg. A. D. 1089. [b] Mon. Ang. T. I. p. 385. b. [c] Bibl. Harl. N. 66. A. 16. [d] Bibl. Cotton. Jul. A. 1. [e] Mon. Ang. T. I. p. 386.

* *Comes Aldredus* quinque *genuit filias, quarum tres* eodem nomine Ælfledæ *vocabantur.* Sym. Dunelm. p. 82.

[f] App. N. XIII. & Mon. Ang. T. I. p. 391. b. [g] Mon. Ang. T. I. p. 294. b. [h] Ibid. p. 273. a. [i] Ibid. p. 572. a. [k] Ibid. p. 390. b. [l] Geneal. Com. Richmond. ante Regiſt. Lob. T. I. p. 98.

vige-

vigesimo publicè eidem justa facta sunt *. Si in *Normannorum* irruptione annos tantùm viginti numeraverit, oportet eum plures nonaginta numerâsse, anno, quo obiit, 1137. vel 1138. at fortè eodem, quo fratres, tempore in *Angliam* non migravit, fortunam eorum prosperam paulò pòst secutus; eâque computatione censebitur aliquantulùm junior. *Genealogica* Comitum ante nostrum *Registrum Historia* eum in *Begarensi Cisterciensium Cœnobio* ab ipso in *Britanniâ* fundato [a] affirmat sepultum; utì [b] *Lobinellus* ejusdem testimonio ductus; [c] qui tamen postea ([d] astipulante itidem *Du-Pazio*) tradit ejus corpus in *Cathedrali S. Briocii Ecclesiâ* prope patrem humatum jacere.

Multi huic fuere filii: è quibus maximi [e] *Galfridi* funus, proximi *Alani* nuptias vidit cum *Berthâ* unicâ *Conani tertii Britanniæ Ducis* filiâ & hærede; in lætam ex eo matrimonio spem adductus, ut in suâ aliquando familiâ integer *Britanniæ Ducatus* & *Richmondiæ Comitatus* jungerentur. Duæ illæ Dignitates, *Conano tertio* ann. 1148. mortuo, coaluerunt in *Conanum Alani* hujus & *Berthæ* filium; qui, biennio ante patris ann. 1146. Sept. 15. defuncti rebus & titulo potitus, avo in *Britanniæ Ducatum* successit. Hæc *Conano* tertio causa erit, cur se vocaret *Richmondiæ Comitem*; nullo sanè alio (utì [f] *Lobinellus* observat) jure, quàm quo se sui Nepotis Tutorem ac Custodem gessit. *Lobinellus* tamen in *probationum* ad suam Historiam datarum *Collectione* profert *syngrapham* ann. 1145. in quâ se vocat [g] *Richmondiæ Comitem:* at cùm hæc *syngrapha* alteri ann. 1146. signatæ postponatur, planè liquet errorem esse typographicum.

Alanus tertius vocabatur etiam [h] *Alanus Niger:* cujus appellationis gratiâ, procul dubio, cum suo avunculo *Alano secundo* (ut suprà notavimus) cognomine sæpe confunditur. Posterius ætatis suæ spatium in *Angliâ* plurimùm egit, sectator usque fidissimus Regis *Stephani:* à quo cùm *Cornubiensis Comitatûs*, administrationem curæ suæ creditam accepisset, sibi *Comitis* [i] *Cornubiæ*, æquè ac *Britanniæ* ac *Richemuntis*, titulum adscivit. Ex clade, quam Rex *Stephanus* apud *Lincolniæ* civitatem accepit, evasit incolumis; per dolum autem haud ita multò pòst in colloquio quodam captus erat à *Ranulpho Cestriæ Comite*, qui eum asperrimè tractatum compulit,

---

* XI°. Kal. Maii obitus *Stephani Com. Rich.* & *Hadonifiæ* uxoris ejus celebrantur in Abbatiâ S. Mariæ Ebor. *Chartular. S. Mariæ Ebor. penes* Petr. le Neve *Arm. Norroy.*

[a] Lob. T. I. p. 133. [b] Ibid. p. 98. [c] Ibid. p. 136. [d] Hist. Geneal. p. 10. [e] Vide App. N. XIV. [f] T. I. p. 149. [g] T. II. p. 97. [h] Lob. T. I. p. 136, 149. [i] Gest. Reg. Steph. p. 982. Mon. Angl. T. II. p. 902.

ut libertatem, nonniſi *Cornubiæ Comitatu*[a], redimeret. Eum, dum carcere clauderetur, inviſebat curabatque *Petrus de Quinciaco Saviniaci* in *Normanniâ* Monachus, qui medicam artem exercuit. Quò autem acceptum tam inſigne & ſalutis & vitæ beneficium remuneraret, non ſolùm [b] *Englebeiam Saviniacenſi* Eccleſiæ addixit, ſed & ejus rogatu diplomata omnia [c] confirmavit ab *Achario Bardulfi filio* Monaſterio *de Fors* in *Comitatu Richmondiæ* conceſſa; & ipſe erga idem Monaſterium extitit tam liberalis ac beneficus[d], ut verè ſecundus habeatur ejus Fundator: quod cùm ſuis largitionibus, tum ſuo aliorum ad eandem munificentiam hortatu, & collatis in idem amplis privilegiis, ab interitu, dum adhuc quaſi in cunabulis erat, vindicavit. In *Angliâ* verſabatur [e] anno 1145. [f] proximoque in *Britanniâ* moriens ibi in Monaſterio *Begarenſi* ſepeliebatur.

[g] *Conanus quartus*, ejus filius & ſucceſſor, *Britanniæ* Dux & *Richmondiæ* Comes, condidit ingentem turrim ad introitum *Richmondienſis* Caſtri etiamnunc ſuperſtitem, cujus & effigies in *Tabulâ Geographicâ Regiſtro* præfixâ exhibetur. Propenſum ejus favorem expertæ ſunt multæ domus religioſæ; viz. [h] Abbatia *de Fors*, quam ad commodiorem locum in *Jorevalle* tranſtulit; [i] Ædes *S. Mariæ Eboracenſis*, cui diplomata à ſuis majoribus aſſignata fixit; [k] Abbatia *Kirkſtediana* in agro *Lincolnienſi*, [l] *Denniana* in *Cantabrigienſi*, & [m] *S. Martini* juxta *Richmondiam*; [n] Monialium inſuper cœnobium, quod eſt ad *Rowney* in *Hertfordiæ Comitatu* fundavit. Videtur fuiſſe princeps imbecillioris & humilioris animi, arbitrioque *Henrici* ſecundi Regis *Angliæ* uſque adeò ſubjectus, ut anno 1166. filiam ſuam *Conſtantiam* nondum quinquennem *Galfrido* filio Regis illius ſecundo nondum octenni deſponderit: cujus matrimonii, licèt ante complures annos non conſummandi, causâ, ſupremo *Britanniæ* imperio ceſſit; non alius deinceps, quàm *Regis Henrici* Vicarius; nullâ ſibi ditionum parte reſervatâ, præter *Guingampam* & *Richmondiam*, quarum hæreditas ad illum ab avo materno *Stephano* pertinebat [o]. Obiit Januar. 23. 1171. & *Begari* ſepultus eſt: quocirca RICHMONDIÆ HONOR, quo per centum jam annos perpetuo ſucceſſionis ordine fruebatur ejus familia, per aliquod temporis ſpatium penès Regem detinebatur; nam anno 1172. *Randulfus de Glanville reddidit compotum de* VI l. VIII s. & II d. Mag. Rot. A. Hen. II. 18.

---

[a] Geſt. Reg. Steph. p. 953. [b] App. N. XVI. [c] Mon. Angl. T. I. p. 869, &c. [d] Ibid. [e] Ibid. p. 870. [f] Du Paz. p. 15. [g] Hiſt. Geneal. Com. Rich. [h] Mon. Angl. T. I. p. 875, 876. [i] Ibid. p. 391. [k] Ibid. p. 810, & App. N. XXIII. & XXIV. [l] Mon. Ang. T. II. p. 883. [m] T. I. p. 402. [n] Ibid. p. 517. [o] Triveti Annal. ann. 1166.

de veteri firmâ anni præteriti de Honore Comitis Conani; quo ſcilicet anno mortuus eſt; eundem etiam HONOREM Regem in in manibus ſuis retinentem [b] 1173. [c] 1175. & [d] 1183. legimus. Veruntamen Ducatûs poſſeſſionem *Galfrido* datam fuiſſe anno 1169. apparet ex clientelari obſequio [e], quod eam ob rem, patris juſſu, fratri natu majori quatenus *Normanniæ Duci* præſtitit, licèt ſuum cum *Conſtantiâ* ante ann. 1182. non compleverit matrimonium.

Cùm Ducum *Britanniæ* hiſtoriam non ſcribamus, alienum eſſet ab inſtituto noſtro plura de hôc *Galfrido* adjicere; niſi quòd, poſtquam in perpetuis cum ſuo patre Rege *Henrico*, qui huic tam bene conſuluerat, contentionibus breve ætatis ſpatium exegiſſet, 19. *Auguſt.* 1186. obierit *Pariſiis:* quò eum res novas molientem rebellis indoles ad arma *Gallici* Regis adversùs patrem ſuum ſollicitanda duxerat. Mortem hanc immaturam ſibi ipſi accerſivit ab equo in haſtiludio præcipitatus; ubi & ſuo caſu, & aliorum ipſum jacentem proculcantium incurſibus adeò obterebatur, ut nullum remedium vitæ deſperatæ ars peritiſſimorum Medicorum abhibere potuerit.

Filiam ex *Conſtantiâ* reliquit nomine *Eleonoram*, quæ, cùm in Regis poteſtatem veniſſet, multorum annorum captivitatem [f] in *Corfi* Caſtello, [g] *Gloceſtriæque* perpeſſa eſt, & *Briſtoliæ*, [h] ubi anno tandem 1241. animam egit. [i] Anno ſequenti, 28. Martii *die Paſchatis* Duciſſa regionem univerſam gaudio complevit enixa poſthumum filium: cujus tamen principis infœlicis vita ſuis deinceps non magnæ utilitati fuit. Brevì poſtea *Henricus* ſecundus Duciſſam coegit in nuptias *Ranulphi Blundevill Ceſtriæ Comitis*, viri *Britonibus* adeò ingrati, ut ſtatim poſt Regis mortem, ann. 1189. ab iis pulſus in *Angliam* perfugerit. Hic neque abſens ſui deſiderio affecit *Conſtantiam*; neque in recuperando jure adjutorem habuit *Ricardum* primum: [k] qui & *Ducis* adoleſcentuli tutelam, Ducatûſque unà rem ſummam adminiſtrandi occaſionem amittere minimè voluit. Alii *Comitis Ceſtrienſis* diſceſſum nimiæ, quam eſſe inter Duciſſam *Johannemque* Regem ſuſpicabatur, familiaritati aſſignant [l]: quod, rebus bene examinatis, liquere nobis non videtur.

---

[a] Madox. Hiſt. Scaccarii, p. 440. [b] Ibid. p. 230. [c] Ibid. p. 254. [d] Dugd. Bar. T. I. p. 48. b. [e] Lob. T. I. p. 156. [f] Vide Geneal. Com. Richm. [g] App. N. XXXIV. [h] Lob. T. I. p. 243. [i] *An.* MCLXXXVII. *Conſtantia Comitiſſa Britanniæ peperit Arthurum die feſto Paſchæ, ſcil.* IV. *Cal. April.* Chron. Cœnob. Burienſis *in Bibl. Harleian.* [k] Lob. T. I. p. 173. [l] Dugd. Bar. p. 41. b.

Hoc matrimonium (si *Argenterium* audimus) inter *Ranulphum* & *Constantiam* authore *Ricardo primo*, nec ante annum 1196. fuit procuratum; *Henrico* autem *secundo*, si *Lobinellum* scriptorem longè magis accuratum: & id, quod narrat, [b]Chronici *Evesha-miensis* fide roboratur; ubi discimus anno 1188 (Regis *Henrici* mortem proximè præcedente) hunc illi Comiti in matrimonium collocâsse *Constantiam cum totâ Britanniâ & Comitatu Richmondiæ*: quapropter ille se *Ducem Britanniæ, Comitem Cestriæ & Richmundiæ* vocitavit[c].

Dum *Ricardus* primus aberat in *Terram Sanctam* profectus, *Britannia* sub *Constantiæ* regimine aliquantisper respiravit: verùm biennio post ejus reditum, *Arthuro* duce in Nobilium comitiis apud *Rhedones* habitis agnito, motus recrudescere cœperunt in *Britanniâ*: cujus administrationem quò faciliùs adipisceretur *Ricardus*, *Ranulpho* suasit, ut Ducissam conjugem suam circumveniret & occuparet. Id quidem effectum est, sed parùm successit: nam, *Arthuro* in *Galliam* abducto, anno sequente pacto ita convenit, ut Ducissa & libertatis & Ducatûs iterum compos fieret. *Arthurus* quoque, paulò ante *Ricardi* mortem, quæ 6. *Aprilis* 1199. accidit, à *Gallico* Rege in gratiam cum suo avunculo redierat. Rex nihilominus testamento *Johannem* fratrem suum renunciavit hæredem; quamvis primigeniæ jus ad *Arthurum Galfridi* fratris secundi filium pertineret.

Quod RICHMONDIÆ COMITATUM regnante *Ricardo* primo spectat; comperimus eum penes Regem fuisse citò postquam anno [d]1194. ab *Austriâ*, ubi fuerat captivus, reversus est: videtur ergo à *Comite Cestriensi*, cùm inter eum & uxorem *Comitissam Richmondiæ* discidium evenisset, esse vel resignatus vel ereptus; & *Comitissæ* ejusve filio *Arthuro*, post factam cum rege utriusque reconciliationem, nunquam restitutus. Quin contra Rex eum videtur quamdiu vixit detinuisse; nam [e]in decimo & ultimo sui regni anno *Rogerum de Sancto Edmundo* Archidiaconum *Richmondiæ* creavit.

Johannes Rex *Arthurum* infelicem (quem *Galliæ Philippus* Rex tertius modò protegebat, modò deserebat, prout sua interesse ipsi videbatur) vexare nunquam destitit, donec in *Mirabellæ* apud *Pictavos* obsidione anno 1202. interceptus est. Altum postea de

---

[a] Hist. de Bret. p. 253. [b] Dugd. Bar. T. I. p. 41. [c] Lob. T. II. p. 320. [d] *Alanus filius Rualdi r. c. de* CC *quater* XX *&* X *marcis pro habendâ custodiâ castelli de* Richmond *cum* constabulatu, &c. *Mag. Rot.* 5. *Ric.* I. Vide Madox. Hist. Scacc. p. 317. a. [e] Rog. Hovedeni Annal. p. 781.

illo

illo ſilentium, niſi quòd captivus ab alio ad alium caſtellum traduceretur uſque ad anni 1203. Aprilem; quo graviſſima ſuſpicio eſt illi necem ſui inhumani avunculi *Johannis* Regis juſſu, ſi non manibus, fuiſſe allatam.

Matri ejus *Conſtantiæ* facilè perſuaſum eſt *Ranulfi Ceſtrienſis Comitis* nuptiis, in quas invita compulſa fuerat, renunciare, & alias quærere. Prætendebatur inter illos in tertio & quarto gradu conſanguinitas; nec ea cauſam aliam magìs ſpecioſam cupiebat invenire, quâ *Guidonem de Toarcio*, Britonem Nobilem, qui ab ejus partibus contra Regem *Johannem* ſteterat, novum ſibi maritum acciperet. *Radulphi* animus erga Duciſſam, quàm hujus erga illum, erat neutiquam propenſior, ubi intellexit ſe non poſſe Ducatu æquè ac illâ frui. Novo itaque ejus matrimonio aperti adulterii (nec ſanè fuit multò meliùs) nomen imponens, facto cum eâ divortio, aliam ſibi adjunxit uxorem, nomine [b] *Conſtantiam* juxta quoſdam, juxta alios [c] *Clementiam*, *Radulphi de Filgeriis* filiam; tituloſque *Ducis Britanniæ* & *Comitis Richmondiæ* ejuravit.

Duciſſæ non infeliciter contigit, ut Auguſtum circiter Septembremve 1201. è vitâ diſcederet, neque triſtes filii *Arthuri* funeris exequias proſequeretur; quod tantum aberat, ut *Johanni* Regi in rem apud *Britones* foret, ut ejus potiùs in *Galliâ* negotiis in perniciem exitioſam penitùs verteret. Proceres *Venetiæ* Britonum conventum egerunt; & *Regi Gallico*, ſuo tanquam *Domino ſupremo*, perpetratam à *Johanno Rege* nepotis ſui cædem conqueſti, eum imploraverunt criminis adeò atrocis ultorem. Illos etiam credibile eſt eodem tempore gubernandæ Regionis munus detuliſſe *Guidoni de Toarcio*, ex demortuâ Duciſſâ *Conſtantiâ* duarum filiarum patri, *Aliciæ* & *Catharinæ*; quarum majorem pro Duciſſâ habuere poſt *Arthuri* fratris ipſius obitum, dumque hujus ſoror *Eleonora* apud *Anglos* cuſtodiâ aſſervaretur, ex quâ nunquam emiſſa eſt: is enim ſtatim, aſſumpto [d] *Comitis Britanniæ* titulo, pro *Regente* ſe geſſit.

[e] *Philippus* de hâc opportunitate vehementer lætus, *Johannem Regem* tanquam Vaſſallum ſuum citavit ad ſe de his, quorum accuſabatur, purgandum, & cùm die dicto non adeſſet, pronunciavit contumaciæ reum: tum eundem ſuarum inſuper rerum mirè negligentem, non modò *Britanniâ Britonibus* ipſis adnitentibus ſpo-

---

[a] Lob. T. I. p. 180. & Geneal. Com. Richm. [b] Knyghton, p. 2416. Lob. T. I. p. 180. [c] Lelandi Collect. T. I. p. 769. [d] Lob. T. I. p. 189. [e] Ibid. T. II. p. 328.

liavit,

liavit, ſed brevì ex omnibus, quæ in *Normanniâ* & *Aquitaniâ* poſſidebat, territoriis expulit.

Nullus cogitandi locus eſt, quin *Johannes Rex*, qui nepoti *Britanniæ* Ducatum voluit eripuiſſe, in poſſeſſione ſuâ firmè retinuerit RICHMONDIÆ COMITATUM, quem ei ſuus frater *Ricardus* moriens reliquerat. Anno ejus *ſecundo*, idem *Alanus Roaldi filius*, qui quinto *Regis Ricardi* pro habendâ cuſtodiâ Caſtelli de *Richmunt* c & *quater* xx & x *Marcas* ærario regio intulerat[a], *Regi Johanni* pro eâdem ſibi reddendâ ccc *Marcas cum tribus mannis perſolvit*[b]. Anno *tertio*, *Archidiaconatum* largitus eſt[c]; *Quinto*, Hominibus de *Sancto Botulpho* poteſtatem Ballivi ſui eligendi conceſſit[d]; *Octavo*, *Hugoni Neville* Caſtelli præfecturam commiſit[e]; nec probabile videtur eum *Comitatu* iſto unquam ceſſiſſe, donec anno ſuo *decimo ſeptimo*, *Petro Maloclerico* in *Angliam* invitato ejus reſtitutionem pro ope adversùs *Barones*, libertatis aſſerendæ causâ armatos, ferendâ paciſceretur[f].

Guido de Toarcio ſuæ filiæ tutelam & *Britanniæ* procurationem annos multos geſſit, donec *Rex Galliæ* eam anno 1212. nuptam daret *Petro de Drocariis* ſive *Maloclerico*, qui ideò illi *homagium* (quod vocant) pro Ducatu iſto præſtitit, quamvis aliquantum temporis nuptiales ritus (ſponſa enim plus duodecim annos non attigerat) fuerint prorogati. Poſtea *Guido*, homo non magni animi, & minimè ambitioſus, ſeceſſit, & cum ſecundâ conjuge *Euſtaciâ de Chemilleâ* vixit privatus ad 13. uſque Aprilis 1213. quo moriens ſepultus eſt (ut fertur) prope Duciſſam *Conſtantiam* in Abbatiâ *Villæ Novæ*, quam ipſa fundaverat.

His nuptiis *Rex Gallorum* ſperabat ſuam deinceps ſupremam in *Britones* poteſtatem citra omnem controverſiam ſtabilitum iri[g]: nam præter duriſſimas, quas *Petro* impoſuerat, leges, & ſponſionem pro certâ earundem obſervatione ab ejus patre & fratre natu maximo datam; Dux hic novus illum propinquâ cognatione attingebat, à Regio *Galliæ* ſanguine genus ducens, quippe à *Roberto* Comite de *Drocariis* ſecundo *Ludovici* ſexti filio, recto proſapiæ ordine, oriundus. Hic quidem in certâ erga illum fide & amicitiâ aliquandiu manſit: verùm cùm eſſet princeps ambitioſus, authoritatis ſuæ non minùs tenax quàm ſuſpicax alienæ, omnia unicè ad ſuos uſus adjungens, occultè ſtabat à partibus & Regis *Johannis* ſub ejus regni finem, & *Henrici tertii* ſub initium: quo pacto RICHMONDIÆ HONORE fruebatur uſque ad hujus an-

[a] Vide ſupra, & Madd. Hiſtor. Scacc. p. 317. a. [b] App. N. XXVIII. [c] Madd. Hiſtor. Scacc. p. 357. b. 358. a. [d] Addit. N. VI. & VII. [e] Dugd. Bar. T. I. p. 289. [f] Ibid. p. 12. [g] Lob. T. I. p. 197.

num undecimum A. D. 1227. exceptis aliquot prædiis ad *Abi* auſtralem partem ſitis, in quæ jus ſibi omne abjudicaverat [a]. Inter hunc Regem Ducemque ea erat ann. 1225. amicitia, ut *Henricus* jurejurando etiam interpoſito polliceretur, ſe hujus filiam *Jolentam* ducturum, huic in recuperando jure ſuppetias pro viribus laturum, nullam unquam pacem cum quibuſlibet hujus hoſtibus ſinè ejus aſſenſu initurum; operam quoque daturum, ut ſuus frater *Cornubiæ Comes* ad eadem pacta accederet; ſi fortè Rex *Galliæ* ſua ei bona eriperet, ſe ei damnum illud integro RICHMONDIÆ HONORE, alio quolibet nihilominùs eundem occupante, compenſaturum; denique modò nuptiæ illæ, quas cupiebat, procederent, ſe omnia pro hujus arbitrio facturum; multis aliis inſuper adjectis conditionibus honeſtiſſimis & utiliſſimis [b]. Splendida tamen hæc omnia promiſſa ad nihilum tandem reciderunt; nam poſt biennium *Petrus* ab amicis omnibus ſociiſque aliis fœderatis deſtitutus cogebatur Regi Gallorum *Ludovico octavo* concedere, & ad conditiones deſcendere iniquiſſimas [c]: inter quas hæc erat, ut filiam ſuam, Regi *Angliæ* deſtinatam, *Andium Comiti*, Regis *Galliæ* fratri, cùm illa ad annos quatuordecim pervenerit, deſponderet; quâ ideo ſtatim in *Galliam* abductâ, *Rex Henricus* RICHMONDIÆ HONOREM reſumpſit, & ejus prædia redituſque fratri ſuo *Ricardo Cornubiæ Comiti* erogavit [d].

Anno 1229. *Petrus* in *Angliam* adveniens, pacto cum *Henrico tertio* redintegrato, in RICHMONDIÆ COMITATUS poſſeſſionem reſtitutus eſt [e]. Quapropter iratus *Gallorum Rex* illum juſſit coram ſe ad judicium *Meloduni* adeſſe; cúmque imperata facere recuſaret, declaravit eum ſuis omnibus apud *Andegavenſes* dominiis per imperii detrectationem excidiſſe: *Belliſmi* oppidum caſtellumque, quibus illum donaverat, mediâ hyeme obſedit, expugnavitque, antequam *Rex Angliæ* ei, Aprili ſubſequente, auxiliatum veniret. Eum poſtea *Ludovicus Rex* pronunciavit *Britanniæ Ducatu* exutum; quo facto, ei ſuorum Nobilium pars maxima fidelitatis officium præſtare recuſavit. Sed diſſenſiones magnæ in ſuo exercitu commotæ è *Britanniâ* recedere *Regem Gallorum* coegerunt [f]: *Rex* quoque *Angliæ* domum reverſus eſt, ſummâ rerum

---

[a] App. N. XXIX. & XXX. [b] Rymer. Fœder. T. I. p. 283. [c] Lob. T. I. p. 221, 222. [d] Dugd. Bar. T. I. p. 762. b. [e] Lob. T. I. p. 225. & Rym. Fœd. T. I. p. 335. *An.* 1229. *menſe Octobris applicuit* Comes Britanniæ *in* Angliam *apud* Portſmue, *& fecit Homagium de* Britanniâ *R.* Henrico *tertio*, *& idem* Rex *reſtituit ei* Comitatum Richmondiæ, *& idem* Comes *reverſus in* Britanniam, *graviſſimam guerram movit* Regi Franciæ. *Regiſt. de* Swafham *penes* P. le Neve *Armig.* [f] Lob. T. I. p. 229.

cum auxiliaribus, quas ad Ducem miſerat, copiis *Comiti Ceſtriæ* commiſſâ; qui, *Gallici* exercitûs apparatu bellico ſarciniſque interceptis, *Regem* ipſum in inducias triennes adegit. His pactis, *Angliam* confeſtim repetit *Petrus*; qui, cùm apud Regem maximâ in gratiâ & ſummâ ſolus eſſet poteſtate, omnibus prædiis, quæ ad RICHMONDIÆ HONOREM pertinebant, utì & paulò antè COMITIS titulo, ipſi redditis potitus eſt[a].

Ubi primùm exierant induciæ, *Ludovicus nonus* Ducem fortiſſimo exercitu invadens eò redegit, ut ipſi totius *Britanniæ* omniúmque copiarum deditionem polliceretur, niſi *Angliæ Rex* ante feſtum Omnium Sanctorum ei ipſe ſubſidio veniret: & quò pacta hæc certiùs obſervarentur, oppignorata ab eo tria munitiſſima loca ſtatim recepit[b]. Quamobrem *Petrus* in *Angliam* ſe contulit ad opem *Regis* implorandam; ſed ibi frigidè acceptus eſt, & coactus reverti, ſeque totum *Gallici Regis* arbitrio ſubjicere: qui, compluribus ejus oppidis agriſque direptis, ei neceſſitatem impoſuit ipſius *Baronum* querimoniis, quantum opus eſſe exiſtimaret, ſatisfaciendi; & anno 1237. ejus Ducatum addixit *Johanni* filio ipſius natu maximo, adultâ tunc ætate; qui illi Clientis nomen & officium publicè *Pariſiis* profeſſus eſt[c].

Petrus exinde *Petri de Brainâ Equitis* nomen ſibi indidit; tum à Papâ Dux Militum Crucigerorum in Sanctam Terram miſſorum anno 1239. conſtitutus, illinc rediit poſt biennium: ſed cùm inquietum ingenium tranquillitate ullâ diu frui eum non pateretur, pace inter *Angliam Galliamque* anno 1243. in quinquennium conciliatâ, piraticam fecit, donec *Ludovicus nonus* eum vi revocatum cogeret omnem prædam & ſpolia, quæ *Anglis* ademerat, reſtituere. Rursùs demum dato Crucigerorum, quos *Ludovicus Sanctus* in *Ægyptum* duxit, militiæ nomine, in prœlio ad *Maſſouram* commiſſo vulneratus fuit, captus & cum illo Rege liberatus: at iter domum faciens obiit; ejuſque corpus inter ſuos majores in Eccleſiâ S. *Eubodii Brennaci* humatum eſt[d].

Artis Heraldicæ Authores Inſignia Gentilitia non tantùm proximis *Petri de Drocariis* in *Britanniæ Ducatu* & *Richmondiæ Comitatu* anteceſſoribus, ſed etiam, primis hujus Comitibus adſcripſerunt. Dederunt alii *Alano Rufo* Britanniæ *Pelles Herminias*, alii *Drocariorum* Scutum *teſſellis aureis & cœruleis interſtinctum, cum quadrâ ex pellibus muris Armenii*; quod *Petri* geſtamen fuit, & primùm ab ullo *Richmondiæ Comite* geſtatum.

---

[a] Dugd. Bar. T. I. p. 49. b. [b] Lob. T. I. p. 232. [c] Ibid. p. 237. [d] Ibid. p. 247 & 253.

Abſurdum

Abſurdum eſt prorſus, & ineptum, iis inſignia, temporibus illis antiquioribus, attribuere; cùm uno omnium conſenſu conſtet, Armorum ſive Inſignium geſtamina, diſtinguendarum familiarum causâ, ante annum 1147. quo incepit ſecunda Crucigerorum militia, non fuiſſe uſurpata. Non ſanè in magnis noſtrorum *Regum* Sigillis comparent ante *Ricardum primum*, qui primò *Leonem*, ſeu potiùs *duos Leones erectos ſeſe coram aſpicientes*, & poſtea *tres Leones gradientes* geſtavit[a]. Et quis crediderit ſubditos ulla hujuſmodi Inſignia, eorum Principes nulla geſtâſſe? Si qua ergo occurrant ante tempus illud Inſignia illorum Scutis inſcripta, pro epigraphis ſive emblematibus, quæ ſibi excogitavere geſtatores, vel potiùs pro ingenioſis, quæ iis recentiores attribuere, figmentis habenda ſunt.

Neque ab hujus conſuetudinis initio Inſignia fuiſſe reperiuntur familiis fixa aut hæreditaria; ſed aliquando ab eodem viro, utì ſuprà à *Richardo primo*, mutata; aliquando à poſteris variata, quemadmodum in ſigillis *Quinceiorum*, *Wintoniæ Comitum*, videamus. *Rogerus* enim, qui XXIV. *Regis Henrici tertii* obiit, *relicto ſcuto paterno, utì ſæculi mos erat*, in quo *baltheum militare cum lemniſco ſeptemplici depingebatur, ſeptem rhombulos aureos evacuatos puniceo* geſtavit *clypeo*[b].

Sigilla circa duodecimæ centuriæ exitum cœpere uſu frequentari: ſed ex iis plurima, etiam tum, ſolùm exhibebant iconem Equitis à capite ad calces armati, nullis inſignibus illius ſcuto ſuperadditis: ſicut cernimus in ſigillis *Conani quarti*, & *Galfridi* filii *Henrici tertii*, amborum Ducum *Britanniæ* & *Comitum Richmondiæ*[c]: quorum ille ſucceſſit in hos honores A. D. 1171. hic decennio pòſt, jure *Conſtantiæ* uxoris illius filiæ; quod tempus eſt, quo datur *ſyngrapha* iſto ſigillo ſignata[d]. Servatur quidem in *Cottonianâ Bibliothecâ* recentior deſcriptio quorundam fragmentorum, quæ de antiquo (ut ibi aſſeritur) *Stephani Ducis Britanniæ* ſigillo ſuperſunt, & Equitem cum *Scuto & Paludamento liliorum floribus conſperſis* repræſentant[e]: quod contrà, quàm diximus, facere videtur. At cùm ibi nulla habeatur archetypi, ex quo tranſcriptum eſt, mentio; nulla proferatur, cui affixum fuerit, *ſyngrapha*; magni non erit momenti, quicquid inde colligi poſſit: imò ſi concedamus hoc eſſe verum, non fictitium; pro nobis magìs quàm contra nos faciet;

---

[a] Vide Spelmanni Aſpilog. p. 45, &c. [b] Vide Biſſæi notas in Aſpilog. Spelmanni p. 105. & Camdeni Britanniam in *Hantonia*. [c] Vide Sigill. poſt Præfat. N. III. IV. V. [d] Lob. T. II. p. 315. [e] Jul. c. 7. Vide etiam N. II. inter Sigill. poſt Præfat.

quandoquidem nullus ex illius ſucceſſoribus hôc habitu indutus, his inſignibus ornatus depingatur.

Denique illorum Ducum Comitumve nullus Inſignia geſtavit, donec *Petrus de Drocariis* in *Britanniam* ſecum inferret ſuæ familiæ *Scutum teſſellis argenteis & cæruleis interſtinctum*, cui addidit *Quadram ex pellibus Herminiis*, ut ſuum à fratris natu majoris ſcuto diſtingueretur: cui fidem facit ſigillum *ſyngraphæ* anno 1213. datæ adnexum, cùm *Britanniæ* hæredem non niſi ſibi deſponſam habuiſſet; in quâ ſe tantùm filium *Roberti Comitis de Drocariis & de Braina* nominat[b]. Toto igitur cœlo errâſſe oportet, qui eum putant *Quadram Herminiam Britanniæ* inſignibus interſecuiſſe, cùm primùm Duciſſam duxerit: *Pelles* enim *Herminias ſolas* nullus Ducum geſtavit ante ejus Pronepotem *Johannem tertium*; utì, cùm de illo agemus, notabitur. Protulimus ſigilla duo; alterum *Petri*, poſtquam fuiſſet *Richmondiæ Comes*; *Duciſſæ* ejus alterum, in quo non alia, quàm ipſe geſtavit, Inſignia eſſe animadvertantur[c].

Ex antedictis patet omnia in primâ *Regiſtri* fronte paludamentorum Inſignia eſſe ficta prorſus & commentitia, ſi cui tribuantur, qui vixerit, cùm diploma HONORIS RICHMONDIANI authoritate Conqueſtoris ſanciretur. Illa in *Tabulâ priore* depicta, quæ ab ejus aſſeclis geſtantur, pertinent quidem ad quorundam ex primariis, qui cum eo in *Angliam* venerunt, poſteros; quales *Comites Warenni & Albemarliæ*, *Laceius Comes Lincolniæ*, & *Noviburgus Comes Warwici*, &c. utì illa in ſuperiore *Paginæ prioris* margine cum *Comite Alano* exhibita referri debent ad poſteros eorum, quos Beneficiorum à Victore in ſe collatorum participavit; vel qui prædia clientelaria ſub illorum dominio tenuerunt, qui omnes alicubi in *Regiſtro*, tanquam *Richmondiæ Comitum* Beneficiarii, nominatim recenſentur.

Jam verò tempus eſt ad *Johannem* primum regredi, [d]qui, cùm ipſius pater honore ſe abdicâſſet vel exutus eſſet anno 1237. (ut antè dictum) Dux *Britanniæ* factus, ſibi inſuper *Richmondiæ Comitis* titulum adjecit: licèt ſit probabile prædia & territoria, quæ ad eum pertinent, per *Regem Angliæ* fuiſſe erepta, cùm *Petrus Maluſclericus* ſe *Regi Galliæ* ultimùm ſubmitteret. Quamvis enim nullibi expreſsè fiat hujus rei mentio; tamen quî credatur Duci juniori, qui clientelaris fidei nexu ſe *Gallico Regi* obligaverat, & illarum partium erat, permiſſa prædiis *Anglicis* fruendi poteſtas? Quæ & anno 1241. in [e]*Petrum de Sabaudiâ*, *Angliæ* Reginæ avunculum,

---

[a] Vide Sigill. N. I. &c. [b] Lob. T. I. p. 197. [c] Vide Sigill. N. VI. & N. VII. [d] Lob. T. II. p. 335. [e] 25. Henr. III. Dugd. Bar. T. I. p. 49.

quique magnâ apud *Regem* gratiâ pollebat, collata ſunt. Cúmq; *Britanniæ Dux* reſtitutionem ann. 1243. poſtularet, non aliud tulit reſponſum, quàm ut oſtenderet, cui uſui *Regno Angliæ* futura eſſet iſta reſtitutio [a]. Factâ poſt biennium pactione, nullatenùs adeò valuit, ut COMITATUM poſtliminio reciperet, in cujus loco ab *Henrico Rege* annua impetravit duo *Marcarum* millia [b]: quòd vel eum nollet *Petro de Sabaudiâ* auferre; vel obſervare vellet, quod paulò antè ſtatuerat, ut bona, quæcunque in *Angliâ Galli, Normanni & Britones* poſſidebant, fiſco addicerentur; juxta [c] Edictum *Ludovici Noni* conſimile, quo ſuis ſubditis, qui agris in *Galliâ, Normanniâ*, vel *Britanniâ* fruebantur, aut his, aut illis, quos in *Anglia* habebant, cedere imperaverat.

Quomodocunque fuerit; *Petrus de Sabaudiâ* HONORES [d] RICHMONDIÆ & AQUILÆ IN SUSSEXIA [e], aliaque compluria in *Eſſexiâ* & per *Angliam* paſſim prædia multos poſtea annos tenuit. Ad hæc acceſſit etiam [f] Manerium *Aldburgi* in *Richmondiâ* illi à Rege vel datum vel potiùs emptum; quod jure clientelari fuerat penès familiam *Conſtabulariorum Richmondiæ* titulum, ex quo HONORIS hujus donatio *Alano Rufo* obtigerat, ſuſtinentem: nam *Roaldum* filium *Alani*, filii *Roaldi*, qui illud vendidit, obtinuiſſe illas terras *Emſanto Muſardo* ab *Alano Comite* datas, in [g] **Libro Cenſuali** comperimus; ideoque fuerit probabiliter *Roaldus Emſanto* oriundus, *Emſantuſque* primus *Conſtabularius*. Sed à *Petro de Sabaudiâ* nunquam uſurpatum fuiſſe *Comitis Richmondiæ* titulum (*Dugdalio* quantumvis refragrante, & id anno *Henrici tertii* 50. factum affirmante [h]) patet tum vel ex ipsâ, quam profert *Syngraphâ* [i], ubi nullus hujuſmodi recitatur titulus; tum ex omnibus ubicunque aliis ad eum pertinentibus; ex ejus nummis [k]; ſupremiſque tabulis anno *Henrici tertii* 50. datis [l], in quibus ſe tantùm ſcribit *Petrum Sabaudiæ Comitem*, quamvis ſequentia hæc legata ſuæ nepti *Angliæ Reginæ*, ex teſtamento reliquerit.

Item cariſſimæ Dominæ noſtræ Alienoræ Reginæ Angliæ *damus & legamus* Comitatum Richmondienſem, *ita tamen quòd ipſa ſolvat & ſatisfaciat integraliter de omnibus debitis quibus tenemur* Mameto Spinæ *& ejus ſociis, civibus & mercatoribus*

---

[a] Lob. T. I. p. 247. [b] App. N. XXXVII. [c] Lob. T. I. p. 247. [d] App. N. VIII. & N. L. [e] Dugd. Bar. T. I. p. 49. [f] App. XXXVIII. & N. XXXIX. [g] Confer Librum Doomſday & Inquiſitionem Johannis Kirkby in Regiſtro p. 37, &c. [h] Dugd. Bar. T. I. p. 50. [i] Vide Chart. in App. N. LXI. [k] Guichenon Hiſtoire de la Maiſon de Savoye, T. I. p. 141, & 145. [l] Ibid. T. II. p. 75.

Florentinis.——*In* Angliâ *verò facimus Executores noſtros cariſſimam dominam noſtram illuſtrem* Reginam Angliæ, *& dominum* Guichardum de Charron Militem, *per ordinationem hujuſmodi exequendam.*

Huic Teſtamento debemus **Inquiſitionem** anno *Edwardi primi* octavo A. D. 1316. cœptam, quæ nobis magìs, quàm alibi occurrit uſpiam, particulatim HONORIS RICHMONDIENSIS valorem latitudinemque explicat. Illam igitur viſum eſt *Appendici* inſerere *: atque eò etiam magìs, quòd non in eâ, quam plaga *Eboracenſis* continet, parte claudatur; ſed, quicquid in univerſo *Angliæ regno* ab illo HONORE pendet, comprehendat.

Anno 1259. agi cœptum eſt de *Beatrice* Regis *Henrici tertii* filiâ in matrimonium *Johanni* Ducis *Britanniæ* filio natu maximo collocandâ[a]: ibi *Rex*, quem *Dux* de RICHMONDIANI COMITATUS reſtitutione vehementiſſime urgebat, in eâ re tamen noluit quicquam abſque *Petri* aſſenſu tranſigere[b]. Pacto tandem convenit, ut in illius loco *Rex* ſuo genero *mille ducentas Anglicæ monetæ libras*, cum dono inſuper *ducentarum marcarum* voluntario ſingulis annis perſolveret[c]. Haud ita multò pòſt COMITATUS omnes exitus & proventus *Petri* executoribus poſt ejus mortem in ſeptennium conceſſi ſunt[d]; ac data ei poteſtas legandi terras ſuas, cuicunque moriens voluerit[e]: nam *Dux Britanniæ* jus ſibi & ſuis hæredibus in perpetuum abdicaverat, poſtquam *Agenenſe territorium* vel tantundem in pecuniâ numeratâ accepiſſet[f].

Dux interim HONOREM, quo ſua jam diu familia fruebatur, quemque nuptiarum gratiâ reſtitutum iri ſperabat, abalienari ægrè ferens, eouſque *Regi* inſtitit, ut voto poteretur[g]: HONOREM itaque illum *Petrus Honore* & *Rapâ Haſtingienſi* in *Suſſexiâ* commutavit[h]; *Comitatumque Agenenſem* Regi *Dux Britanniæ* reſignavit[i]. Multis igitur *mandatis Maio* & *Junio* 1266. datis, *Guichardus de Charron*, cujus cuſtodiæ COMITATUS, HONOR & CASTELLUM RICHMONDIÆ credebantur, priores duos *Radulpho de Morteyn* in Ducis uſum tradere juſſus eſt[k], licèt CASTELLUM uſque ad *Julii* 20. 1268. detineretur: nam ante id circiter tempus Dux ſuum *Homagium* non præſtiterat[l]. Quò *Reginæ* poſtulatis ſui Avunculi teſtamento nixis ſatisfieret; *mille & ducentæ marcæ*, quas *Dux Britanniæ* pro HONORIS valore accepit, in illam, dum

---

* App. N. VIII. [a] App. N. XLIII. XLIV. [b] Ibid. N. XLV. XLVI. [c] Ibid. N. XLVIII. [d] Ibid. N. XLIX. [e] Ibid. N. L. [f] Ibid. N. LI. LII. [g] Ibid. N. LIX. LX. LXII. [i] Ibid. N. LXIII. [k] Ibid. N. LXI. [l] Ibid. N. LXIV.

vixit,

vixit, transferebantur[a]; additæque insuper postea octingentæ ex regiis aliquot prædiis erogandæ[b].

HONOREM RICHMONDIÆ sic adeptus, hujus *Comitem* statim creavit filium suum *Johannem* natu maximum[c]: & nos igitur rectè docet *Genealogia*, quòd *Johannes primus* nunquam fuerit *Comes Richmondiæ*. *Johanni* quoque filio, non (utì [d] *Dugdalius* vult) patri, datam fuisse licentiam in *Terram Sanctam* proficiscendi, mutuasque in illius itineris sumptus accipiendi *marcas bis mille*, ob quas aliquot in *Richmondiæ Comitatu* agri pignori oppositi sunt, ipsa (quam *Dugdalius* consuluisse poterat) probat *syngrapha*; in quâ, [e] *Johannes de Britannia* (non *Dux Britanniæ*) & dilectus *Filius noster*, à *Rege* appellatur.

Subit sanè hìc mirari, quibus erratis insperserit, quàm perturbato ordine tradiderit hujus familiæ historiam *Dugdalius*[f]: qui non tantùm *Johannes* binos, *Britanniæ* Ducem utrumque, alterum alteri succedentes, commiscet, & in unum eundemque confundit, multa à filio gesta patri attribuens, imò *Beatrici* eum sui filii uxori jungens; sed demùm filium, qui octo annos à *Johannis primi* obitu *Britanniæ* Ducatu potiebatur, prorsus omittit, *Arthurum Johannis* non (ut erat) *secundi*, sed tanquam *primi* filium natu maximum & hæredem substituens, aliaque facta ad *Johannem secundum* referenda, in secundum ejusdem filium, nomine etiam *Johannem*, rejiciens, licèt nunquam in *Britanniæ* Ducatum successerit. Hæc qui sibi apertiùs & planiùs explicari voluerit, nostram [g] *Tabulam* adeat *Genealogicam*, in quâ quicquid ad RICHMONDIÆ COMITUM stirpem & prosapiam attinet, magìs, quàm hactenùs quisquam, enucleatè delineavimus.

Johannes primus, post *Richmondiam* suæ familiæ restitutam, se erga *Abbatiam Jorevallensem*[h] in illo Comitatu præbuit munificum: eique *Octobris octavo*, anno *Edwardi primi* 13. Domini 1286. mortuo in *Britanniæ Ducatum* successit suus filius *Johannes Comes Richmondiæ*; qui anno 1268. ubi primùm hunc honorem fuerat consecutus, *Richmondianis municipibus*, omnia ipsorum emporia, nundinas, portoria, aliaque privilegia, cùm in *Abbatiâ Jorevallensi* tunc temporis hospitaretur, confirmavit[i]: annoque 1275. cum Canonicis *Abbatiæ Egglestonianæ* convenerat, ut in posterum sex de eorum numero lecti in CASTELLO RICHMONDIÆ sacra facerent; quod manifestum est ex [k] ipsa *syngraphâ*, in quâ nuncupatur

---

[a] App. N. LXVI. [b] Ibid. N. LXVII. [c] Lob. T. I. p. 260. [d] Baron. T. I. p. 51. [e] App. N. LXV. [f] Baron. p. 51. [g] Vide Tab. Gen. post Præfat. [h] Mon. Angl. T. I. p. 878. [i] App. N. CXXI. & & N. CLXV. [k] Vide Regist. p. 95.

patur *Johannes de Britanniâ* COMES RICHMONDIÆ *filius Ducis Britanniæ*; quamvis [a] *Dugdalius* hoc pactum cum Canonicis initum patri attribuat, & [b] *Abbatiam Eggleſtonianam* à *Richmondiæ*, ubi ſita eſt, *Comitatu* in *Epiſcopatum Dunelmenſem* tranſportet. Anno 1279. nundinas per quatriduum *Richmondiæ* ad feſtum *Exaltationis Sanctæ Crucis* habendas impetravit [c]: cumque iter in *Sanctam Terram* meditaretur, militaris operæ, ad quam Regi in ipſius bellis præſtandam clientelari COMITATUS RICHMONDIANI poſſeſſione aſtringebatur, vacationem in quinquennium habuit [d]. Illum probabile eſt hoc, quod intendebat, iter feciſſe, quamvis hujus nulla apud *Lobinellum* aut quemvis alium fiat mentio: legimus enim *Reginam Dotariam* cum Rege, anno 1281. egiſſe, ut illius in remotâ patriâ peragentis res *Nicol. Stapilton* in *Angliâ* curaret [e].

Anno 1287. ipſe tunc *Dux Britanniæ* Cantariæ apud *Houghtonam* in *Norfolciâ*, à *Mariâ de Neville Roberti Middlehamiæ* Domini viduâ erectæ, donationem firmavit [f]: belloque inter *Edwardum primum* & *Philippum Pulchrum* ann. 1294. exorto, ſtetit primùm à *Regis Anglici* partibus, cujus copiis præfuit; dein anno 1296. ad *Philippum* deſcivit, & ab eo *Par Galliæ* creatus eſt. Vix dubitamus, quin poſt ſuam defectionem à *Rege Edwardo* COMITATU RICHMONDIÆ fuerit exutus, neque in eundem reſtitutus ante pacem inter duos Reges conciliatam [g], paulò ante ſuum obitum, anno ſcilicet 1304. die Novembris decimo quarto [h]: quo, *Lugduni*, apud *Clementis Quinti* inaugurationem, muri veteris magnâ ſpectatorum multitudine onerati ruinâ fuit oppreſſus, dum equi, cujus tergo *Papa* inſidebat, habenas moderandi munere honorario & funeſto fungebatur. Fuit Princeps generosâ indole, liberalis, ergaque ſuos tam clientes in *Angliâ* beneficiarios quàm ſubditos in *Britanniâ* benevolus [i]; religioſorum, pauperumque apud illos non minùs quàm apud hos, cùm faceret teſtamentum, memor; munificus imprimis erga *Londinenſes Franciſcanos* ſive *Leucophæatos Fratres*, in quorum cœnobio [k] ipſius Duciſſa, *Henrici tertii* filia, anno 1275. ineunte, mortua, humo mandata erat.

In *Britanniæ* Ducatum ſucceſſit *Arthurus* illius filius natu maximus: quem noſtra *Comitum Richmondiæ Genealogia* rectè notat nunquam fuiſſe *Richmondiæ Comitem:* hunc quippe *Comitatum* ſuo

---

[a] Baron. 51. a. [b] Baron. ibid. & Mon. Angl. T. II. p. 196. [c] App. N. LXIX. [d] Ibid. N. LXXI. [e] Ibid. N. LXXII. [f] Ibid. N. LXXV. [g] Ibid. N. LXXXIII. [h] Lob. T. I. p. 201. & App. N. LXXXVII. [i] App. LXXXII. [k] Vide Additam. N. XIV.

fratri *Johanni* donaverat [a]; eundemque in hunc *Edwardus primus* etiam contulit unà cum omnibus prædiis, quibus ipsius pater, Dux quondam, in *Angliâ* fruebatur, *quæ in manum suam per mortem dicti Ducis devenerunt* [b]; ita ut nulla de *Arthuri* donatione ibi fiat mentio. *Edwardus secundus* ei remisit paterna bona, resque alias quascunque ad æs, quod contraxerat, publicum dissolvendum occupatas [c]: & ejus clientes jussit (utì suus pater *Rex* antea jusserat) eidem fidem clientelarem operamque & officia consueta præstare; nec non in multis ipsius oppidis dominiisque emporia & nundinas habendi jus ei concessit [d].

Edwardus primus, anno Domini 1305. sui regni 35. (antequam ei COMITATUM RICHMONDIÆ dedisset) eum constituerat *Scotiæ Proregem & Custodem:* nam in *Diplomate* eum appellat tantùm *Dilectum nepotem & fidelem nostrum Johannem de Britanniâ juniorem* [e]; proximoque anno, quo ad publica regni ordinum comitia *Carleoli* indicta citatus est, *Johannem de Britanniâ* COMITEM RICHMONDIÆ. Anno Domini 1307. *Edwardi secundi* primo, *Prorex & Custos Scotiæ* rursus designatus est: & id fortè, ipsiusque etiam animosa fortitudo, quâ *Roberto Bruceo*, qui eum ad *Abbatiam Bylandiæ* de improviso oppresserat, obstitit, *Regiq;* tempus evadendi dedit, fuere causæ, cur *Robertus* eum nunquam è suis manibus liberum dimittere aliquando decreverit. Mitiorem tandem animum, ut videtur, induit, *Papâ* forsan in eâ re se interponente [f], vel potiùs ingenti pecuniæ summâ in ipsius redemptionem pactâ; quæ ut solveretur, Rex subsidium, quod in Comitiis *Londini* 17. sui regni anno habitis nequibat obtinere [g], hortatoriis litteris ab ipsius clientibus coegit [h]; ita ut biennio circiter pòst exacto è carcere emissus fuerit.

Secunda hæc ei accidit captivitas apud *Scotos*, anno enim 1313. pro eo in prœlio de *Bannocksbourn* capto, reddita fuit & *Regina Scotiæ* & *Episcopus Glasguensis* [i]. In hanc verò calamitatem apud *Bylandiæ Abbatiam* incidit anno vergente 1319 [k]. vel ut aliis placet, 1322 [l]. Præeunte Martio, ejus merita *Rex* remuneraverat multis prædiis in *Episcopatu Dunelmensi*, in *Agris Eboracensi* & *Lincolniensi*, quorum jus per rebellium *Rogeri de Clyfford*, *Johannis de Moubray*, & *Rogeri de Damory* proditiones ad *Regem* transierat [m]: & in ejus redemptionem, ei, dum captivus detinebatur, omnium

---

[a] Lob. T. I. p. 391. [b] App. N. XCIV. [c] Ibid. & N. XCV. [d] Ibid. XCVI. & XCVIII. [e] Ibid. N. LXXXIV. [f] Ibid. N. CX. [g] Tho. Walsinghamii Hist. sub 1324. [h] App. N. CXIII. [i] Forduni Scoti-Chron. ann. 1313. [k] Walsinghamii Histor. [l] Thom. de la Moor. [m] App. N. CV.

Johannis

Johannis de Northwood, quæ tunc in ipſius manibus *ratione minoris ætatis hæredis prædicti Johannis* erant, terrarum cuſtodiam indulſit *. Nulla poſtea illius mentio ante annum 1325. quo *Pariſiis* obibat munus legati ab *Angliæ Rege*: nec ad revertendum voluntas ejus multùm accedere videbatur propter nonnullam ſimultatem in ipſius animo ortam, vel ob rempublicam à Rege malè adminiſtratam, vel quòd *Reginæ Walliæque Principis* partes amplexus fuerit. Cum *Principe* ergo pactionem fecit, ut pro ſuo RICHMONDIÆ COMITATU [a] *decem millia librarum Turonicarum* annua acciperet ſibi ex *Burdegalæ* aliorumque in *Aquitaniâ* locorum reditibus perſolvenda tantiſper, dum ipſi quædam ejuſdem pretii prædia in *Galliâ* aſſignarentur. Illa nihilominus pactio irrita videtur in poſterum fuiſſe.

Detrectatum ab illo in *Angliam* reditum probat *Mandatum*, quo *Suſſexiæ Vicecomes* jubetur eum contumaciæ reum agere, quòd Regis imperio obedire eique adeſſe noluiſſet [b]. Quapropter ei COMITATUM RICHMONDIÆ ademit; & has, cur eum exuerat, rationes *Papæ* ejus cauſam ſuſcipienti reddidit [c]. Ex his facilè apparet, quàm malè nixa ſit iſta calumnia, quâ fertur à *Rege* in *Reginæ Principiſque* necem fuiſſe eo circiter tempore inſtructus & ſubornatus [d].

Dugdalius in hôc, ut in multis aliis, errat manifeſtiſſimè; quòd affirmet ei conceſſam eſſe copiam, anno *Edwardi tertii* primo, fratri ſuo *Arthuro Britanniæ* tunc Duci ſuum RICHMONDIÆ COMITATUM tradendi. Ipſa enim *ſyngrapha* [e] quarto *Edwardi ſecundi* data eſt; & ſequente anno deceſſit *Arthurus*. Sed in viam redeamus. Videtur ſanè *Comes* in ſuum HONOREM RICHMONDIÆ ab *Edwardo ſecundo* reſtitutus, non verò antequam hic omni eum illi ulteriùs abnegandi poteſtate privaretur. *Inſtrumentorum* enim, quibus illa imperabatur reſtitutio, alterum 25. *Decembris* datum eſt [f]; alterum 12. *Januarii* [g]; illud non menſe, hoc octo tantùm diebus, priuſquam in ejus locum legeretur *Princeps*: minimè itaque poteſt ignorari, cui hanc gratiam debuerit *Comes*; nec ante biennium poſtea in integram ejus poſſeſſionem venit [h].

Ab illo deinde tempore HONORE eo quietè fruebatur; donec *Edwardi tertii* ſeptimo, non (uti [i] *Dugdalio* placet) quinto, veniam impetraret eum in ſuam neptim *Pembrokiæ Comitiſſam* [k] transferendi,

---

* App. N. CXII. [a] Ibid. N. CXIV. [b] Ibid. N. CXV. [c] Ibid. N. CXVI. [d] Walſingh. Hiſt. ſub ann. 1325. & Dugd. in Baron. T. I. p. 52. [e] App. N. XCIX. [f] Ibid. N. CXIX. [g] N. CXVII. [h] App. N. CXIX. [i] Dugd. Bar. T. I. p. 52. [k] App. N. CXXVIII.

libris

libris 1800 *monetæ Anglicanæ* annuis ab hâc repromiſſis, & titulo *Comitis* omnibuſque etiam Saltibus ac Eccleſiarum Monaſteriorumq; patronatu ſibi reſervatis. Quo facto, non ita multò pòſt receſſit in *Britanniam:* ubi 17. Januarii 1330. moriens, in *Franciſcanorum* æde *Namnetis* ſepultus eſt.

Johannes tertius, *Arthuro* illius fratri majori filius, *Britanniæ* tunc Dux, clientelari fide *Regi* præſtitâ, die Januarii ſequentis quarto, in RICHMONDIANI COMITATUS redituumque omnium ad eundem pertinentium poſſeſſionem fuit admiſſus[a]. *Lobinellus Froiſſardi* teſtimonio fretus[b], ſcriptum reliquit, quòd iſtum *Comitatum* ei, qui nempe partibus *Gallicis* omnino favebat, ereptum *Rex* tranſtulerit in *Robertum Atrebatium Comitem*; qui in *Angliam* adveniens, *Edwardo* inſuſurraverat, potiori ad ipſum, quàm ad *Philippum Valeſium* jure *Galliæ* Regnum pertinere[c]. Verùm hoc eſt ambiguæ admodum fidei; nam neque in *Turris Londinenſis* Archivis id occurrit; & certum eſt, *Johannem* non ſolum fuiſſe compotem HONORIS RICHMONDIÆ anno[d] 1338. quo bellum *Galliæ* inferre *Rex* cœpit; ſed etiam ſe RICHMONDIÆ COMITEM[e] anno 1339. vocâſſe, eoque titulo cum cunctis reditibus anno 1341. die *Aprilis* ultimo, quo mortem obiit, potitum eſſe[f]. Quamobrem probabile eſt ei HONORIS iſtius poſſeſſionem ſinè ullâ intermiſſione, donec vixit, fuiſſe continuatam.

Hic Dux, *Drocariorum* inſignibus anno 1318. omiſſis, ſolas deinceps *Pelles Herminias* aſſumpſit, quas ipſe & ipſius majores in *Quadrâ* duntaxat hactenus geſtaverant, *Lobinello* authore[g]: quamvis in eo, quod nobis deſcripſit, illius avi *Johannis ſecundi* monumento *Ploermeli* apud ædem *Carmelitarum* poſito, totum ſcutum occupant *Pelles Herminiæ* ſinè *ullo teſſellarum*, quibus Drocariorum inſignia[h] conſtant, *additamento*. Sed, cùm ad indubitabilem ipſorum ſigillorum fidem provocet[i], cúmque hoc monumentum potuerit vel haud ante *Johannis tertii* tempus erigi, vel poſtea decorari ac refici; refragari erit difficillimum.

Hôc Duce ſinè prole defuncto, *Johannes Comes Montis-fortis*, *Arthuri Britanniæ* Ducis ex ſecundâ conjuge *Jolentâ*, *Montis-fortis* Comitiſſâ, & *Alexandri tertii Scotorum* Regis viduâ, filius; ejuſque ideò Semigermanus, *Britanniæque* & *Richmondiæ* Titulos tam proximo ſanguinis jure, quàm ſupremo ejus teſtamento ſibi vendicavit[k]. Ho-

---

[a] App. N. CXXIX. CXXX. CXXXI. CXXXII. [b] Froiſſ. Vol. I. cap. 27. [c] Lob. T. I. p. 308. [d] App. N. CXXXIV. [e] Lob. T. II. p. 474 & 479. [f] App. N. CXXXV. [g] Lob. T. I. p. 302. [h] Ibid. p. 291. [i] Vide Sigill. N. X. [k] Lob. T. I. p. 311.

rum

rum tamen Titulorum competitor fuit *Carolus de Blœsio*, qui *Joannam Guidonis* Comitis de *Penthievre* filiam duxerat, secundi, ex primâ ipsius conjuge *Aliciâ de Lemovicis*, *Arthuro* filii, Ducique ultimo fratris ex toto sanguine germani. *Rex Galliæ*, ad quem controversæ rei judicium delatum est, *Ducatum Britanniæ Carolo* adjudicavit. *Johanni* successus fuit in *Angliâ* felicior: ubi ab *Edwardo tertio* RICHMONDIÆ COMITATUM HONOREMQUE obtinuit tantisper fruendum, donec suum *Montis-fortis* Comitatum, cujus possessione ipsum *Regis Angliæ* partibus faventem *Rex Galliæ* deturbaverat, recuperaret[a]. Videtur tamen fuisse *Regi* magna HONOREM RICHMONDIÆ in se transferendi cupiditas: nam non multò pòst pactionem comperimus inter eum & *Johannem Montis-fortis* Comitem *Februarii* 20. 1341. factam, cùm prior solummodò die *Septembris* præcedentis 24. data esset; quâ ex conventi formulâ decretum est eum COMITATU RICHMONDIÆ modò fruiturum, usque dum Rex terras æqualis pretii in *Galliâ* ei assignandas curaret[b].

Johannes infeliciter captus fuit in urbe *Namneticâ*, quam eodem anno exeunte exercitui *Gallico* dedere cogebatur: & *Edwardus*, sive opis ei ferendæ spem desponderet, sive ejus causam post illud infortunium tueri operæ pretium minimè putaret, RICHMONDIÆ COMITATU quartum suum filium *Johannem de Gandavo*, nondum triennem, donavit; eumque COMITEM *per cincturam gladii* creavit die *Septembris* vigesimo, anno regni sui 16[c]. Hanc igitur dignitatem *Comes Montis-fortis* non diu retinuit: & abhinc circiter quadriennium anno 1345. de vitâ migravit, filio suo infante tutelæ *Edwardi tertii* commendato. Paulò antè libertatem sibi paraverat deceptis custodibus sub mercatoris veste à pauperibus quibusdam ad ipsum allatâ[d]: tum in *Angliam* profectus, auxilii nonnihil ibi corrogavit; inde regressus in *Britanniam*, *Corisopitum* obsidione irritâ cinxit. *Dugdalius* nihilominus affirmat eum *Parisiis* captivum obiisse anno Domini 1374. *Edwardi tertii* 48. eique multa interim ab ipsius filio transacta attribuit[e].

Edwardus Rex, anno regni 27. hanc suo filio confirmavit donationem: quæ ut sic satis rata esset metuens, anno 34. eandem iterum stabilivit Supremi Senatûs sanctione[f]; cavitque præterea, ut ei jus omne *Johannes Quartus* Dux *Britanniæ* cederet[g]; hâc inter alias pacis inter eum & *Galliæ Regem* paulò antè *Britiniaci* conciliatæ leges additâ, ut Dux hic restitueretur in sui *Comitatûs Montis-*

---

[a] App. N. CXXXVI. [b] Ibid. N. CXXXVII. [c] Ibid. N. CXXXVIII.
[d] Lob. T. I. p. 337. [e] Baron. p. 52. b. [f] App. N. CXXXIX. [g] Ibid. N. CXL.

 fortis,

fortis, ſuique totius in *Britanniæ Ducatu* hæredii poſſeſſionem; cujus ratione habitâ, probabile eſt eum omne, quod in RICHMONDIAE COMITATU habuit, jus juxta pactionem cum ſuo patre factam remiſiſſe [a].

Controverſiam de *Britanniæ Ducatu* inter *Johannem Quartum* & *Carolum de Bloeſio* flagrantem, quam *Angliæ Galliæque Reges* dirimere non poterant, tandem decidit generale prœlium ad *Auracum* 29. *Septembris* anno 1364. commiſſum; ubi *Carolus* in acie cecidit. *Rex Galliæ* veritus, ne *Johannes* Regi *Angliæ*, cujus ope *Britanniæ Ducatum* receperat, fidem clientelarem præſtaret [b], propoſuit conditiones, quas cùm *Dux*, aſſentiente *Angliæ Rege*, accepiſſet, integram ſui Ducatûs poſſeſſionem reſumpſit, & à *Galliæ Rege* tanquam *Dux Britanniæ* agnitus eſt.

Anno 1369. pace, quæ *Britiniaci* facta fuerat, à *Gallis* violatâ, *Dux* in magnis difficultatibus verſabatur, dubius, quo inter utrumque Regem modo ſe gereret. *Anglo* debebat *Ducatum:* ex regiâ ejus familiâ uxorem ſibi bis adjunxerat; in primis nuptiis *Mariam Edwardi tertii* filiam quartam, in ſecundis *Joannam Cambricæ Principis* ex primo ipſius marito *Thoma Holland Cantiæ Comite* filiam. His rationibus adductus *Anglo* bene volebat favebatque, occultè tamen & cautè, ne *Gallum* palàm offenderet. Itaque menſe *Julio* 1372. cùm ex pacto & conventu ei *Rex Angliæ* reddidiſſet RICHMONDIÆ COMITATUM, cui *Johannes de Gandavo Rex* tum *Caſtiliæ* & *Lancaſtriæ Dux* eam ob cauſam, & ob alias terras ſibi ejus loco datas renunciaverat [c]; eodem interea tempore, fœdus cum *Johanne Galliæ Rege*, novis ei ſuæ fidelitatis pignoribus datis, agitabat [d]. *Novembri* nihilominus ſubſequente, arctioribus ſocietatis vinculis *Regi Angliæ* ſe adſtrinxit [e]: quapropter *Britanniæ Ducatu* demùm exutus, ſe unà cum conjuge in *Angliam* anno 1374. recepit, ibique ſui COMITATUS RICHMONDIANI fructibus vitam aluit [f]; nam *Britanniæ* Nobiles *Rex Gallicus* muneribus à fide, quâ erga illum tenebantur, abduxerat. *Edwardus tertius* ſæpius conatus eſt eum in antiquum ſtatum reſtituere, dato aliquando auxilio, aliquando tentato fœdere, ſed fruſtra; ac 23. *Junii* 1377. moriens rem illam, quam ad exitum perducere non potuerat, ſuo nepoti *Ricardo ſecundo* perficiendam reliquit.

---

[a] Ibid. N. CXXXVI. [b] Lob. T. I. p. 377. [c] App. N. CXLII. CXLIII. &c. [d] Lob. T. I. p. 402. [e] Ibid. p. 405. & T. II. p. 585. [f] Lob. T. I. p. 410, 411.

Anno

Anno regni ſui primo, in eum contulit jus remittendi *Regia* in RICHMONDIÆ COMITATU *Mandata*; eique ipſiuſque clientibus & colonis *Theolonii*, *Pontagii*, aliorumque vectigalium immunitatem per totum regnum conceſſit[a]. Eum apud ſe retinuit, ut ſub *Thomâ de Woodſtock* Duce *Buckinghamiæ*, Regis avunculo, cum ducentis viris armatis totidemque ſagittariis in navali exercitu militaret[b]. Hic navalis apparatus adverſus *Hiſpanam* claſſem *Clauſulæ* apud *Flandros* ſtantem deſtinabatur: ſed navibus *Anglorum* tempeſtate disjectis, conatus iſte ſucceſſu caruit. *Dux* apud *Flandriæ* Comitem aliquandiu commoratus, anno proximo in *Angliam* regreſſus eſt, omnibus ſuis *Britannicis* ditionibus ſpoliatus, præter *Brivatem portum oppidumque*, idque tunc arctâ obſidione clauſum à *Gallis*; qui *Ducatûs* bona univerſa Regio fiſco adjudicata, Titulúmque regali dignitati unitum declaraverant[c].

Britones, cùm *Ducem* duriùs aſperiúſque tractatum cernerent, ad intermiſſum obedientiæ officium reverſi, ſuum Principem revocare, quàm *Gallorum* mancipia fieri maluerunt. Dux igitur ex *Angliâ* cum ſubſidiariâ validorum militum manu, fortiſſimiſque eâ tempeſtate, & exercitatiſſimis Ductoribus dimiſſus, intra annorum paucorum ſpatium *Carolum ſextum* ad fœdus petendum compulit; quod *Januarii* 15. 1381. fuit ſancitum: *Duxque* poſt Homagium conſuetum Regi præſtitum in *Britanniæ Ducatûs* & *Montis-fortis Comitatûs* poſſeſſionem iterùm redivit[d].

Infelix admodum ſors eſt & conditio Principis, qui inter duos ipſo potentiores & inter ſe invicem pares ſitus, eò redigitur, ut ſemper ab alterius arbitrio pendere, & in alterius odium offenſionemque occurrere oporteat. Is fuit ſemper *Britanniæ Ducum* ſtatus inter *Angliæ* & *Galliæ Reges:* quorum ille pergraviter offenſus hôc fœdere, quo *Dux* obſtrictus receperat domum ſe amandaturum *Anglos* omnes auxiliares, quos anteà ſecum adductos, ulteriùs retinere, ob *Britonum* importunitatem, eorumque averſum in extraneos illos animum, non fuit poſſibile, neque poſt pacem cum *Gallis* initam neceſſarium; Duciſſam ſororem ſuam in Angliâ detinuit, & ei, quandiu ibi ætatem degeret, RICHMONDIÆ HONOREM aſſignavit[e]. Redeundi tamen ad maritum ann. 1383. permiſit poteſtatem, & RICHMONDIANI COMITATUS emolumentis *in auxilium ſolvendi debita* uſque ad proximum S. *Michaelis* feſtum perfruendi[f].

---

[a] App. N. CXLIX. CL. CLI. [b] Addit. N. XVI. [c] Lob. T. I. p. 418.
[d] Ibid. p. 437. 438. [e] App. N. CLII. [f] App. N. CLIII.

Exacto

Exacto poſtea biennio, & *Rege* octavum ſui regni annum agente, COMITATUS, quòd *Dux* à *Regis Gallici* partibus ſtaret, in ſolennibus Ordinum Comitiis Fiſco addictus eſt, (hôc tamen decreto nonnullas ob cauſas ante annum Regis 14. in publicas Rotulorum tabulas haud relato[a]) & à *Ricardo Annæ Reginæ* in ipſius vitam[b] conceſſus. *Rex* interim *Duci* eatenus pacatus fuerat, ut huic COMITATUM reddiderit novâ donatione primo *Martii*, decimo regni, ann. Dom. 1387. ſignatâ[c]: quam omiſimus, eandem quippe verbatim atque illam, in noſtrâ *Appendice*, biennio pòſt 20. *Novembris* datam[d]: niſi quòd in 19. ejus lineâ poſt vocem *ſicut* inſerantur hæ, *cariſſima conſors noſtra Anna Regina Angliæ ea ex dono noſtro aut*, & rurſus itidem in 40. lineâ: quaſi (ut videtur) iterum *Rex* occupâſſet, aut ſaltem COMITATUS reſtitutioni medio inter duas illas donationes tempore moram aliquam injeciſſet.

Anno 1391. *Dux* ſolennem legationem ad repoſcendum COMITATUM RICHMONDIÆ, & *Brivatem* villam oppidumque miſit[e]: *ſecundumque* ſuum *filium* 25. *Auguſti* 1393. natum, nomine *Arthurum*, titulo *Comitem Richmondiæ* appellavit. Regni nihilominus anno 21. 1398. *Comitatûs* donationem reperiamus *Joannæ* Ducis *ſorori*, *Radulphi Baſſet* de *Drayton* conjugi, factam; neque (ut verſimile ſit) ſinè aſſenſu *Ducis*, cui recens nulla poſt ultimam reſtitutionem interceſſerat cum Rege *Angliæ* controverſia, imò qui in ipſo Donationis Inſtrumento *Frater chariſſimus* à Rege nuncupatur[f].

Ricardo ſecundo Regia Dignitate exuto ſuccedens *Henricus quartus*, primo Regni anno RICHMONDIÆ COMITATUM, ſed abſque *Comitis* Titulo, *Radulpho de Neville* Comiti *Weſtmerlandiæ* in ipſius vitam tenendum permiſit[g]. *Johannem Quartum Britanniæ Ducem* excepit in *Ducatu ſuus Filius Johannes Quintus*, quem nullibi comperimus RICHMONDIÆ COMITATU unquam potitum; tametſi hujus ſpe tantâ eum *Henricus quartus* aliquando lactaverat, ut *Cubicularium* ſuum *Armelum de Caſtello Gironis*, Vicarium ad ſpondendum *Homagium* mitteret[h]. Contrà apparet COMITATum fuiſſe penes *Weſtmerlandiæ Comitem* anno proximo[i], eoque quo mortem oppetiit, quarto nempe *Henrici ſexti*, qui ideò ſtatim *Eſchaetorem* ſuum juſſit poſſeſſionem ejus addicere avunculo ſuo

---

[a] App. N. CLVII. [b] Ibid. N. CLIV. & Addit. N. XVII. [c] Rot. Chart. An. 10. Ricardi II. in Turri Lond. [d] App. N. CLVI. [e] Ibid. N. CLVIII. [f] Ibid. N. CLIX. [g] Dugd. Bar. T. 1 p. 298. a. App. N. CLXIII. & Addit. N. XVIII. [h] App. N. CLXI. [i] Vide Regiſtr. p. 78.

Johanni

Johanni Bedfordiæ Duci; is enim in illum *Jus Reverſionis*, quod vocant, à fratre *Henrico Quinto* obtinuerat[a].

Ab illo tempore HONOR *Reditúſque* Ducali *Britanniæ* familiæ nunquam reſtituti ſunt, licèt *Arthurus*, *Johannis Quarti filius* ſecundus, quandiu vitam duxit, non deſtiterit ſibi Titulum COMITIS RICHMONDIÆ adſcribere; quod etiam omnes *Britanniæ Duces* in ſuis diplomatibus & ſigillis factitârunt; donec *Anna*, *Franciſci ſecundi* filia & hæres, connubio ſe *Regi Galliæ Carolo Nono*, & Ducatum Regno jungeret: exinde nullus occurrit extraneus, qui COMITIS RICHMONDIÆ Titulum ſibi unquam arrogaverit.

Sic tandem Hiſtoricum hunc de RICHMONDIÆ COMITIBUS tractatum à primo ex *Ducali Britanniæ familiâ*, qui hunc Titulum ſuſtinuit, ad ultimum uſque deduximus, quàm breviter pro materiæ ratione fieri licuit. Hunc quidem præmittere fuit omnino neceſſarium, quò multis in *Regiſtro* locis lux clarior adderetur; quò ſtatum HONORIS & COMITATUS per ſuccedanea tempora, ejuſdem varias *Regibus Angliæ* aliquando occupantibus, & recuperantibus aliquando *Britanniæ Ducibus* vices, crebraſque ab alterâ familiâ ad alteram tranſitiones deſcriberemus; necnon errores ſubinde corrigeremus plurimos, quos *Dugdalius* aliique in rebus ad horum *Ducum Comitumque* proſapiam, & ſucceſſionem pertinentibus admiſerunt.

Hæc putamus omnia à nobis dilucidè tractata: & ut quoad poteſt, queat ſatisfieri, ad hujus Præfationis calcem novam *Tabulam* familiæ *Britannicæ Genealogicam* lectoris oculis ſubjecimus, adnexis ibidem, quot uſpiam nobis obvia fuerunt, *Comitum Richmondiæ* ſigillis. Fatemur utcunque *Johannis tertii*, *Petri de Sabaudiâ* & *Johannis de Britanniâ*, *Johannis Secundi filii*, ſigilla adhuc deſiderari. Verùm probabile eſt *Johannis Tertii*, qui ſcutum duntaxat ex *Herminiis* pellibus geſtavit, ſigilla ab ipſius proximè ſucceſſoris ſigillis non multum differre: expreſſéque dicit *Lobinellus*, illum anno 1318. in magno ſuo ſigillo effictum fuiſſe *Equo inſidentem, manu alterâ ſtrictum enſem, alterâ ſcutum ex pellibus Herminiis tenente*[b]: quod prorſus idem eſt, ac *Johannis Quarti*[c] ſigillum. Duorum aliorum, quæ deſunt, ſigilla, propria ſingulorum Inſignia delineando, ſupplere conati ſumus[d].

---

[a] App. N. CLXIII. [b] Lob. T. I. p. 302. [c] Vide Sigill. N. XII.
[d] N. VIII. & XI. inter Sigill.

Regiſtro proximè præfiximus *Geographicam* RICHMONDIANI COMITATUS *Chartam*, locorum in *illo*, & *Appendice*, memoratorum nomina, quâ certâ niti potuimus fide, exhibentem. Reliqua autem multa adeò deperdita, ut ne minimum ſuperſit memoriæ vel traditionis veſtigium, omittendi veniam faciliùs, quàm Lectorum vagis & futilibus conjecturis ludendi, impetraturos fore ſperamus.

Regiſtrum ipſum, ex manûs charactere, circiter ultimi in eo *Compoti* tempus videtur ſcriptum, & in *Radulphi de Neville* Comitis *Weſtmorlandiæ* uſum regnante *Henrico Quarto* collectum[a]: collectum, inquam, nam conſtat ex ſubductis vario tempore Limitum Valoriſque HONORIS RICHMONDIANI in *Eboracenſi Comitatu* calculis; & ex alio forſan hujuſmodi *Regiſtro* ſcripto, quo tempore *Johannes de Britanniâ* Equeſtrium Feudorum, Advocationumque ibi reſtitutionem ſecundo *Edwardi Tertii* anno adeptus eſt. Id nobis ſuadet ſuperior tunica, vexillumque *Comitis Alani* in REGISTRI fronte, ubi hujus *Johannis de Britannia* Inſignia expanduntur, *Teſſella Argentea & Cœrulea coccineo limbo circumſcripta:* quæ ut complerentur, oportuit limbum *Leonibus Angliæ* decorari, quos *Comes* ille in gratam beneficiorum ab *Anglia* acceptorum memoriam adoptavit, & ob anguſtius (quod non ægrè credamus) chartulæ miniatæ ſpatium pictori non licuit exprimere. Alia olim extabant *Regiſtri* Exemplaria: nam præter unum à Domino *Smithſon de Moulton* in *Richmondiæ Comitatu* nobis commodatum, & ex illo in *Bibliothecâ Cottonianâ* tam accuratè tranſcriptum, ut omnes etiam ejus errores omiſſioneſque retineat; duo aſſervantur in *Heraldici Collegii* Londinenſis *Bibliothecâ* Manuſcripta, quæ *Regiſtri* nihil amplius, quàm quod ex libro **Doomsday** dicto exſcribitur, continent. Sed cùm in horum altero *Comes Alanus* depingatur *Pellibus Muris Herminii* indutus à capite ad calcem, quod *Britanniæ Ducum* à *Johanne* uſque *Tertio* fuit geſtamen; & in alterius initio, eum comitentur cum ſuis inſignibus & vexillis omnes illi, quos prædiis donat, utì cernere eſt in picturâ ſuperiori primæ aliorum exemplarium paginæ margini affixâ; hæ proculdubio deſcriptiones ex nonnullis, qui ad noſtras manus nondum pervenerunt, deſumptæ ſunt.

Atque hìc, quoniam, cùm in *Appendicis* paginam 22. Obſervationes ſcriberemus, ad notitiam noſtram nondum pervenerat, monitum velimus Lectorem, Ædes quaſdam amplas olim, & anti-

---

[a] Vide Regiſt. p. 78. & App. N. CXIX.

quas,

quas, cum tuguriis aliquot adjacentibus ad viam Regiam à *Doningtona Boſtoniam* ducentem, & vix trecentos paſſus ab Eccleſiâ de *Swineſhead*, *Draitonam* hodiè vocari. Has quondam fuiſſe lati hujus Manerii Caput nulli dubitamus, illud licèt in *Kirtonam*, tanquam locum ad Curias Domini tenendas commodiorem, tempore ſequiori transferre viſum fuerit; in iiſdem enim villis, quibus paulò poſt Conqueſtum *Draitona*, Socam ſuam habet hodiè & *Kirtona*.

Quis hujus HONORIS valor fuerit, ſciri poteſt ex ſupputatis ſigillatim ejuſdem rationibus in Ærarium Regium [a] *per* **Inquiſitionem poſt mortem** *Petri de Sabaudiâ* relatis, & ex æſtimatione ſub diverſis Regibus conſtituta. Verùm cùm rationes in Ærarium relatæ [b] ex emolumentorum tantùm parte eſſe videantur, illis igitur prætermiſſis, dicemus primùm de penſione pro HONORE iſto *Johanni de Britannia Henrici Tertii* 39. 1245. ſolutâ, quæ fuit ſolùm *mille & ducentæ libræ Anglicæ annuæ*, additamento *ducentarum marcarum* [c] *de Regis dono* adjecto, quas *ſyngrapha* donationis recitat. **Inquiſitio** tamen **poſt mortem** *Petri de Sabaudiâ* anno 1280. *Edwardi Primi* octavo, ſummam pretii producit longè ſuperiorem; cujus partes ſic recenſentur.

	l.	*s.*	*d.*
In Comitatu *Nottinghamiæ*	01	10	00
	128	15	04
Lincolniæ —	1464	17	08¼
Hertfordiæ —	86	11	10¼
Suſſexiæ —	51	08	06¼
Norfolciæ —	80	00	00
Eboraci —	658	13	10¼
Cantabrigiæ —	371	04	00
	2843	01	03½

Quæ Summa adeò priorem excedit, ut primo intuitu credere promptum foret, *mille ducentas libras* non totius per *Angliæ* regnum HONORIS, ſed COMITATUS tantùm RICHMONDIÆ in agro *Eboracenſi* pretium fuiſſe; juxta ipſa [d] Donationum verba, *pro extentâ & valore* COMITATUS [non HONORIS] RICHMONDIÆ. Cùm verò ſumma 1200 *librarum* ſit ferè dupla ſummæ, quam partis in *Eboracenſi* agro ſitæ valori aſſignat **Inquiſitio**

[a] App. N. VIII. [b] Vide Præfat. ſup. [c] App. N. XXXVII. [d] App. N. XXXVII. & XLVIII.

ſitio annis tantùm *triginta quinque* poſt illarum donationum primam, & *viginti* poſt ultimam acta; minimè dubium eſt, quin ſumma illa fuerit HONORIS totius æſtimatio: quam ex ultimâ donatione conſtat fuiſſe incertam admodum & non ſatìs notam, donec **Inquiſitio** prædicta eam videatur accuratiſſimè definiiſſe. Quî igitur fit, ut *Johannes de Britanniâ, Johannis ſecundi* filius, cùm illum HONOREM *Mariæ de S. Paulo* Comitiſſæ *Pembrokiæ* anno 1333. ſcilicet poſt hanc **Inquiſitionem** *quinquageſimo tertio*, traderet, ſibi plus quàm 1800 *libras* annuas, ex illius proventibus, præter ſaltus patronatuſque ad illam pertinentes, non reſervaverit[a]? Tanta inter illam æſtimationem quemque ſibi annuum reſervabat cenſum inæqualitas planè oritur ex neceſſariis, quibus HONOR ſubjiciebatur, expenſis ab ejus poſſeſſore ſolvendis, cùm nulla pretii ſolvendi deductio in *ſyngraphâ* indulgeretur; imò potiùs ex ſingulari pacto *Comitiſſa* obligaretur ſponſione *præſtandi omnia ſervitia inde debita & conſueta:* Saltus inſuper Advocationeſque Eccleſiarum ac Cœnobiorum oportet fuiſſe magni æſtimata, quippe quæ ex Donatione excluderentur; neque credibile eſt *Comitiſſam* aut quemvis alium voluiſſe, durâ tam gravem quotannis ex fundo penſionem ſolvendi lege obligari, nullumque ex reſiduo commodum ſibi percipiendum reliquiſſe.

Pecuniæ tunc pretium fuit ſextuplo ſaltem majus quàm nunc eſt. Æquabilis igitur ut fiat illius HONORIS æſtimatio, ſumma **Inquiſitione** ſupputata erit per numerum ſenarium ſic multiplicanda.

	l.	*s.*	*d.*
Pretium antiquum	2843	01	03½
			6
Recens	17058	07	09

Eodem tum modo pecunia *anno* 1333. reſervata in ſenarium ducatur.

	l.	*s.*	*d.*
Pretium antiquum	1800	00	00
			6
Recens	10800	00	00

[a] App. N. CXXVIII.

Opimum ſanè hoc erat *Adpanagium* juniori *Ducis Britanniæ* filio conceſſum; nec contemnenda illa *Appendix* propriis ejus redditibus ſuperaddita.

Appendix noſtra plurimos tractatus complectitur, qui aliquatenus ad RICHMONDIÆ HONOREM attinent, aut loca in *Regiſtro* occurrentia explanant. Prima eſt præclari illius Antiquarii *Arthuri Agardi* de **Libro Cenſuali, Doomsday** vocato, *Diſſertatio*; quæ cùm nondum typis excuſa prodierit, & ad primas *Regiſtri* ſchedas ſpeciatim ſpectet, intempeſtiva haberi neutiquam poteſt. Noſcat verò Lector in illa non tam *Uſum & Explicationem Verborum* **Libri** contineri, quàm *Præfationem Opuſculi* cujuſdam eum in finem deſtinati, quod tamen nunquam perfeciſſe videtur Author, niſi ſit *Tractatus* iſte quem immediatè adjecimus *De Agris metiundis*, Anglico ſermone, quemadmodum & præcedens primitùs ab eo conſcriptus. Hunc, licèt nuper ab erudito indefeſſoque *Thomâ Hearn* A. M. in lucem editum[a], viſum eſt tamen ad prælum revocare; quòd Libri ejus rariſſimi eſſe cœperint; tum præſertim, quòd illum, antequam ab eo publicaretur, ex Authoris autographo, ab iſto, quo *Hearnius* utitur, exemplari nonnullis in locis diverſo, in *Cottonianâ Bibliothecâ* tranſcripſerimus; quod denique plurimis vocibus in noſtro *Regiſtro* obviis multum lucis afferat; adeò ut nihil potuerit propoſito noſtro magìs conducere.

Aliorum complurium, qui hos ſequuntur, tractatuum incœpto huic noſtro illuſtrando inſervientium titulos curioſo lectori catalogus indicabit *Appendici* præfixus; quorum qui nunc primùm lucem publicam aſpiciunt, *Aſteriſco* notantur. Cui uſui nobis fuerint, hæc *Præfatio* & *Obſervationes* ad calcem Libri oſtendent. Hìc igitur Lectori unum id notum faciemus, nos, præter *Chartas* & *Monumenta publica* ad *Comites* ſpeciatim ſpectantia, adjeciſſe etiam alia non pauca, in quibus multarum antiquarum familiarum in RICHMONDIÆ COMITATU olim florentium nomina aut res memoriæ traduntur; item ad Regnorum ſingulorum finem, quem ordinem obſervavimus, Privilegia *Liberæ Warennæ* in ſuis cuique terris à *Rege* conceſſa; quorum cùm forma omnium eadem ſit, materiam tempuſque, quo data ſunt, enuntiare ſatìs habuimus. Adduntur inſuper *Nundinarum Mercatuumque* privilegia cunctis, quæ aliquando eis fruebantur, oppidis donata: quorum oppidorum plurimis, nunc ſemirutis, & vix ullum, niſi vilium obſcurorumque pagorum nomen retinentibus, ipſa intercidit ſuæ priſtinæ ac felicis conditionis me-

[a] *In a Collection of curious Diſcourſes written by eminent Antiquaries*, Ox. 1720.

moria. Nec gravabitur Lector plures nos huc transtuliſſe *Chartas* ex illuſtri illâ FOEDERUM & ACTORUM COLLECTIONE PUBLICORUM, quà patriam ſuam nobilitavit *Rymerus*, cùm Theſaurus ille prægrandis non omnium in manus delapſus ſit, & nihil ex eo, quod non operi noſtro lucem impertiat, decerpſerimus.

Huic demum operi, ut deſit quàm queat minimum, de *Eccleſiaſtico veteri* COMITATUS hujus ſtatu nonnihil adjecimus: id maximè quod de RICHMONDIÆ ARCHIDIACONATU nobiſcum communicavit *Reverendus in Chriſto Pater* EPISCOPUS *nunc* CESTRENSIS, ad cujus Diœceſin ille jam pridem ARCHIDIACONATUS acceſſit, ab *Eboracenſi* Reformationis temporibus avulſus. Pleroſque ex illis *Archidiaconis* fuiſſe magnæ dignitatis & authoritatis viros in rebus cùm Eccleſiaſticis tum Civilibus, probabit eorum *Catalogus* ex eruditi curioſique Doctoris *Huttoni* ſchedis in *Harleianâ* jam *Bibliothecâ* repoſitis, & *Eccleſiæ Anglicanæ Faſtis* à Domino *le Neve* editis collectus.[a] Inſeruimus quoque *Nomina* & *Valores Domorum Religioſarum*, quæ ſunt in RICHMONDIENSI COMITATU, ex authenticis ſcriptis circa Reformationis tempora conquiſitis, & *Londini* apud *Templum* in *Primitiarum Eccleſiaſticarum Officio* hodie aſſervatis.

Ad calcem Libri multa ſunt obſervata, quibus plurima in *Regiſtro* & *Appendice* loca & vocabula partim emendantur, partim explicantur. Sed à nobis, nolimus, lector expectet omnium obſoletarum vocum ibidem paſſim occurrentium interpretationem, maximâ ex parte ab *Henrici Spelmanni* Equitis, *Du Freſnii*, & aliorum *Gloſſariis* jam excuſis petendam. Iſtas igitur ſolas adnotavimus, vel quæ in illis non reperiuntur, vel quarum ſignificatio alia eſt, ac quæ ab illis traditur. Hôc etiam in loco monendus eſt Lector, ut, ſicubi ejuſdem nominis orthographia in eâdem nonnunquam etiam paginâ variaverit, nos putet fuiſſe non negligentiores, at Manuſcripti potiùs obſervantiſſimos. Nemo enim in *Scriptorum Veterum* codicibus verſatus ignorat, quam non accuratè nomina ſoleant exſcribere.

Dignas ubique (quod æquum eſt) grates iis omnibus perſolvimus, quarum ſubſidiis promota fuit hujus operis editio; quæque auxilia eis debemus, vel in hâc *Præfatione*, vel in ſuis paſſim locis propriis commemorantur. Magnas meritò gratias habemus atque agimus *Honorando admodum viro* Domino *Harleyo*, cujus nobiliſſima & quantivis pretii Bibliotheca aditum petentibus nunquam non

---

[a] App. N. XI. Vide etiam App. N. XLII. & CVI.

patuit;

patuit; cujus liberalitas in comparandis, diligentia in conſervandis, facilitas in communicandis, quas, in omni literarum genere poſſidet, theſauris, ab omnibus ſtudioſis doctrinæ & antiquitatum cultoribus nunquam ſatis laudari poſſunt. Neque ſilentio nobis prætereundus eſt vir ille peritiſſimus, cujus cuſtodiæ & fidei ſuam Bibliothecam commiſit, *Humfridus Wanleius:* cujus opera bene de nobis merendo, &, ſi quid cujus cura penès ipſum erat opus eſſet tranſcribendo, nuſquam defuit. Illa autem *Acta publica* ex Autographis in *Turre Londinenſi* nunc primùm luce donata, ſingulari Domini *Georgii Holmes* humanitati cuncta referimus accepta, quorum etiam permulta ſuâ manu ipſe deſcripſit, & cujus nomen omnibus Hiſtoriæ *Anglicanæ* & Antiquitatis amatoribus ſatis notum eſt.

The NAMES of the SUBSCRIBERS.

Thoſe with this (*) are Subſcribers for large Paper.

A.

THE R^t Rev^d. *John* Lord Bp. of *St. Aſaph.*
Sir *Robert Abdy*, Bar.
Anthony Allen of *Guildford* in the County of *Surrey*, Eſq;
William Alleyn, LL.D.
Edward Alexander, Eſq;
Joſeph Alſton, Eſq;
George St. Amand of the *Inner Temple*, Eſq;
Francis Anneſley of the *Inner Temple*, Eſq;
John Anſtis, Eſq; Garter King at Arms.
Mr. *Edward Applegarth* of *Church Stretton* in the County of *Salop.*
Mr. *Thomas Arnold* of *Blackthorn.*

B.

The Right Hon. the Ld *Bingley.*
The Right Hon. the Ld *Bruce.*
* *Thomas Bacon* of *Catley* in the County of *Cambridge*, Eſq; F.R.S.
Joſeph Banks, Eſq;
Robert Baylis, Eſq;
Mr. *Martin Bedwell.*
Peregrine Bertie of the *Middle Temple*, Eſq;
Mr. *Joſeph Bowles*, A. M. Fellow of *Oriel* College, and Keeper of the *Bodleian* Library.
Thomas Bowdler, Eſq;
Mr. Serjeant *Brainthwait:*
Mr. *Brian* of *Harrow on the Hill.*
* *John Bridges*, Eſq; F.R.S. of *Barton* in the County of *Northampton.*
The Rev^d Mr. *Bridges* Vicar of *Southweald* in the County of *Eſſex.*
Edward Bulſtrode, Eſq;
* *Edward Burton* of the *Middle Temple*, Eſq;

C.

The R^t Hon. the Earl of *Coningsby.*
The R^t Revd *Francis* Lord Bp. of *Cheſter.*
* The R^t Hon. the Ld *Carteret*, One of his Majeſty's Principal Secretaries of State.
Hon. *Edward Carteret*, Eſq; one of the Poſt-maſters General.
Samuel Carte, LL.B.
John Chicheley, Eſq;
Hon. *George Clark*, Eſq;
* Hon. *Thomas Coke*, Eſq;
Samuel Creuſe of the *Middle Temple*, Eſq;
The Rev^d Dr. *La Croſe*, Vicar of *Old Windſor.*

D.

The R^t Rev^d the L^d Biſhop of *Durham.*
The R^t Rev^d the L^d Biſhop of St. *Davids.*
Sir *David Dalrymple*, Bar.
* Sir *Abſtrupus Danby* of *Maſhamſhire* in the County of *York*, Knight.
The Revd *Thomas Dawſon*, D. D. Vicar of *Windſor.*
* *Robert Dobbyns*, Eſq;
* Hon. *Mountague Gerard Drake*, Eſq;

E.

The R^t Rev^d the L^d Biſhop of *Ely.*
The Rev^d Mr. *Laurence Echard*, Archdeacon of *Stow.*
Mr. *John Ecton.*
The Rev^d Mr. *Edgley.*
* *Thomas Edwards* Jun. of the *Middle Temple*, Eſq;

F.

* The R^t Hon. the Ld *Foley.*
The R^t Hon. the Earl *Fitz-williams.*
The Rev^d Dr. *Humphrey Foulks*, Prebendary of *St. Aſaph.*
Mr. *John Freke*, Surgeon.

G.

* *Roger Gale*, Eſq; F.R.S.
* Mr. *Samuel Gale.*
* *Thomas Grainger*, Eſq;
Mr. *John Grant.*
Richard Graves of *Mickleton* in the County of *Glouceſter*, Eſq;

H.

* The Right Hon. the Earl of *Harold.*
* The Right Hon. the Lord *Harley.*
The Rev^d Mr. *George Harbin.*
Henry Hare, Eſq;
John Harwood, LL.D. and F.R.S.
* *John Hill*, Eſq;
James Hill of the *Middle Temple*, Eſq; F.R.S.
George Holmes Gent.

I.

Tobias Jenkins, Eſq;
* *Thomas Jett*, Eſq;
William Inge of *Thorpe Conſtantine* in the County of *Stafford*, Eſq;
* *Maurice Johnſon* of the *Inner Temple*, Eſq;
John Johnſon of the *Inner Temple*, Eſq;
Sir *Thomas Jones* of the Regiſter's Office for the County of *Middleſex.*
* *James Joye*, Eſq;
Benedict Ithell, Eſq;
Henry Juſtice, Eſq;
Mr. *William* and *John Innys* of *London*, Bookſellers.

K.

* *Abel Ketelbey* of the *Middle Temple*, Eſq; F. R. S.
Mr. *Kirkpatrick.*
The Rev^d. *James Knight*, D. D.

L.

The R^t Rev^d. *John* Lord Biſhop of *London.*
The R^t Rev^d. *Edmund* L^d Biſhop of *Lincoln.*

The NAMES of the SUBSCRIBERS.

* The Right Hon. the Lord *Lechmere.*
Thomas Leſtrange, Eſq;
The Revd. Mr. *Lewis* of *Margate* in the Iſle of *Thanet.*
Mr. *John Linton.*
Mr. *William Lock.*
John Luſcomb of *Luſcomb*, Eſq;
Narciſſus Lutterel of *Little Chelſea*, Eſq;

M.

Thomas Madox, Eſq; Hiſtoriographer Royal.
Mr. *Thomas Martin* of *Thetford* in *Norfolk.*
Richard Middleton Maſſey, M.D. F.R.S.
* *Richard Mead*, M. D. & F.R.S.
* *Samuel Mead* of *Lincolns-Inn*, Eſq;
Dr. *John Burchard Menkenius*, Councellor and Hiſtoriographer to the K. of *Poland.*
* *John Merril*, Eſq;
* *Brian Menſeir* of the C. of *York*, Eſq;
* *Robert Myddelton* of *Chirk Caſtle* in the County of *Denbigh*, Eſq;
Conyers Middleton, D.D. principal Library-Keeper of the Univerſity of *Cambridge.*
*The Hon. Dr. *Mountague*, Dean of *Durham.*

N.

Peter Le Neve, Eſq; Norroy King at Arms. F.R.S.
Mr. *Robert Neal*, Apothecary.
Mr. *John Nettleton.*
William Nicholas, Eſq;
* Hon. Coll. *Francis Nicholſon*, Governour of *South Carolina.* F.R.S.
* ——One other, being his Gift for the Uſe of the Mayor and Corporation of the Town of *Richmond* for the time being.
*——One other, being his Gift for the Uſe of the Miniſter of the ſaid Town.
*——One other, being his Gift for the Uſe of the Free School of the ſaid Town.
The Hon. *Roger North* of *Rougham* in the County of *Norfolk*, Eſq;

P.

*The Right Hon. *Thomas* Earl of *Pembroke.*
The Rt Revd *White* Ld Bp of *Peterborough.*
Hen. Pacey of *Boſton* in the C. of *Lincoln*, Eſq;
William Pavey, Eſq;
Mr. *John Pettenſon* of *Penrith* in the C. of *Cumberland.*
Edmund Prideaux, Eſq;

R.

* His Grace the Duke of *Richmond.*
Thomas Rawlinſon, Eſq;
Richard Rawlinſon, L.L.D. F.R.S.
Thomas Reeves of the *Middle Temple*, Eſq;
Willy Revely, Eſq;
James Reynolds, Eſq; Serjeant at Law.
The Revd. Mr. *Richardſon*, Rector of *All-hallows, London* Wall.
John Roberts of *Lincolns-Inn*, Eſq;
Tancred Robinſon M. D. & F.R.S.

S.

* The Right Hon. the Earl of *Sunderland.*
* The Right Hon. the Earl of *Suſſex.*
Mr. *Robert Sanderſon.*
Edmund Sawyer of *Lincolns-Inn*, Eſq;
Gervaſe Scroop of *Lincoln*, Eſq;
* Sir *Thomas Sebright*, Bar.
Thomas Sergeant, Eſq;
Revd Mr. *Sparks*, Regiſter of the Cathedral Church of *Peterborough.*
Sir *Hans Sloan* Bar. M. D. F.R.S.
Leonard Smelt, Eſq;
James Sotheby of *Sewardſton* in the County of *Eſſex*, Eſq;
Thomas Spaight, Eſq;
The Gentlemens Society of *Spalding* in *Lincolnſhire*, for the Library there.
Sir *John Stanley*, Bar.
Robert Stephens of the *Middle Temple*, Eſq;
* Sir *Simeon Stuart* Bar.
William Stukely, M. D. & F.R.S.
Sir *Philip Sydenham*, Bar.
The Revd. Mr. *John Sykes*, Rector of *Cottered* in *Hertfordſhire.*

T.

John Talman, Eſq;
The Revd. Dr. *Thomas Tanner*, Chancellor of the Cathedral Church of *Norwich.*
Charles Taylor of the *Inner Temple*, Eſq;
**John Taylour* of St. *James*'s *Weſtm.* Eſq;
John Thomſon, LL.B.
Ralph Thoresby, Eſq; F.R.S.
The Revd. Mr. *Thorold*, Rector of *Ludgate.*
George Tilſon, Eſq;
Richard Topham, Eſq;
Trinity College, *Cambridge*, for the Library.
Mr. *Ben. Tooke* of *London*, Bookſeller.

V.

Mr. *George Vertue.*

W.

Mr. *John Waite* of *Richmond*, Gent.
John Warburton, Eſq; *Somerſet* Herald at Arms, and F.R.S.
Thomas Warkhouſe of *Lincolns-Inn*, Eſq;
Lee Warner, Eſq;
* *Richard Weſt*, Eſq; One of his Majeſty's Council at Law.
Anthony Weſcomb, Eſq;
The Revd. Dr. *Wilkins*, Prebendary of *Canterbury.*
Mr. *John Williams.*
The Reverend Mr. *Moſes Williams*, F.R.S.
Brown Willis of *Whaddon Hall* in the County of *Bucks*, Eſq;
Richard Witherſton of the *Inner Temple*, Eſq;
John Wood of *Lincolns-Inn*, Eſq;
John Woodward, M.D. and F.R.S.
Mr. *John Worthington.*
The Reverend Dr. *Wotton.*
Sir *Marmaduke Wyvill*, Bar.


Y.

John York, Eſq;

Tabular Genealogical Families

Tabula Genealogica Familiæ Duc

Aliorumque ab ea



ucalis Britanniae, Comitum Richmondiae.

b ea in ANGLIA oriundorum.

s TORTUS=EREMENGARDIS GRISAGONELLA
hedonum.
. 990.

l. EUDO D.=AGNES fil. Alani
- Britann. Ob. 1079 | Cagnart. Comitis Cornovalliæ.

AVICIA de=4. Stephanus Comes Richmond. & Penthevriae. Ob. 1137.
Guingamp.

3. Alanus II. Niger, Com. Richmond. Ob. 1093. s. p.

2. Alanus I. Rufus Co. Richmond. Ob. 1089. s. p.

1. GALFRIDUS Botterell. Ob. 1093.
RIVALLO. CONANUS.

5. BRIANUS=INOGENA de Com. Cornubiæ. Castro Brientii.

6. RIBALDUS=BEATRIX.
sive ROBERTUS.

ENGARDIS
ComitisAn-
av.

RADULPHUS Ds.=AGATHA fil. de Middleham. | Roberti Brus.

BODINUS fil. nat.

BARDULFUS= fil. nat.

ROBERTUS Ds.=HELWISIA de de Middleham. | Glanville.

RIBALDUS. RADULPHUS. *Mon. Angl. T. I. p. 758.*

ACARIUS=

RANULPHUS Ds.=MARIA fil. Rode Middleham. | Rogeri Bigot.

RADULPHUS. WALRANUS.

WALTERUS. *V. App. p. 101.* HERVÆUS=

Niger mond. GALFRIDUS. HENRICUS. MATILDIS=WALTERUS de Gant.

RADULPHUS fil. Ranulphi Ds. de Middleham. =ANASTASIA fil. Gulielm. D. Percy.

RANULPHUS=BERTRAMA vid. Rogeri Ingoldby.

HENRICUS= *V. Tab. Hiſtor. Gen. I.* ALICIA fil. Walt. fil. Ran. de Greyſtock.

=MARGARETA fil. Malcolmi IV. R. Scotiæ.

BRIANUS=

ROBERTUS=MARIA. de Neville *Vid. Obſervat. p. 249.*

ROBERTUS de=JOANNA. Tatſhall.

ANASTASIA. Ob. ſ. p.

RADULPHUS fil. Ranulphi. *Vid. Obſerv. p. 247.*

=THEOPHANIA fil. Rogeri Laſcelles.

Duc= | =RANULPHUS Co. Ceſtriæ maritus 2do.
cm. | =GUIDO de Toarcio marito 3^tio. Ob. 1213.

ALANUS= ob. 20. Ric. I. | =AGNES de Bedale.

BRIANUS =MURIEL. Vicecom. Ebor. an. 22. H. III.

ALANUS= 35. & 38. Hen. III. *Regiſt. p. 103.*

THOMAS Rector Eccl. de Bedale an. 1254. *Regiſt. p. 103.*

BRIANUS fil.= Alani obiit 30. Ed. I.

Alicia D. Britann. Comitiſſa Richmond. Ob. 1221.

=PETRUS de Drocariis ſive Malus clericus, Dux Britanniæ, Comes Richmond. reſignavit filio 1237. Ob. 1250.

RTHURUS Ob. ſ. p.

Johannes I. D. Britan. Ob. 1286 =BLANCA de Campania.

PETRUS de Sabaudia. Ob. 1269.

GILBERTUS= Stapilton Eques. =MATILDIS

KATHARINA=JOHANNES Grey de Rotherfield.

IX.= 75. | =Johannes II. D. Brit. Com. Richmond. Ob. 1304.

hurus II. =MARIA de Lenvicis uxor 2^a. | Johannes de Bztannia Com. Richm. Ob. 1303 ſ. p.

r Bztitan. 1312.

JOANNA uxor Radulfi Baſſet.

Johannes III. Dux Britann. Com. Richm. Ob. ſ. p. 1341. =ISABELLA de Valeſia 1^a. =ISABELLA de Caſtilia 2^a. =JOANNA de Sabaudia 3^a.

GUIDO.=JOHANNA de Avalguria.

JOHANNA=CAROLUS de Bloeſa cæſus 1364.

fil.
nd
ii

I



Lövincau.
N. XXXVII.

Alanus Fergent Dux Britanniæ.
ob. a. d. MCXIX.


II



In Bibl. Cotton.
Julius. C. 7.

Stephanus Dux Britanniæ
Comes Richmondiæ. ob.
a. d. MCXXXVII

III



Conan
IV. sive Parvus
a. d. MCLXX.

Ex Musæo Harleyano. et
Collectionibus Rev viri Tho. Tanner.
S. T. P. Eccl. Norwic.
Cancellarij.

IIII



L obin.
N. LXXIV.

Conan IV. sive Parvus.

V



Galfridus
D. Britan.
Jure Uxoris
Conani IV
ob. a. d. 1186.


Hen. II. R. Ang. fil.
com Richm.
suæ Constantiæ
Fil.

VI



Petrus
D Brit. Com. Rich

de Dreux
ob. a. d. 1250.



Lobin.
N. LXXII.

Contre Scel de Pierre



Alicia
Petri de
Dreux et Cons
tantiæ f. Du. Britan
Com. Richmondiæ
ob. a. d. 1221.

VII



L obin.
N. XLIX.

VIII




Petrus de Sabaudia.
ob. A. D. 1269.

IX



Johan. I. D. Brit.
ob. A. D.

Com. Richm.
1286.



Ex Collect. Petri Le Neve Arm Norroy.

X




Johan. II. D. Brit.
ob. A. D.

Com. Rich.
1304.

Lobin. N. LXXX.

XI




Johan. de Britan. Comes Rich.
ob. A. D. 1333.

XII



Iohan. IV. *ob. A.D. 1399.*

XII



Ex Collect. Arm. *Iohannis Anstis Garterij R.*



Contresel

Lobineau
N. CL. XV

XIII



Johannes Gandavensis
Comes Richim. A.D. 1342.
ob. AD. 1399.

In camera Ducatus Lancastr.
in Scaccario Westmon.

XIV



Iohan. V: ob. A.D 1442.

EPISCOPATUS DUNELMENSIS PARS

COMITATUS WEST-MORELANDIÆ PARS

GILLING WEST WAPONTAKE


HANGWEST WAPONTAKE

GILLING EAST WAPONTAKE

HALIKELD WAPONTAKE

CLARO WAPONTAKE

Turris magna Castelli Richmondiæ a Conano Comite ædificata



RICHMONDIÆ COMITATUS et ALVERTUNÆ SCHIRA

Barnard Castle
Stainmore Forest
New Forest
Applegarth Forest
Stone Dale
Birk Dale
Swale Dale
Swale Dale Forest
Cotter Dale
Wensely Dale
Forest Hardraw
Bishops Dale
Cover Dale
Colter Dale
Middleham
Leyburn
Askrig
Reeth
Helah
Richmond
Gatherley Moor
Darlington
Stockton
Yarum
Aiskew
Bedale
Catterick
Brough
Catractonium
Ripon
Malham
Burrowbridge
Thirsk
Northallerton
Ripley
Newton Morrel
Kneaton
Carkan
Clonbe
Allbrough
Blackwell
Croft bridg
Eryholme
Break horse bank
Dalton
Hulnaby hall
Long als North ab Conton Mag.
Dalton sup Tees
Girsby
Horraby
E. Rungton
W. Rungton
Appleton
Wisk R
Gr. Smeaton
Lutt. Smeaton
Chappel
Welbury
N. Deighton
Birkby
E. Harsley
Lonsey hill
Hutton Bonvile
Harsley Castle
Ellerbee
Halikeld
Winton
Brompton
Scank
Priory
Sigston Cas
Sigston Chu.
Lanmath
Sitton
Leck
Burrondry
Conisby
Knaton
New Buildings
Upsal Castle
Thornton le Street
No. Kilvington
S. Kilvington
Mile Tree
Bagby
Sowerby
Grasswith
Topcliff
Dalton
Eldmire
Sessay
Dishforth
Cundall
Norton in the Clay
Thornton Br.
Brafferton
Helperby
Myton
Milebill
Hunburton
Ellenthorp
Burrowbridge
Millbrough olim Hurum
Minskip
Lemer
Dunsford
Boroughbridge
Aldborough
Roman Isurium
Aldborough
Roman Caesa
Skipton bridg
Catton
Baldersby
Hutton Conyers
Halton Moor
Norton Conyers
Sutton
Stanfield
Winkesley
Castleton
Larton
Grandley
Skelton
Oldfield
Everston
Sanley
Sanley hall
Fountains Abby
Mickleton hall
Markenfield
Haddock Stone
Bishop Mount
Ravenlafe
Thornton
Markinton
Burton Leonard
Staveley
Arkendale
Grafton
H. Dunsford
G. Ouseburn
L. Ouseburn
Kirby hall
Marton Woods
Walkingham
Brearton
Farnham
Scotton
Stanley
Nidd R.
Brimham
Ripley Park
Flask hall
Clint
Nyd
Park of the Ray
Marton
Newton
Sawley
Fountains Abby
Sutton
Stanfield
Sunt ibidem 6. Caruc. terræ, quæ faciunt dim. Feod. Militis, quarum dimid. Caruc. & 4. Bov. terræ tenentur de Briano filio Alani, & idem Brianus de Comite Richemundiæ, & Comes de Rege. Et Abbas Jorevallis tenet 2. Caruc. de Ro-

aldo filio Roaldi in puram Elemoſynã, & idẽ Roald⁹ de Comite, & Cõmes de Rege. Et Elias Heſiltoñ tenet dim. Caruc. de Petro de Crakhall, & idem Petrus de dicto Briano, ut ſupra. Item, idem Elias tenet 2. Bovatas terræ de Prioriſſa de Marrigg in Elemoſynam, & eadem Prioriſſa de Elia de Wynderhill, & idem Elias de Petro de Crakall prædicto, & Petrus de Briano, & Brianus de Comite, & Comes de Rege. Et Elias de Heſilton tenet duas Bov. terræ de Wilielmo de Merkyngton, & idem Wilielmus de prædicto Briano, & idem Brianus de Comite Richemundiæ, & Comes de Rege.

HUNTOÑ, GERTHESTOÑ & ERETHORNE.

Sunt in eiſdem villis 14. Caruc. terræ, unde 12, &c. quarum 2. Caruc. & 7. Bov. terræ tenentur de Johanne de Hunton, & idem Johannes tenet 3. Caruc. & 5. Bov. terræ de Hugone filio Henrici, & idem Hugo de Comite, & Comes de Rege. Et reſiduum tenetur de Feodo diverſorum, ſicut continetur pleniùs in Inquiſitionibus prædictis.

SNAPE.

Sunt ibidem 5. Caruc. terræ, unde 12, &c. quarum 1. Caruca tenetur de Maria de Neville, & eadem Maria tenet reſiduum de Johanne Comite Richemundiæ, & idem Comes de Rege.

THORP̃ PIRROWE.

Sunt ibidem 2. Caruc. terræ, unde 12, &c. Et Helwiſia de Pirrowe tenet eos in Dominico de Roberto de Taterſale per ſervicium militare, & idem Robertus de Comite, & Comes de Rege.

AYSCOUGH & LEMYNGE.

Sunt in eiſdem villis 7. Caruc. unde 12, &c. de quibus Magiſter Militiæ Templi in Anglia tenet 1. Bov. terræ in puram Elemoſynam de Hugone filio Henrici; & 3. Caruc. tenentur de eodem Hugone per ſervitium Milit. & idem Hugo tenet de Comite, & Comes de Rege.

HIPPESWELLE.

Sunt ibidem 3. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Radulphus de Brantyng tenet 2. partes 1. Carucatæ de Alano de Caber, & reddit per annū pro omni ſervitio dim. Marc. Et 4. Bov. terræ tenentur de eodem Alano, & idem Alanus tenet reſiduum de Avicia Marmyon, & eadem Avicia de Roaldo, & Roaldus de Comite Richem. & Comes de Rege.

COLBURNE.

Sunt ibidem 6. Caruc. terræ, quæ faciunt quartam partẽ Feodi 1. Militis: quarum 3. Carucatæ terræ tenentur de Johanne Comite Richemundiæ, & idem Comes tenet eas de Rege. Et reſiduum tenetur de Henrico de Ripoñ, & idem Henricus de Comite, & Comes de Rege.

BURGH.

Sunt ibidem 7. Carucatæ terræ, unde 12, &c. de quibus Abbas Jorevallis tenet 1. Carucatam terræ in puram Elemoſynam à tempore Regis Johannis de Avicia Marmyon; & reſiduum tenetur de Feodo diverſorum, ſicut plenius continetur in Inquiſitionibus prædictis; quæ quidem Feoda tenentur de Roaldo prædicto, & idem Roaldus de Comite, & Comes de Rege.

BORELL & THORNTON COLLYNGE.

Sunt ibidem 10. Carucatæ terræ, unde 12, &c. de quibus Eccleſia de Bedale dotata eſt de 2. Bov. terræ; & Abbas de S. Agatha tenet 1. Bov. terræ ſimiliter in puram Elemoſynam, & reſiduum tenetur de Feodo diverſorum, quæ tenentur de Briano filio Alani, & idem Brianus de Maria de Neville, & eadem Maria de Roberto de Mouſters, & idem Robertus de Comite, & Comes de Rege.

PARVA CRAKEHALL.

Sunt ibidem 5. Caruc. terræ, unde 12, &c. quæ tenentur de Feod. diverſorum, qui tenent de Johanne de Britannia, Comite Richemundiæ, & idem Comes de Rege.

MAGNA CRAKEHALL & RANDE.

Sunt ibidem 4. Carucatæ, unde 12, &c. de quibus Robertus de Rande tenet unam dim. Carucat. & Gilbertus filius Hawiſiæ tenet aliam dim. Caruc. de Roberto de Taterſale, & idem Robertus tenet reſiduum de Comite Richemundiæ, & Comes de Rege.

THORALDEBY.

Sunt ibidem 9. Carucatæ terræ, unde 13. faciunt Feodum 1. Militis: de quibus Rogerus Oyſell tenet dim. Caruc. de Roberto de Taterſale, & idem Robertus tenet 8. Caruc. terræ & dim. de Comite Richemundiæ, & Comes de Rege.

HUDDESWELL.

Sunt ibidem 6 Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Abbas S. Mariæ Ebor. tenet 8. Bovatas terræ in Dominio de Comite Richemundiæ.

Nota quod hic deficiunt { Huddeſwell, Bellerby, Stretford, Weſthaukeſwell.

De

De terris in libertate beatæ Mariæ Eboꝛ in eodem Wapentagio.

Monkby. Langthorne. Scotton. Carryk. Scurveton. Huddeswelle. Danby.

SUNT in eodem Wapentagio de Hang, villa de Munkeby, quam Abbas beatæ Mariæ de Eboꝛ tenet in Dominico; villa de Langthorne, quam Robertus de Lascelles tenet de dicto Abbate. In villa de Scotton sunt 4. Carucatæ; quarum Dominus de Latymer tenet 2. Carucatas, & Johannes de Steyngrene 2. Carucatas de dicto Abbate. In villa de Catrik 2. Caruc. terræ, quas Abbas tenet in Dominico. In villa de Scurvetoñ 2. Bov. terræ, quas Abbas tenet in Dominico. In villa de Huddeswelle 8. Bov. terræ, quas Abbas tenet in Dominico de Comite Richemundiæ, & Comes de Rege. In villa de Danby 1. Carucat. terræ, quam Johannes de Danby tenet de Abbate, & Abbas de Comite, & Comes de Rege.

Incipit Feodarium de Gillyngweſt.

BOWES cum BOLRON.

SUNT ibidem 7. Carucatæ & dim. terræ; unde Comes Richemundiæ tenet 5. Carucat. in capite, ſed non reſpondet pro Feodo militari. Stephanus de Ulveſhowe tenet dimidiam Carucatam terræ de domino Comite, & Comes de domino Rege in Capite. Thomas de Bolron tenet 6. Bovat. terræ in Bolron de Comite, & Comes de Rege. Illam terram tenet Magiſter Templi in puram Elemoſynam, & nullum facit ſervitium, nec fecit à tempore quo non extat memoria.

BRIGENALE.

Sunt ibidem 6. Carucatæ terræ, unde 12. Caruc. terræ faciunt Feodum 1. Militis; quas Edwardus Charles tenet de Comite, & Comes de Rege.

CLIFFE ſuper TESE.

Idem Edwardus tenet unam Carucatam terræ ibidem de Comite. & Comes de Rege. Item, Thomas de Latoñ tenet de eodem Edwardo in Eſtlatoñ 3. Carucatas terræ, & Edwardus de Comite, & Comes de Rege. Item, Thomas Gretehede tenet de eodem Edwardo in Atlowecoutoñ 2. Carucatas terræ, & Edwardus de Comite, & Comes de Rege.

ROKEBY.

Sunt ibidem 3. Carucatæ terræ, unde 12. faciunt Feodum militare; quas Alexander de Rokeby tenet de Briano filio Alani, & Brianus de Comite, & Comes de Rege.

MIKILTON̄, CROSTHWAYTE, & LONTON̄.

Sunt ibidem 6. Carucatæ terræ, unde 12, &c. de quibus Thomas de Grayſtok tenet 1. Caruc. in Croſſethwaite de Hugone filio Henrici; & Alexander de Rokeby tenet 1. Caruc. in Lonton de eodem Hugone; & Alanus Cocus tenet dim. Carucat. terræ in Mikeltoñ de dicto Hugone, & dictus Hugo tenet 3. Caruc. terræ in eadem de Comite, & ſimiliter tenet reſiduum de Comite, & Comes de Rege.

RUMBALDEKIRK cum HUNDRETHWAITE.

Sunt ibidem 3. Carucatæ terræ, unde 12, &c. de quibus Brianus filius Alani tenet in Hundrethwaite 1. Carucatam terræ & unam aliam Carucatam terræ in villa S. Rumaldi de Comite, & Comes de Rege. Et Parſona Eccleſiæ Sancti Rumaldi tenet 1. Caruc. terræ in eadē villa, unde Eccleſia ſua dotata eſt.

LYRTYNGTON.

Sunt ibidem 5. Carucatæ terræ, unde 12, &c. de quibus Ricardus Ragill tenet dimid. Carucat. Alexander Garet dim. Caruc. Hugo Milner dim. Carucatam de Henrico Spryng, & Henricus de Hugone filio Henrici, & Hugo de Comite, & Comes de Rege. Et Abbas de Eggleſton tenet 2. Bovatas; & Prioriſſa de Marrig. 2. Bov. Parſona ſancti Rumaldi tenet 2. Bov. in Elemoſynam de Henrico Spryng, & Henricus de Hugone filio Henrici, & Hugo de Comite, & Comes de Rege. Et Wilielmus de Gergrave tenet dim. Caruc. de Briano filio Alani, & Alanus de Comite, & Comes de Rege. Et Henricus Spryng tenet 2. Caruc. & 2. Bov. terræ de Hugone filio Henrici, & Hugo de Comite, & Comes de Rege.

SCARGYLL.

Sunt ibidem 4. Carucatæ terræ; & ſita eſt in Foreſta; unde Wilielmus de Skargill tenet 2. Caruc. terræ & dim. de Comite in capite, & reddit domino Comiti per annum 12 s. & pro finibus 9 d. ob. & Comes tenet de Rege. Et Johannes de Skargill tenet 1. Caruc. terræ de Wilielmo, & Wilielmus de Comite, & Comes de Rege. Et Rogerus filius Rogeri de eadem tenet dim. Caruc. terræ de dicto Wilielmo, & Wilielmus de Comite, & Comes de Rege.

BERNYNGHAM.

Sunt ibidem 6. Carucatæ terræ, unde 12, &c. de quibus Wilielmus de Bernyngham tenet. 2. Caruc. terræ, & Wil. filius Stephani 2. Caruc. de Priore de Gisburgh, & Prior de Rogero Moubray, & Rogerus de Comite, & Comes de Rege. Et Wil. Capellanus tenet in eadem 2. Carucat. de Roaldo de Richemund, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege.

NEUSOM.

Sunt ibidem 5. Caruc. terræ, unde 12, &c. quas Margeria de Neuſom, Wil. Mikelton, Caſſandra Pigot tenent in parcenar. & dicti Wil. & Caſſandra tenent partes ſuas de dicta Margeria, & ipſa de Hugone filio Henrici, & Hugo de Comite, & Comes de Rege. Et ſunt ibidem ſimiliter aliæ 5. Caruc. quas Henricus Pigot tenet de Briano filio Alani, & Brianus de Comite, & Comes de Rege. Et Elias de Mikelton & Gervaſius de Skireſwith tenent 2. Caruc. de Wilielmo de Bernynghā, & Wil. de Priore de Gisburgh, & Prior de Rogero Moubray, & Rogerus de Comite, & Comes de Rege.

DALTOŃ MICHELL.

Sunt ibidem 3. Carucatæ terræ, unde 12, &c. quas Michael Ryell tenet de Briano filio Alani, & Brianus de Comite, & Comes de Rege.

DALTOŃ TRAVERS.

Sunt ibidem 3. Carucatæ terræ, unde 12, &c. de quibus Wil. Berry tenet 1 Caruc. Johannes Frankes 3. Bov. Henricus filius Johannis 1. Bovat. Ricardus filius Wychard de Charroun tenet 12. Bovat. de Hugone de Ask, & Hugo de Comite, & Comes de Rege.

DALTOŃ NORREYS.

Sunt ibi 3. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Johannes Norreys tenet 2. Caruc. de Elia de Mideltoñ, & Elias de Margeria de Newſom, & Margeria de Hugone filio Henrici, & Hugo de Mattheo de Thornetoñ, & Mattheus de Comite, & Comes de Rege. Et Johannes de Ask tenet 1. Caruc. terræ in eadem de libertate B. Mariæ Eboꝛ, in puram Elemoſynam.

RAVENSWATH.

Sunt ibi 3. Caruc. terræ & dim. quas Hugo filius Henrici tenet de Comite, & Comes de Rege.

QWASSYNGTOŃ.

Sunt ibi 4. Caruc. terræ, quarum Ranulphus filius Henrici tenet 2. & Rogerus tenet alias 2. de Hugone filio Henrici, & Hugo de Comite, & Comes de Rege.

KIRKEBY.

Eſt ibi 1. Caruc. terræ, quæ tenetur de libertate B. Mariæ Eboꝛ, in puram Elemoſynam, à tempore quo non extat memoria.

MORTHAM.

Sunt ibi 3. Caruc. terræ; unde 12, &c. de quibus Wil. de Mortham tenet 2. Bovatas terræ de Johanne de Mortham, & Johannes tenet 4. Bov. de Alexandro de Rokeby, & alias 4 Bov. de Michaele de Bernyngham, & Michael de Johanne de Bernyngham, & Johañes de Alexandro de Rokeby. Et Thomas Maunſell tenet 6. Bov. de eodem Alexandro. Et Robertus filius Rogeri de Matham tenet 3. Bov. in eadē de eodem Alexandro, & idem Alexander tenet 5. Bov. de Maria de Midelham, & Maria de Comite, & Comes de Rege.

WYCLIFF cum THORP & GIRLYNGTOŃ.

Robertus de Wycliff tenet 12. Caruc terræ in Wycliff Girlyngton & medietatem de Thorp, quæ faciunt Feodum militare: unde Thomas de Girlington tenet 3. Caruc. in Girlington de dicto Roberto. Item, Michael de Thorp & Rogerus de Halnathby tenet. 1. Caruc. terræ & dim. de medietate villæ de Thorp de Felicia de Hoton, & ipſa de eodem Roberto. Item idem Robertus tenet 7. Caruc. terræ in Wyclyff de Wil. de Kirkton cum prædictis parcellis, & Wil. de Comite, & Comes de Rege. Et prædicti Michael & Rogerus Halnathby tenent de alia medietate de Thorp unam Carucatam & dim. de eadem Felicia, & Felicia de Roberto Wycliff, & Robertus de Maria de Midelham, & Maria de de Comite, & Comes de Rege.

HOTON̄ LONGUILLERS.

Sunt ibi 6. Carucatæ terræ, unde 12, &c. quas Margareta de Neville tenet de Rogero Moubray, & Rogerus de Comite, & Comes de Rege; & reſpondet pro finibus Wapentagii—— 8 s. 6 d.

WESTLATON̄.

Sunt ibi 3. Carucatæ terræ, unde 12, &c. quarum Nicolaus de Laton tenet de Johanne Craſy 1. Caruc. terræ & dim. & Johannes illas tenet ſimiliter cum aliis 1. Caruc. & dim. de Maria de Midelham, & Maria de Comite, & Comes de Rege.

KERKAN.

Sunt ibi 3. Caruc. terræ, de quibus Michael de Latoñ tenet 2. Bov. terræ, Johannes de Latoñ 6. Bov. Matilda Were 1. Bov. Reginaldus de Kerkan 1. Bov. de Mattheo de Kerkan, & Mattheus tenet 6. Bov. de Magiſtro Militiæ Templi, & idem Magiſter de Comite in perpetuam Elemoſynam, & Comes de Rege.

ESTLATON̄.

Sunt ibi 3. Caruc. terræ; de quibus Michael de Latoñ tenet dim. Caruc. de Roberto de Latoñ, & Robertus tenet 2. Caruc. & dim. de Hugone filio Henrici, & Hugo de Comite, & Comes de Rege. Et ſunt ibi 3. aliæ Caruc. quas Johannes de Laton tenet de Edwardo Charles, & Edwardus de Comite, & Comes de Rege.

CALDEWELLE.

Sunt ibi 6. Caruc. terræ; de quibus Petrus Gretehede tenet 1. Caruc. Stephanus de Bowes dim. Caruc. Johannes de Coutoñ dim. Caruc. Wil. filius Wilielmi dim. Caruc. Adam filius Thomæ dim. Caruc. de Roaldo de Richemond. & Roaldus tenet 3. Caruc. de Comite Richemondiæ, & Comes de Rege.

BERFORTH ſuper TESE.

Sunt ibi 6. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Galfridus le Norreys tenet 3. Caruc. terræ de Comite, & Comes de Rege; & reſpondet de finibus Wapentagii 2 s. 6 d. Et Emma de Berford tenet 3. Caruc. in eadem villa de Roaldo de Richemond, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege; & non reſpondet pro finibus Wapentagii.

FORSETT.

Sunt ibi 8. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Johannes del Hegh tenet duas Bov. de Pigot de Scurveton, & Pigot de Comite, & Comes de Rege. Et Simon de Melſamby tenet dim. Caruc. de Comite, & Comes de Rege. Abbas B. Mariæ Eborꝯ tenet 1. Caruc. de Comite in puram Elemoſynam; & Comes tenet reſiduum villæ, & ſimiliter hoc totum de Rege.

APPILBY ſuper TESE.

Sunt ibi 8. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Johannes de Bretoñ tenet de Henrico de Ripoñ 4. Caruc. Galfridus de Leyburñ tenet 2. Bov. terræ, & Galfridus Clericus tenet 2. Bov. de eodem Henrico, & idem Henricus tenet 2. Caruc. cum prædictis de Stacio Colman & de Henrico filio Hugonis & Henrico filio Conani, & iſti tres de Comite, & Comes de Rege. Item, Emma de Berford

Berford tenet in eadem villa 1. Caruc. terræ de Hugone filio Henrici, & Hugo de Comite. Et Henricus Halflarde tenet 3. Bov. in eadem de Henrico filio Conani. Robertus de Thorp̄ tenet 1. Bov. de Thoma de Girlyngtoñ, & Thomas de Stratio Colman, & Stratius de Comite, & Comes de Rege.

ALDEBURGH.

Sunt ibi 8. Caruc. unde 12, &c. de quibus Johannes de Crauncewik tenet dim. Caruc. Johannes Cort dim. Caruc. Adam de Langrig dim. Caruc. Simon de Melsamby dim. Caruc. Rogerus de Halnathby dim. Caruc. Rogerus de Blakmañ 1 Caruc. de Roaldo de Richemond. & Roaldus de Comite, & Comes de Rege. Idem Comes tenet in eadem 4. Carruc. terræ, præter terras prædictas.

CARLETON HAMELL de ALDEBURGH.

Sunt ibi 3. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Johannes de Latoñ tenet dimidiam Caruc. de Hanlaco de Hanlathby, & Hanlacus tenet dim. Caruc. de Roaldo de Richemond. & Roaldus de Comite, & Comes de Rege. Item Galfridus Pigot tenet in eadem 2. Caruc. terræ de Comite, & Comes de Rege.

STAYNWIGGES.

Sunt ibi 3. Caruc. unde 12, &c. de quibus Abbas de Egleſtoñ tenet 1. Caruc. terræ de Roaldo de Richemond, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege. Magiſter Militiæ Templi tenet 1. Caruc. in puram Elemoſynam. Henricus de Staynwigges tenet 2. Bov. Stephanus de Bowes 2. Bov. Petrus de Bernyngham 2 Bov. Eudo de Richemond. 1. Bov. Eudo de Pirle 1. Bovatam de Mattheo de Kerkan, & Mattheus de Magiſtro Militiæ Templi, & Magiſter de Comite Richemondiæ in puram & perpetuam Elemoſynam, & Comes de Rege.

MELSAMBY.

Sunt ibi 9. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Walterus de Melſamby tenet 4. Bov. Wil. filius ejuſdem Walteri tenet 5. Bov. Eudo de Carleton. 1. Bov. Robertus Capellanus 1. Bov. de Adam de Nairford. & Adam tenet 3. Caruc. cum prædictis de Briano filio Alani. Simon de Melſamby tenet in eadem 1. Caruc. terræ & dim. de Abbate Jorevalliæ, & Abbas Jorevallis tenet 3. Caruc. de Briano filio Alani, & Brianus de Comite, & Comes de Rege.

DIDRESTOÑ GRAUNGE.

Sunt ibidem 3. Caruc. unde 12, &c. de quibus Abbas Jorevalliæ tenet 1. Caruc. & dim. de Briano filio Alani, & Brianus de Comite, & Comes de Rege. Idem Abbas tenet ibidem 1. Caruc. & dim. de Hugone filio Henrici, & Hugo de Comite, & Comes de Rege.

KNETOÑ.

Sunt ibi 5. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Alanus de Ulveſhowe tenet 1 Bov. terræ; Henricus de Midelton tenet 1. Caruc. de Rogero de Mynyor, & Rogerus tenet 3. Caruc. ſimul cum prædictis de Comite, & Comes de Rege. Alexander de Knetoñ tenet. dim Caruc. terræ de Wil. de Lindeſey, & Wil. de Comite. Et Abbas B. Mariæ Eboꝝ tenet 3. Bovat. in puram Elemoſynam.

HOTOÑ PARVA.

Sunt ibi 3. Caruc. terræ, unde 12, &c. quas Wil. de Hoton tenet de Roberto filio Thomæ de Thorpe, & ipſe Robertus de Comite, & Comes de Rege.

HERTFORDE.

Sunt ibi 3. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Agnes de Levenes tenet 1. Caruc. de Johanne de Hertford, & ipſe illam & alias 2. Caruc. tenet de Comite, & Comes de Rege.

GILLYNG cum OVERSADBERGH.

Sunt ibi 2. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Wil. de Bernyngham tenet 1. Caruc. terræ de Comite in Sadbergh, & Comes de Rege. Idem Comes tenet in Gillyng 1. Caruc. terræ de Rege.

NETHERSADBERGH.

Eſt ibi una Caruc. unde Johannes de Skargill tenet dim. Caruc. de Wil. de Skargill, & Wil. tenet aliam dim. Caruc. de prædicta terra de Roaldo de Richemond, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege.

ASK.

Sunt ibi 6. Caruc. terræ, unde 12, &c. unde Galfridus Freman tenet 2. Bov. de Hugone de Ask, & idem Hugo tenet 5. Caruc. & 6. Bov. de Comite, & Comes de Rege.

SKITHEBY.

Sunt ibi 4. Caruc. & 6. Bovat. unde 12, &c. de quibus Rogerus Mynyot tenet 4. Bov. de Abbate de Eggleſton, & Abbas de Roaldo de Richemonde; & idem Abbas tenet de eodem Roaldo 2. Caruc. de prædictis terris. Et Thomas le Teynturell de Richemund tenet 4. Bov. de Abbate de S. Agathe. Item Stephanus filius Thomæ tenet dim. Caruc. de eodem Abbate. Johannes del Hill tenet 2. Bov. de eodem Abbate. Et Abbas de S. Agatha tenet 1. Caruc. terræ cum prædictis de Roaldo de Richemond, & Roaldus omnia prædicta de Comite, & Comes de Rege.

MIDELTON̄ juxta KNETON.

Sunt ibi 12. Caruc. quæ faciunt Feodum Militis; de quibus 15. Bovatæ terræ tenentur de Will. de Lyndeſy, & idem Wil. tenet 2. Caruc. terræ una cum prædictis 15. Bov. de Comite, & Comes de Rege. Item, Galfridus Scot tenet in eadem dim. Caruc. de Henrico Midelton̄, & idem Henricus tenet 2. Caruc. de prædicto Comite, & Comes de Rege. Et Parſona ejuſdem villæ tenet dim. Caruc. terræ, de qua Eccleſia dotata eſt.

ESEBY.

Sunt ibi 8. Caruc. terræ unde 12, &c. de quibus Wil. Thurkill tenet 1. Bov. Johannes filius Henrici 2. Bov. Ricardus filius Conani 1. Bov. Wil. filius Ricardi 1. Bov. Wil. filius Galfridi 2. Bov. Will. Drinkhale tenet 2. Bov. Wil. Carpenter 3. Bov. Stephanus filius Johannis 2. Bov. Matilda Ape 1. Bov. Adam de Ask 3. Bov. Alicia Adamſwyf 1. Bov. Cecilia de Sadbergh 2. Bov. Hamo Madd 1. Bov. Magiſter S. Nicholai 6. Bov. & omnes iſti tenent de Abbate S. Agathæ; & præter iſtas prædictas, dictus Abbas tenet 5. Caruc. & 5. Bov. terræ de Avicia de Marmyon, & Avicia de Comite, & Comes de Rege. Idem Abbas tenet 2. Caruc. & 3. Bov. de Roaldo de Richemond, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege. Item Wil. filius Agnetis tenet 3. Bov. in eadem de Abbate B. Mariæ de Ebo4, & Abbas de Comite, & Comes de Rege.

RITHE, HELAGH HAMELL.

Sunt ibi 4. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Robertus de Heyer tenet 1. Bov. Robertus Clericus & Robertus de Rythe 3. Bov. Wil. Overlwale 1. Caruc. Hugo filius Henrici 2. Caruc. de Gilberto de Gaunt; & idem Gilbertus illas tenet ſimiliter, & aliam dim. Caruc. de Comite, & Comes de Rege.

MARRIGG.

Sunt ibi 3. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Moniales de Marrigg tenent 1. Caruc. in puram Elemoſynam de Hugone de Ask, & Hugo tenet illam cum aliis 2. Carucatis de Comite, & Comes de Rege.

FREMYNGTOŃ.

vel Briani.

Sunt ibidem 3. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Johannes filius Warini tenet 1. Caruc. de Hugone filio Henrici, & Hugo tenet illam & alias 2. Caruc. de Gilberto de Gaunt, & Gilbertus de Comite, & Comes de Rege.

MERSKE.

Sunt ibi 6. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Henricus de Mersk tenet 1. Caruc. Rogerus de Skargill dim. Caruc. Rogerus de Bretham dim. Car. de Roberto de Mersk; & idem Robertus tenet dictas terras cum aliis 4. Caruc. de Roaldo de Richemund, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege.

WESTAPPILGARTH.

Robertus de Appilgarth tenet in Weſtappelgarth 1. Caruc. terræ de Hugone filio Henrici, & Hugo de Comite, & Comes de Rege.

SKELTOŃ.

Hanlacus de Hanlathby tenet in Skelton unam Caruc. terræ de Wichardo Charron, & Wichardus de Roaldo de Richemond, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege.

FELDOM.

Abbas Jorevalliæ tenet in Feldom dim. Caruc. de Rogero de Mountford, & idem Rogerus tenet prædictam terram & aliam dim. Caruc. de Roaldo de Richemond, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege.

Hic incipit Feodarium de Gillyngeſt.

BROMPTONBRIGG.

SUNT ibi 8. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Johannes Gille tenet dim. Caruc. Magiſter Sci Egidii 2. Bov. Rogerus de Tunſtall 2. Bov. Robertus Laſcelles 5. Bov. Nicolaus Laton 2. Bov. Wil. ad crucem 1. Bov. Wil. Skargill 1. Caruc. Petrus Gretehede 1. Caruc. & dim. Thomas Bawdewyn 1. Caruc. & dim. de Roaldo de Richemond, & ipſe de Comite, & Comes de Rege. Item, Abbas de S. Agatha tenet in eadem 2. Caruc. de prædicto Roaldo in puram Elemoſynam, quas idem Roaldus tenet ſuperius de Comite, & Comes de Rege.

BOLTON̄.

Sunt ibi 6. Caruc. unde 12, &c. de quibus Radulphus de Bolton tenet 2. Caruc. & 1. Bov. de Priore de Novoburgo dim. Caruc. Johannes de Bellerby 1. Caruc. & 1. Bov. Robertus Copſy 2. Bov. Johannes Helbek dim. Caruc. de Thoma de Bellerby; & idem Thomas tenet prædictas & aliam Caruc. de Roaldo de Richemund, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege. Item, Abbas B. Mariæ Eboꝛ tenet dim. Caruc. terræ in eadem de prædicto Roaldo in puram Elemoſynam.

SCORTON̄, UKKERBY, & GRENEBERGHGRAUNGE.

Sunt ibidem 12. Caruc. terræ, quæ faciunt 1. Feodum militare integrum: unde Galfridus de Ukkerby tenet 1. Caruc. de Johanne de Huntoñ, & Johannes de Hugone filio Henrici. Thomas de Scorton tenet 2. Caruc. de Henrico Springe, & ipſe de Hugone filio Henrici. Johannes de Scorton Capellanus tenet 6. Bov. de eodem Hugone, & idem tenet illas & alias 2. Car. & 2. Bov. in Scorton & Greneberghgraunge de Comite, & Comes de Rege. Item, Magiſter Wil. de Burgo tenet in Scorton 1. Caruc. terræ. Abbas de S. Agatha dim. Caruc. Elias de Wauton 2. Caruc. Thomas de Ukkerby dim. Caruc. Elias de Ukkerby 2. Bov. Hugo de Ukkerby 2. Bov. Abbas de Fontibus in Greneberghgraunge 1. Carucatam de Briano filio Alani, & Brianus de Comite, & Comes de Rege: & ſic medietas illius Villæ tenetur de Feodo Hugonis filii Henrici, & alia medietas de Feodo Briani filii Alani.

KYPPLYNG cum STAYNHOWE.

Sunt ibi 2. Car. unde 12, &c. quas Abbas de S. Agatha tenet de Roaldo de Richemund, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege. Item, Magiſter Militiæ Templi tenet. 1. Caruc. in [a] Staynhowe in puram Elemoſynã, & pertinet ad Kipplinge.

[a] Steanay.

WHITWELLE.

Sunt ibidem 4. Car. terræ, unde 12, &c. de quibus Henricus de Staynlay tenet 2. Car. & hæredes Thomæ de Whitwelle 1. Caruc. & dim. & Johannes Warde dim. Car. de Andrea Neville, & Andreas de Roaldo de Richemund, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege.

LANGTON̄

LANGTON MAGNA.

Sunt ibi 7. Car. terræ, unde 12, &c. de quibus Thomas de Gormier tenet 1. Car. Thomas de Hunton dim. Car. Henricus Freman 1. Bov. Walterus Bonde 1. Bov. Abbas Jorevalliæ 2. Bov. de Hugone filio Henrici, & Hugo de Comite, & Comes de Rege. Item, Hugo de Langton tenet in eadem 1. Caruc. Robertus Colyngham 1. Car. de Thoma de Burgh, & Thomas de Comite, & Comes de Rege. Item, Thomas de Scurveton tenet in eadem 1. Caruc. Alanus Cowhird 6. Bov. Abbas Jorevalliæ 1. Caruc. Wil. filius Cuſtantiæ 1. Bov. Rogerus Lyard 1. Bov. de Roaldo de Richemund, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege.

LANGTON PARVA.

Sunt ibi 4. Caruc. unde 12, &c. quas domina Avicia Marmyon tenet de Comite.

THIRNETOFT.

Sunt ibidem 6. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Thomas de Ryell tenet 1. Caruc. de Rogero Laſcels, & Rogerus de Comite, & Comes de Rege. Item, Robertus Conſtable tenet ibidem 1. Caruc. & 7. Bov. terræ, Robertus Burnell 1. Caruc. & 3. Bov. de Rogero Laſcelles, & Rogerus tenet illas & alias 7. Bov. de Comite, & Comes de Rege.

MORTON.

Sunt ibi 12. Caruc. quæ faciunt Feodum militare: de quibus Robertus Burnell tenet 10. Carucat. de Roberto de Furneux, & Robertus de Comite, & Comes de Rege. Item, Elias de Wyndhill tenet 2. Caruc. ibidem de Briano filio Alani, & Brianus de Comite, & Comes de Rege.

SOLBERGH.

Sunt ibi 3. Caruc. terræ, unde 12, &c. quas Johannes Breton tenet de Thoma Raynevill, & Thomas de Rogero Laſcelles, & Rogerus de Comite, & Comes de Rege.

MAWNBY.

Sunt ibi 2. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Thomas de Maunby tenet dim. Caruc. de Rogero Laſcelles, & Rogerus tenet illas & 12. Bov. de Comite & Comes de Rege.

KIRKBY WYSK.

Sunt ibi 6. Car. terræ, unde 12, &c. de quibus Thomas de Maunby tenet 2. Caruc. de Rogero Laſcelles, & Abbas de Fontibus tenet 4. Caruc. de prædicto Rogero, & Rogerus de Comite, & Comes de Rege.

NEUBY ſuper WYSK.

Sunt ibi 3. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Johannes Holtby tenet 1 Car. & dim. & Thomas de Maunby 1. Caruc. & dim. de Rogero Laſcelles, & Rogerus de Comite, & Comes de Rege.

WARLAGHBY.

Sunt ibi 7. Caruc. unde 12, &c. de quibus Galfridus de Hewik tenet 3. Caruc. & dim. Rogerus Sparnore 3. Caruc. & dim. de Stephano de Coverham, & Stephanus de Comite, & Comes de Rege.

AYNDERBY FOURNEUX.

Est ibi 1. Caruc. terræ, quam Robertus de Fourneux tenet de Comite, & Comes de Rege.

YAFFORDE.

Sunt ibi 7. Car. & 1. Bov. unde 12, &c. de quibus Wil. Lestrop̄ tenet 4. Bov. Hugo de la Mare 4. Bov. Hugo de Langton̄ 2. Bov. Nicolaus de Scurveton 1. Bov. Ricardus Bretvill 1. Caruc. & 3. Bov. de Bawdewino Bretvill, & Baudewinus tenet illas & alias 3. Car. & dim. de Comite, & Comes de Rege. Item, Galfridus de Hanby tenet 7. Bov. terræ de Comite, & Comes de Rege.

DANBY super WYSK cum REDEHAM.

Sunt ibi 12. Car. terræ, quæ faciunt Feodum militare: de quibus Michael Scott tenet 2. Bov. Bernardus Nevill 2. Bov. Thomas Baudewyn 1. Car. & 2. Bov. de Rege. Item, Bernardus de Nevill tenet Redham 1. Caruc. & 2. Bov. terræ de Johanne Staynegreve, & Johannes de Comite, & Comes de Rege.

MIKEL COUTON̄ cum SMETHTON̄.

Sunt ibi 10. Caruc. terræ, unde 12, &c. de quibus Galfridus Bretoñ tenet dim. Car. Philippus Boyvill dim. Car. Robertus filius Alani 1. Car. & dim. Prioriſſa de Marrig. 6. Bov. Henricus de Horneby 3. Bov. Johannes de Coutoñ 1. Bov. de Edmundo Fyton. Item, Prior de Bridlyngton 6. Bov. Johannes Attewell 2. Bov. Hugo de Herlſey 2. Bov. Thomas de Coutoñ 2. Bov. de Johanne de Chambare, & Johannes de Edmundo Fytoñ. Item, Johannes de Smythtoñ tenet 1. Car. in Smythtoñ de dicto Edmundo. Et Abbas B. Mariæ de Eboy tenet in Smythtoñ 1. Car. in puram Elemoſynam. Et prædictus Edmundus tenet prædictas terras & alias 2. Car. in Coutoñ de Comite, & Comes de Rege. Item, Magiſter Militiæ Templi tenet 6. Bov. in Coutoñ in puram Elemoſynam.

SOUTH COUTON̄.

Sunt ibi 6. Car. terræ, unde 12, &c. de quibus Robertus filius Johannis tenet dim. Car. de Wil. Lacelles, & idem Wil. tenet 2. Car. & dim. de Briano filio Alani. Item, Sibilla de Scotland tenet 3. Car. de Wil. Laſcelles, & Wil. de Briano filio Alani, & Brianus de Comite, & Comes de Rege.

NORTH COUTON̄.

Sunt ibi 3. Car. terræ, unde 12, &c. de quibus Hugo de Coutoñ tenet 2. Bov. de Johanne de Latoñ, Rogerus Smyth 6. Bov. de eodem Johanne, & Johannes tenet illas & alias 2. Car. de Briano filio Alani, & Brianus de Comite, & Comes de Rege.

ERYOM.

Sunt ibi 8 Car. unde 12, &c. de quibus Nicolaus de Romondby tenet 6. Car. & Johannes tenet 2. Car. de Comite, & Comes de Rege.

CROFT.

Sunt ibi 7. Car. unde 12, &c. de quibus Johannes de Croft tenet dim. Car. Ricardus le Marſchal dim. Car. de Roaldo de Richemond, & idem tenet eaſdem cum aliis 1. Car. & dim. de Comite, & Comes de Rege. Item, Johannes Clarvaux tenet ibidem 1. Car. & dim. de Comite, & Comes de Rege. Item, Abbas B. Mariæ Eboꝝ tenet ibidem 2. Car. & 5. Bov. in puram Elemoſynam. Item, Rogerus de Croft tenet ibidem de Magiſtro Militiæ Templi 3. Bov. terræ.

WALMYRE.

Eſt ibi 1. Car. terræ, quam Johannes Breton tenet de Roaldo de Richemond, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege.

JOLBY.

Sunt ibi 3. Caruc. unde 12, &c. de quibus Agneys Noreys tenet 1. Caruc. Henricus de Jolby tenet 1. Caruc. Hanlacus de Hanlathby 1. Car. de Roaldo de Richemund, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege.

STAPILTOÑ.

Sunt ibi 5. Car. unde 12, &c. de quibus Rogerus de Stapiltoñ tenet 2. Bov. Alanus Orre dim. Car. Galfridus de Stapiltoñ 2. Bov. de Nicolao de Stapiltoñ, & Nicolaus tenet illas cum aliis 2. Car. de Roaldo de Richemund, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege. Item, Abbas de S. Agatha tenet 2. Car. de prædicto Roaldo, in puram Elemoſynam.

CLESEBY cum CLOUBEK.

Sunt ibidem 8. Car. unde 12, &c. de quibus Harſculphus filius Wilielmi tenet 1. Car. de Roberto de Cleſeby: Alexander de Cleſeby tenet dim. Car. de eodem Roberto, & Robertus tenet eaſdem terras & alias 6. Car. & dim. de de Roaldo de Richemund, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege.

NEUTOÑ MORELL.

Sunt ibi 4. Caruc. unde 12, &c. de quibus Thomas de Hanlathby tenet dim. Car. Wil. de Houghtoñ 1. Caruc. de Thoma de Moubray, & idem Thomas tenet 2. Car. de Briano filio Alani, & Brianus de Comite, & Comes de Rege. Item, Abbas de S. Agatha tenet 1. Caruc. de prædicto Thoma, & Thomas de Comite, & Comes de Rege.

BARTOÑ.

Sunt ibi 6. Caruc. unde 12, &c. de quibus Abbas de S. Agatha tenet 3. Car. de Ranulpho filio Radulphi, & Ranulphus de Comite, & Comes de Rege. Item, Johannes Grymbald & Ricardus de Hodilſtoñ tenent 3. Car. ibidem de Roaldo de Richemund, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege.

BRETANBY.

Sunt ibi 3. Car. terræ, unde 12, &c. quas Thomas de Appilgarth tenet de Wil. de Boyvill, & ipſe de Thoma de Helbek, & Thomas de Roaldo de Richemund, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege.

HANLATHBY.

Sunt ibi 3. Car. unde 12, &c. quas Hanlacus de Hanlathby tenet de Roaldo de Richemund, & Roaldus de Comite, & Comes de Rege.

MIDELTON̄.

Sunt ibi 6. Car. terræ, unde 12, &c. de quibus Wilielmus de Cornehowe tenet 3. Bov. Alexander de Brynyſtoñ 2. Bov. Nicholaus filius Thomæ 2. Bov. Stephanus Serlſon 1. Bov. Johannes Gayne 3. Bov. Johañes Gille 4. Bov. de Wil. de Lyndeſey, & idem Wil. illas tenet & alias 2. Car. & 1. Bov. de Comite, & Comes de Rege. Item, Galfridus de Scotland tenet ibidem dim. Caruc. de Henrico de Mideltoñ; & idem Henricus tenet illas & alias 2. Car. de Comite, & Comes de Rege.

MULTON̄.

Sunt ibi 9. Caruc. unde 12, &c. de quibus Symon de Multoñ tenet 1. Car. de Comite; & idem Comes tenet illam & alias 5. Car. de Rege. Item, Abbas de Egleſton tenet ibidem 2. Car. & Magiſter Militiæ Templi tenet 1. Car. de Comite in puram Elemoſynam.

De Libertate B. Mariæ in prædicto Wapentagio de Gillyngeſt.

INquiſitio facta infra libertatem B. Mariæ Eboꝝ coram Johanne de Kirkby, Theſaurario Domini Regis, per ſacramentum Paulini de Lillyng, Ricardi Buterwik, Stephani Schuptoñ, Hugonis Eſcrigg, Angerini Redeneſſe, Thomæ de S. Martino, Jacobi Milington, Roſcelini Scrayngham, Roberti Houſome, Nicholai Holford, Will. Fynmer & Johannis de Sarterino; qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum, qd ſunt in libertate S. Mariæ, in Wapentagio de Gillyng; villa de Smethetoñ, excepta, 1. Caruc. terræ. Villa de Gilmanby. In villa de Croft, 1. Caruc. terræ. In villa de Gillyng, 1. Car. terræ. In villa de Dalton, 1. Caruc. terræ. In villa de Boulton, dim. Car. terræ. In villa de Forſet, 1. Car. terræ. De quibus Abbas B. Mariæ tenet in Dominico in Smethton 2. Car. terræ, & villam de Gilmanby; in Forſet, 1. Car. terræ; in Boultoñ, dim. Car. terræ; in Croft, 1. Car. terræ: Rogerus Bretby in Smethetoñ, dim. Caruc. terræ; Johannes Colby, 1. Caruc. in eadem; Vicarius de Gillyng, 1. Car. terræ in Gillyng; Johannes Aske, 1. Caruc. in Dalton; Adam Kirkeby, dim. Car. in eadem; Rector Eccleſiæ de Kirkeby, dim. Car. in eadem; & tenent totum de dicto Abbate, & Abbas de Comite Richemundiæ, & idem Comes de Rege.

Smetheton. Croft. Gillyng. Dalton. Boulton.

Medietas unius Feodi Militis in Crakehowe & Wodhous, quam Prior de Bolton & hæredes Roberti Villers tenent, & quæ ad ———	60 s.
12ª. pars 1. Feodi Militis in Ayreton, quã Henricus Fitz Hugh Chlr. tenet, & quæ ad ———	6 s. 8 d.
6ta pars Feodi 1. Militis in Thorp̄ & Brynſall, quam Wil. de Neuſom & Wil. Giliot tenent, & quæ ad———	13 s. 4 d.
6ta pars 1. Feodi in Caldconyngeſtoñ, quam hæredes Roberti Clider-howe & Nicholaus Syngletoñ & parcenarii ſui tenent, & quæ ad--	40 s.

ESKILBY

ESKILBY & LEMYNGE.

SUNT in eiſdem villis 18. Caruc. terræ, quæ faciunt Feodum 1. Militis: de quibus Magiſter S. Leonardi tenet 1. Caruc. in Elemoſynam; ſed non dicitur de quo. Et Thomas de Neuton tenet 5. Caruc. terræ de Alano & Roberto de Eskelby, & iidem Alanus & Robertus de Avicia Marmyon; & eadem Avicia de Comite Richemundiæ, & idem Comes de Rege: & reddit per annum ad finem Wapentagii dim. Marc. Et non fit mentio in inquiſitione prædicta, de quo vel de quibus reſiduum 12. Caruc. tenentur, vel per quod ſervitium.

THEKESTON̄.

In eadem villa ſunt 12. Car. terræ, quæ faciunt Feodum Militis: de quibus 8. Car. tenentur de Maria de Midelham, & eadem Maria de Comite Richemundiæ, & idem Comes de Rege; & reddit per annum ad finem Wapentagii prædicti 4 s. Et Abbas de Coverham tenet 3. Caruc. terræ; & Magiſter S. Leonardi 1. Car. de Roberto de Muſters, & idem Robertus de Comite, & Comes de Rege. Et nullum faciunt inde ſervitium, de quo fit mentio.

KARETHORP̄.

Sunt in eadem villa 11. Car. terræ, unde 12. faciunt Feodum quas Avicia de Marmyon tenet de Comite Richemundiæ, & idem Comes de Rege. Et nihil reddit ad finem prædictum.

THORNEBERGH.

Sunt in eadem villa 2. Car. terræ, unde 12. faciunt Feodum Militis; quæ hæredes Radulphi de Middeltoñ tenent de dicta Avicia, & eadem Avicia de Comite, & Comes de Rege. Et reddunt per annum ad finem prædictum 8 d.

EST TANFELDE.

Sunt in eadem villa 8. Car. terræ, unde 12. faciunt Feodum Militis: de quibus Robertus de Cleſeby tenet 6. Car. de prædicta Avicia de Marmyon, & eadem Avicia tenet reſiduum 2. Car. de Johanne de Veſtey, & Johannes de Rege. Et reddit ad finem prædictum 8 s.

WEST TANFELDE.

Sunt in eadem villa 11. Car. terræ, quæ faciunt Feodum militare; quas Avicia de Marmyon tenet de Comite Richemundiæ, & idem Comes de Rege. Et reddit per annum ad finem prædictum 4 s.

WATH.

Sunt in eadem villa 2. Car. terræ, unde 12. faciunt Feodum militare, quas Avicia de Marmyon tenet de Briano filio Alani, & idem Brianus de prædicto Comite, & Comes de Rege. Et reddit per annum ad finem prædictum 18 d.

SYNDERBY.

In eadem villa ſunt 6. Car. terræ, unde 12. faciunt Feodum militare; de quibus Avicia de Marmyon tenet 3. Car. & Robertus de Muſters tenet reſiduum 3. Car. de

de prædicto Comite, & Comes de Rege. Et reddit per annum ad finem prædictum 2 s. 6 d.

GAYTENBY.

In eadem villa sunt 3. Car. terræ, quæ faciunt quartam partem Feodi 1. Militis, & tenentur de Roberto de Tatesale, & idem Robertus de Roberto Musbers, & idem Robertus de prædicto Comite, & Comes de Rege: & reddit per annum ad finem prædictum 2 s.

SWAYNEBY.

In eadem villa sunt 6. Car. terræ, quæ faciunt dim. Feodum militare: & Ranulphus filius Randiphi tenet eas de Maria de Midelham, & eadem Maria de prædicto Comite, & Comes de Rege: & reddit per annum ad finem prædictum 2 s.

PYKEHALE & ROKESBY.

In eisdem villis sunt 14. Car. terræ, unde 12. Car. faciunt Feodum militare: de quibus Andreas de Neville tenet 8. Car. terræ de Feodo Roaldi, & idem Roaldus de Comite, & idem Comes de Rege. Et in prædicta Villa de Rokesby sunt 6. Car. terræ, de quibus Abbas de Fontibus tenet 4. Car. & dim. de dicto Andrea de Neville, & idem Andreas tenet prædictas 6. Car. de Roberto de Musters, & idem Robertus de Comite, & Comes de Rege: & reddunt per annum ad finem prædictum 3 s.

KYRTELYNGTON̄.

In eadem villa sunt 9. Car. terræ, unde 12. faciunt Feodum militare; quas Robertus de Musters tenet de Comite, & Comes de Rege: & reddit per annum ad finem prædictum 6 s. 2 d. de quibus Magister S. Leonardi tenet 1. Car. & Magister Templi 7. Bov. & nihil reddit.

AYNDERBY.

In eadem villa sunt 6. Car. terræ, unde 18. Car. faciunt Feodum militare; de quibus Abbas de Fontibus tenet 5. Car. & 5. Bov. terræ de prædicto Comite, & idem Comes de Rege: & reddit per annum ad finem prædictum 3 s. Et Magister Hospitalis S. Johannis tenet 3. Bov. terræ: sed non dicunt de quo nec per quod servitium.

UPPESLUNDE.

In eadem villa sunt 3. Car. terræ, quæ faciunt tertiam partem Feodi militaris; quarum Wilielmus de Hoteby tenet 2. Car. de Maria de Midelham, & eadem Maria de Comite, & Comes de Rege. Et idem Wil. tenet 1. Car. de Avicia Marmyon, & eadem Avicia de hæredibus Ranulphi de Middeltoñ, & iidem hæredes de Comite, & Comes de Rege: & reddit per annum ad finem prædictum 22 d.

MIDDILTON̄.

In eadem villa sunt 5. Car. terræ, unde 12. faciunt Feodum militare; quas hæredes Ranulphi de Midiltoñ tenent de Feodo Roaldi, & idem Roaldus de Abbate Jorevalliæ, & idem Abbas de Comite, & Comes de Rege: & nihil reddit ad finem prædictum.

YARNEWIK.

In eadem villa ſunt 3. Car. terræ, quæ faciunt quartam partem Feodi Militis; quarum Rogerus de Ingoldeby tenet 1. Car. de Roberto de Tateſhale, & idem Robertus de Roberto Muſters, & idem Robertus de Comite, & Comes de Rege: & reddit per annum ad finem prædictum 2 s. ob. Et Magiſter S. Leonardi tenet 1. Car. & Magiſter Templi aliam Car. ſed non dicitur de quo vel per quod ſervitium.

DISFORDE.

In eadem villa ſunt 6. Car. terræ; de quibus Abbas de Fontibus tenet 3. Car. & dim. de Thoma de Disforde, & Thomas de hæredibus Henrici de Percy, & iidem hæredes de Rege. Et Johannes de Disforde tenet 1. Car. de eiſdem hæredibus; & reddit per annum ad finem prædictum 12 d. & Thomas de Disforde tenet 2. Car. & dim. de dictis hæredibus, & nihil reddit.

AYSTENBY.

In eadem villa ſunt 6. Car. terræ, quæ faciunt dim. Feod. Milit. & tenentur de hæredibus de Percy, & iidem hæredes tenent de Rege, de quibus Prior de Novoburgo tenet 2. Bov. in Elemoſynam, & nihil reddit ad finem prædictum.

RANYNGTON̄.

Sunt in eadem villa 6. Car. terræ & dim. unde 12. faciunt Feodum Militis; de quibus Magiſter S. Leonardi tenet 2. Car. & 5. Bov. in Elemoſynam de Thoma de Arches; & Abbas de Fontibus tenet 3. Car. de hæredibus de Percy; & reddit per annum ad finem prædictum 2 s. Et Prior de Novoburgo tenet dim. Car. de Johanne de Disforde, & idem Johannes de prædictis hæredibus de Percy, & iidem hæredes de Rege. Et Hugo de Coſtre & Stephanus de Dalton tenent 3. Bov. de prædictis hæredibus de Percy, & hæredes de Rege; & nihil reddunt ad finem prædictum.

NEWBY.

In eadem villa ſunt 2. Car. terræ, unde 12. faciunt Feodum Militis, quas Johannes de Neuby tenet de hæredibus de Percy, & iidem hæredes de Rege; & reddunt per annum ad finē prædictū 12 d.

MELMORBY.

In eadem villa ſunt 6. Car. terræ, quæ faciunt dim. Feod. Milit. de quibus Abbas de Fontibus tenet 4. Car. de Avicia Marmyon, & eadem Avicia de Comite, & Comes de Rege; & reddit per annum ad finem prædictum 3 s. Et idem Abbas tenet 2. Car. de Feodo Roaldi, & idem Roaldus de Comite, & Comes de Rege: & nullum fit inde ſervitium.

HOWE.

Sunt in eadem villa 3. Car. terræ, quæ faciunt quartam partem Feodi Militis; & Galfridus de Howe eas tenuit de Radulpho de Trehampton, & idem Radulphus de Roberto de Muſters, & Robertus de Comite, & Comes de Rege: & ſolebant reddere per annum ad finem prædictum 2 s. 6 d. Et Magiſter S. Leonardi nunc eas tenet: ſed quo Warranto non fit mentio in Inquiſitionibus prædictis, nec aliquid fit inde ſervitium, de quo fit mentio, ut ſupra.

THORNETON̄

THORNETON̄ CUNDALE.

In eadem villa ſunt 8. Car. unde 12. Car. faciunt Feodum Militis; de quibus Johannes de Eyville tenet 6. Car. de Jacobo de Nerff, & idem Jacobus de Galfrido de Neville, & idem Galfridus de Ranulpho de Sley, & idem Ranulphus de Rogero de Moubray, & idem Rogerus de Rege: & reddunt per annum ad finem prædictum 3 s. Et Prior de Novoburgo tenet 1 Car. nomine dotis Eccleſiæ ſuæ: ſed non dicitur de quo. Nicholaus de la Ryber tenet 1. Car. de Rogero Moubray, & idem Rogerus de Rege: & reddunt per annum ad finem prædictum 9 d.

MILDEBY.

In eadem villa ſunt 2. Car. terræ & dim. unde 12. Car. terræ faciunt Feodum Militis; quas Johannes de Breton tenet de Rogero de Moubray, & idem Rogerus de Rege: & reddunt per annum ad finem prædictum 12 d.

HUNDBURTON̄.

In eadem villa ſunt 3. Car. terræ, quæ faciunt ſextam partem Feodi Militis; & Wil. de Harderne tenet eas de Rogero de Moubray, & idem Rogerus de Rege: & reddunt per annum ad finem prædictum 12 d.

LANGTHORP̄.

In eadem villa ſunt 3. Car. terræ, unde 12. faciunt Feodum Militis; de quibus Prior de Novoburgo tenet 2. Car. & Thomas de Weſtoñ tenet 1. Car. de Rogero de Moubray, & idem Rogerus de Rege: & reddunt per annum ad finem prædictum 2 s. 8 d.

KIRKEBY ſuper MORAM.

In eadem villa ſunt 5. Car. terræ, unde 12. faciunt Feodum Militis; de quibus Prior de Novoburgo tenet 2. Car. & Alexander de Ledes tenet reſid. 3. Car. de eodem Priore; & idem Prior de Rogero Moubray, & idem Rogerus de Rege; & reddit per annum ad finem prædictum 5 s.

NORTON.

Sunt in eadem villa 7. Car. terræ, unde 12. faciunt Feodum Militis; quæ tenentur de Abbate de S. Albano, & idem Abbas de Rege: & nullum fit inde ſervitium, de quo fit mentio in Inquiſitionibus prædictis.

BALDERBY.

Abbas de Fontibus tenet Balderby, Birkhon, & Eſeby, de hæredibus de Percy; quæ quondam fuerunt villæ, & nunc eſt una Grangia, quæ vocatur Balderby: & reddit per annum ad finem prædictum 3 s.

BRYNYSTON.

Abbas B. Mariæ tenet 1. medietatem de Feodo Roberti Muſters, & Robertus de Comite, & Comes de Rege; & aliam medietatem tenet de Feodo de Midelham; & Feodum tenetur de Comite, & Comes de Rege: & nihil reddit ad finem prædictum, nec aliquod fit inde ſervitium, de quo fit mentio in Inquiſitionibus prædictis.

SUTTON̄

SUTTON̄ HOUGRAVE.

In eiſdem villis ſunt 4. Car. terræ, unde 18. Car. faciunt Feodum Militis, quas Radulphus de Rugemund tenet de Comite Richemundiæ, & Comes de Rege: & reddit per annum ad finem prædictum 2 s. Et Abbas de Fontibus tenet 5. Bov. terræ; ſed à quo vel per quod ſervitiū, non fit mentio in Inquiſitionibus prædictis.

Explicit Wapentagium de Halykeld.

De terris de Libertate B. Mariæ Ebor' in dicto Wapentagio.

SUNT in dicto Wapentagio de Halikeld, villa de Bryneſton, quam Abbas B. Mariæ de Ebor' tenet in Dominico; villa de Edelyngthorp̄, de qua Abbas tenet 6. Bov. terræ in Dominico, Ricardus de Buterwik 1. Car. terræ & dim.

Goram tenet 1. Car. terræ, Johannes Steynley 1. Car. terræ, & Michael Crokedayke 5. Bov. terræ tenent de dicto Abbate. In Kirkby in Mora 1. Bov. terræ, quam Abbas tenet in Dominico de dicto Comite, & Comes de Rege.

Extenta Feodorum de Richemundſhire, anno regni E. ſecundi 11mo.

EDWARDUS Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, dilecto & fideli ſuo Thomæ Normanvile Eſcaetori ſuo ultra Trentam, ſalutem. Mandamus vobis, quod in præſentia unius Attornatorum chariſſimæ matris noſtræ Alienoræ Reginæ Angliæ, quem ipſa vobis aſſociare voluerit, per ſacramentum proborum & legalium hominum de Balliva veſtra, per quos rei veritas melius ſciri poterit, diligenter inquiratis, quæ ſunt Feoda quæ tenentur de Honore de Richemonde, ubicunque ſint in Balliva veſtra; & qui ea tenent, & qualiter, & quo modo, & qui eorum alibi tenent de nobis in capite, & omnia Feoda illa per Sacramentum hominum illorum diligenter & fideliter extendi faciatis, quantum valeant per annum in omnibus exitibus; ut in homagiis, ſervitiis, redditibus, wardis, releviis, maritagiis, advocationibus Eccleſiarum, & omnibus aliis ad eadem Feoda pertinentibus: & eaſdem inquiſitionem & extentam diſtincte & aperte factas, nobis ſub ſigillo veſtro, & ſigillo Attornati prædictæ matris noſtræ, ac ſigillis eorum per quos factæ fuerint, mittatis, & hoc Breve. Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, primo die Decembris, anno regni noſtri decimo.

EXtenta facta apud Richemonde, die Sabbati proximo poſt feſtum S. Lucæ Evangeliſtæ, anno regni Edwardi incipiente undecimo, per Sacramentum Wil. de Burgh, &c. qui dicunt per Sacramentum ſuum, quod Dominus Robertus de Tateſhale tenet in capite de Comite Richemondiæ, tria Feoda & dim. per homagium; & reddit Scutagium, quando currit, viz. in Weſtwitton, Welle, Crakehall

Crakehall & Thoraldeby: Et valent, ut in Dominicis, Capitalibus Meſſuagiis, Terris dominicis, Pratis, Boſcis, Paſturis, liberis Servitiis, Bondagiis, Coterellis, redditibus Molendino ½, liberis Curiis & aliis exitibus univerſis, 200 li. De Maritagio, cum evenerit, ſecundum valorem terrarum. Habet Advocationem 2. Eccleſiarum; Welle quæ valet 50 li. & Weſtwitton, quæ valet 20 li. Tenet alibi de Domino Rege in capite in Norfolchia de antiquo Dominico Domini Regis.

Summa 200 li. & Advocatus duarum Eccleſiarū.

Domina Maria de Neville, Domina de Midelham, tenet in capite de Comite Richemondiæ tria Feoda in Midelham, Snape, Carletoñ in Coverdale per Homagium: & reddit Scutagium quando currit; & valent ut in Capitalibus Meſſuagiis, Terris Dominicis, Pratis, Boſcis, Paſturis, liberis Servitiis, Bondag. Coterell. Redditibus, Molendinis, liberis Curiis, & aliis exitibus univerſis 200 li. De Maritagio ut ſupra. Habet Advocationem duarum Eccleſiarum; de Aykeſcarth, quæ valet 200 li. & Midelham, quæ valet 20 Marc. Tenet alibi de Domino Rege in capite, viz. in Norfolchia de antiquo.

Sūma 200 li. & Advocatus 2. Eccleſiarum de 200 li. & 20 Marc.

Dominus Thomas de Burgo tenet in capite de Comite Richem. 2. Feoda in Hakford Appilton & altera Appilton, Burton & Biſhopdale & alibi per Homagium: & reddit Scutagium, quando currit; & valet quod tenet in Dominico, ut in Capitalib⁹ Meſſuagiis, Terris Dominicis, Pratis, Boſcis, Paſturis, liberis Servitiis, Bondag. Cotterellis, Redditibus, Molendinis, liberis Servitiis Cur. & aliis exitibus univerſis, 68 li. 6 s. 8 d. De Maritagio, ut ſupra. Habet Advocationem Eccleſiæ de Langton, quæ valet 20 li. Tenet de Domino Rege occaſione Eſcaetę Comitis de Ceſtria de novo.

Sūma 68 li. 6 s. 8 d. Advoc. 1. Eccleſiæ 20 li.

Dominus Roaldus de Burton tenet in capite de Comite Richemundiæ 13. Feoda in Burton, Caldewelle, Croft, & alibi per loca plura, per Homagium. Reddit Scutagium, quando currit; & valet, quod tenet in Dominico, ut in Capitalibus Meſſuagiis, Terris Dominicis, Pratis, Boſcis, Paſturis, liberis Servitiis, Bondagiis, Coterellis, Redditibus Molendinorum, liberis Servitiis Cur. & aliis exitibus univerſis 76 li. 4 s. 2 d. De Maritagio, ut ſupra.

Summa 76 li. 4 s. 2 d.

Dominus Brianus, filius Alani tenet in Capite de Comite Richemundiæ 6. Feoda & ſextam partem 1. Feodi in Bedale, Aikeſcogh, Borell, Frytheby & alibi cum membris per Homagium: & reddit Scutagium, quando currit; & valet, quod tenet in Dominico, ut in Capitalibus Meſſuagiis, Terris Dominicis, Pratis, Boſcis, Paſturis, liberis Servitiis, Bondagiis, Coterellis, Redditibus Molendinorum, liberis Curiis & aliis exitibus univerſis 200 li. 6 s. 8 d. De Maritagio, ut ſupra. Habet Advocationem 3. Eccleſiarum; de Bedale, quæ valet 100 li. Meſſamby, quæ valet 20 li. & Rokeby, quæ valet 10 li.

Summa 200 li. 6 s. 8 d. Advoc. 3. Eccleſiar ½ 130 li.

Dominus Rogerus de Laſſeles tenet in Capite de Comite Richemundiæ 2. Feoda & dim. in Scurvetoñ cum membris per Homagium: & reddit Scutagium, quando currit; & valet quod tenet in Dominico, ut in capitalib⁹ Meſſuagiis, Terris Dominicis, &c. 120 li. 5 s. 6 d. De Maritagio, ut ſupra. Habet Advocationem 2. Eccleſiarum; de Kirkby Wisk, quæ valet 100 Marc. & de Scurvetoñ, quæ valet 20 li.

Summa 120 li. 5 s. 6 d. Advocationes 2. Eccleſiarum de 80 li. & 10 Marc.

Dominus Gilbertus de Gaunt tenet in Capite de Comite Richemundiæ 4. Feoda in Helagh in Swaldale cum membris per Homagium; & reddit Scutagium, quando currit: & valet quod tenet in Dominico, ut in Capitalibus Meſſuagiis,

Terris Dominicis, &c. 100 Marc. 6 s. 8 d. De Maritagio, ut ſupra. Tenet alibi de Domino Rege de antiquo.

Summa 100 Marc. & dim.

Dominus Johannes de Bretoñ tenet in capite de Comite Richem. quartam partem 1. Feodi in Colburne, Aynderby cum membris per Homagium; & reddit Scutagium, quando currit; & valet quod tenet in Dominico, ut in capitalibus Meſſuagiis, Terris Dominicis, &c. 19 li. 15 s. 3 d. De Maritagio, ut ſupra. Habet Advocationem Eccleſiæ de Fynkhale, quæ valet 30 li.

Summa 19 li. 15 s. 3 d. Advoc. 1. Eccleſiæ de 30 li.

Henricus de Rypoñ tenet in capite de Comite Richem. dim. Feod. in Colburne & Appelby per Homagium; & reddit Scutagium, quando currit; & valet quod tenet in Dominico, ut in Capitalibus Meſſuagiis, &c. 13 li. 16 s. 1 d. De Maritagio, ut ſupra.

Summa 13 li. 16 s. 1 d.

Nicholaus Wandeſlay tenet in Capite de Comite Richemundiæ dimidium Feodum in Wandeſlay per Homagium; & reddit Scutagium, quando currit, & valet in Dominico, ut in Capitalibus Meſ. Terris Dominicis, &c. 16 li. 3 s. 1 d. De Maritagio, ut ſupra.

Summa 16 li. 3 s. 1.

Dominus Rogerus de Ingoldeby tenet in capite de Comite Richemundiæ dim. Feod. in Wandeſlay per Homagium; & reddit Scutagium, quando currit; & valet quod tenet in Dominico, ut in capitalibus Meſſ. Terris Dominicis, &c. 20 li. 2 s. De Maritagio, ut ſupra. Habet Advocationem Eccleſiæ de Wandeſlay, quæ valet 70 li.

Summa 20 li. 2 s. Advocatio 1. Eccleſiæ de 70 li.

Wil. Scrop̄ tenet in capite de Comite Richem. duodecimam partē 1. Feodi per Homagium; & reddit Scutagium, quando currit: & valet quod tenet in Dominico, ut in omnibus exitibus, 60 s. De Maritagio, ut ſupra.

Sm^{a} 60 s.

Stephanus de Coverham tenet in Capite de Comite Richemondiæ dim. Feodum in Coverham per Homagium; & reddit Scutagium quando currit; & valet quod tenet in Dominico, ut in capitalibus Meſſ. &c. 66 s. 8 d. De Maritagio, ut ſupra.

Summa 5. Marc.

Walterus de Berdene tenet in Capite de Comite Richem. 1. Feod. in Berdene cum membris per Homagium; & reddit Scutagium quando currit; & valet quod tenet in Dominico, ut in Capitalibus Meſſ. Terris Dominicis, &c. 20 li. 6 s. 8 d. De Maritagio, ut ſupra.

Summa 20 li. 6 s. 8 d.

De Wil. at Styghill, pro terris nuper Roberti Jakſon ibidem ——	1 d.
De Hær. Wilielmi Malſon, pro 2. Acr. terræ ibid. —— ——	1 d.
De Thoma Carethorpꝫ, pro terris ibid. —— —— ——	16 d.
De Magiſtro Hoſpitalis S. Leonardi —— —— ——	2 d.

Summa 78 s. 5 d.

Fines

Fines & Wardæ.

De Synderby	2 s. 8 d.
De Abbate de Fontibus, pro Melmorby	5 s. 8 d.
De Wath	3 s.
De Uppeſlunde	16 d.
De Eſtanfeld	12 s. 10 d. ob.
De Rad. Fitz Randolf in Fegherby, pro ter. quondã Radulphi Neville	3 s. 4d.
De Noſterfeld	10 s.
De Weſtanfeld	14 s. 9 d.
De Thoma Leſcrop̄ in Thornebergh	16 d.
De Abbate de S. Agatha in Scottoñ	2 s. 8 d.
De eodem Abbate, in Eſeby	3 s. 4 d.
De Margareta Conyers, in Eſtbrompton	16 d.
De Thoma Fulthorp̄, in Hippeſwelle	21 d.
De Magiſtro S. Egidii ibidem	6 d.
De parva Langtoñ	5 s. 4 d.
De Eſtanfeld de Fitz Hugh	22 d. ob.
De Bynhowe	2 s. 6 d.
De Margareta Swynythwaite & al. in Exilby	13 s. 4 d.
De hæredibus Wilielmi Moubray, in Manfeld	8 s. 10 d.

Sūma Finium & Ward. 4 li. 16 s. 5 d.

Reſolutiones pro dictis Maneriis de Weſtanfeld & Manfelde.

Inde in Reſolutione facta Caſtro Richemundiæ pro Finibus & Wardis de Tanfeld, per annum	16 s. 8 d.
Et Solut. Johannæ Comitiſſæ Weſtmerlandiæ, pro certis Finib⁹ de Wapentagio Frendeleſſe vocato Blauncheferme, pro Tanfeld	16 s. 8 d.
Et eidem Comitiſſæ, pro certis Finibus ad dictū Wapentagiū Frendeleſſe voc. Blauncheferme, pro Manerio de Manfeld	3 s. 1 d.
Et Caſtro Richemundiæ, pro Fin. & Ward. de Manfeld	4 s. 4 d.
Et Solut. dictæ Comitiſſæ, pro certis Finibus ad dictum Wapentagium Frendeleſſe vocat. Blauncheferme, pro terris in Exilby	6 s. 8 d.
Et Solut. Johanni Wandesford, pro Finibus & Wardis debit. Caſtro prædicto pro Terris & Ten. in Thekeſtoñ	6 s. 8 d.
Et Solut. Miloni Stapiltoñ, pro Finibus & Wardis de Tanfeld	15 s. 1 d.
Et Solut. eidem Miloni pro Secta Curiæ de Bedale	3 s. 4 d.

De

De reſpectu Clamei Comitis Richemundiæ.

DOminus Rex per Gilbertum de Thornetòn, qui ſequitur pro eo, optulit ſe verſus Johannem de Britannia, de Placito quo Warranto clamat habere returnum Brevium de Placito de Namio vetito per totam libertatem de Richemunde, ſine voluntate, ſua aut Prædeceſſorum ſuorum Regū Angliæ. Et ſuper hoc mandavit Dominus Rex Juſticiariis ſuis hic Breve ſuum in hæc verba: Edwardus Dei gratia, &c. dilectis & fidelibus ſuis Johanni de Vallibus & ſociis ſuis Juſticiariis itinerantibus in Com. Eboꝛ, ſalutem. Mandamus vobis, quod omnes loquelas tangentes nos ex parte una, & dilectum & fidelem noſtrum Johannem de Britannia, Comitem Richemundiæ, ex parte altera, in itinere veſtro prædicto, per Brevia noſtra de quo Warranto ponatis in reſpectum, uſque a die Paſchæ, in 15 dies. Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, 6to die Novembris, anno regni noſtri octavo.

Clameum Libertatum Comitis Richemundiæ.

JOhannes de Britannia Comes Richemundiæ clamat has Libertates ſubſcriptas, ſcil. quod ipſe & omnes tenentes de Feodo ſuo infra præcinctum de Richemundſhire ſint quieti de Sectis Com. & de communi Amerciament.

Item, clamat habere returnū Breviū, & placitare Brevia Vicecomital.

Item, clamat habere liberam Chaceam per totam Wendeſlaidale de aqua de Thorntonruſt verſus occidentem in parte Auſtrali de Jore, & in parte Boreali de ducto de Askrig verſus Occidentem.

Item, clamat habere liberam Chaceam in Arkilgarth, Hope, Skargille, Gillyng & Novam Foreſtam.

Item, clamat habere liberam Warennam in omnibus Dominicis terris ſuis in Com. Eboꝛ.

Item, clamat habere liberum Burgum ſuum apud Richemunde.

Item, clamat habere Mercatum in Richemunde ſemel in ſeptimana, viz. per diem Sabbati; & Feriam ibidem bis in anno, viz. duraturam a Vigilia tranſlationis S. Martini, per 15 dies; & a Vigilia exaltationis S. Crucis per tres dies duraturam.

Item, clamat habere emendas Aſſiſæ panis & cerviſiæ in Richemunde.

Item, clamat habere emendas Aſſiſæ cerviſiæ per totum præcinctum de Richemundſhire, de propriis tenentibus ſuis & de aliis, ubi Domini ſui non petunt Curiam ſuam.

Item, clamat habere Infangetheof per totam Libertatem de Richemunde, & Furcas apud Richemunde & Bowes.

Item, clamat habere Thoroutholl apud Bowes.

Item, clamat habere mineram plumbi.

Item, clamat habere cuſtodiam Priſonum apud Richemonde & Bowes, & Carcer infra præcinctum Libertatis de Richemondeſhire.

Clameum Radulphi filii Ranulphi de libera Warenna apud Wodhall, coram Hugone Cressingham & sociis suis Justic. itinerantibus apud Ebor. & Knaresburgh, anno Regni E. filii Regis Henrici 22°.

RAdulphus filius Ranulphi sumonitus fuit ad respondendū Domino Regi de placito quo Waranto clamat habere liberam Warennā in omnibus Dominicis terris suis in Manerio de Wodhalle, sine licentia & voluntate ipsius Domini Regis & Progenitorū suorum Regum Angliæ, &c. Et Radulphus per Attornatum suum venit, & dicit quod ipse clamat habere liberam Warennam in omnibus Dominicis terris suis in Manerio prædicto per Cartam Domini Henrici Regis patris Domini Regis nunc, datam anno regni sui quinquagesimo quarto, quam profert, & quæ testatur, quod idem Dominus Rex Henricus concessit Ranulpho filio Ranulphi, patri prædicti Radulphi, cujus Hæres ipse est, quod ipse & hæredes sui in perpetuum habeant liberam Warennam in omnibus Dominicis terris suis in parva Askerik & la Wodhalle in Com. Ebor. dum tamen terræ illæ non sint infra metas Forestæ Domini Regis, &c.

Et Rogerus de Hengham, qui sequitur pro Domino Rege, petit quod Warenna in Dominicis terris suis in Askerik capiatur in manū Domini Regis, &c. eo quod illam non clamavit primo die itineris, &c.

Et Radulphus dicit, quod Askerik est membrum de la Wodhalle & de pertin. ejusdē, &c.

Et Rogerus dicit, quod auctoritate prædictæ Cartæ, prædictus Radulphus tenet terras liberorum vicinorum suorū in Warennat. & petit quod inquiratur, &c. & qualiter usus est, &c. Ideo rei veritas inquiratur.

Clameum Gilberti de Gaunt, de libera Chacea in Swaldale, & libera Warenna apud Helagh, & wrecco Balenæ apud Hundmanby, coram Johanne de Vallibus anno regni Regis E. filii H. 7°.

GIlbertus de Gaunt sumonitus fuit ad respondendū Domino Regi de placito quo Waranto clamat liberam Chaceam apud Swaldale, & liberam Warennam apud Helagh, & wreccum maris apud Hundmanby.

Et Gilbertus venit & dicit, quod clamat habere liberam Chaceam apud Swaldale tali Waranto, quod ipse & omnes Antecessores sui, a tempore quo non extat memoria, habuerunt liberam Chaceam suam ibidem. Et quoad liberam Warennam apud Helagh, dicit quod clamat eam habere ea ratione, quod terra sua de Helagh est infra Swaldale, ubi ipse habet liberam Chaceam suam, ut prædictum est: & eo quod ipse habet liberam Chaceam ibidem, clamat ipse habere liberam Warennam. Et dicit, quod ipse & omnes Antecessores sui a tempore prædicto,

prædicto, illam ſemper habuerunt. Et quo ad wreccum maris, dicit quod nullum wreccum maris clamat, niſi Balenam ſolum, ſi dici debeat wreccum; & Balenam clamat, ſalvis Domino Regi cauda & capite, tali waranto, quod ipſe & omnes Anteceſſores ſui, a tempore quo non extat memoria, fuerunt inde in Seiſina.

Jurati dicunt ſuper Sacramentum ſuū, quod prædictus Gilbertus & omnes Anteceſſores ſui, a tempore quo non extat memoria, habuerunt & tenuerunt liberam Chaceam ſuam apud Swaldale, & ſimiliter Warennam ſuã liberam. Et dicunt, quod nec idem Gilbertus nec Anteceſſores ſui Chaceam illam & Warennam elargaverunt. Dicunt etiam quod idem Gilbertus & omnes Anteceſſores ſui, a tempore quo non extat memoria, habuerunt in ſeiſina habendi Balenam maris, cum applicuerit in portu de Hundmandby, ſalvis Domino Regi cauda & capite ejuſdem Balenæ. Ideo prædictus Gilbertus inde quietus.

Clameum Gilberti de Gaunt de Eſcap. Animalium in Swaldale & aliis libertatibus, coram Johanne de Vallibus & ſociis ſuis Juſtic. itinerantibus, anno regni R. E. primi 7°.

GIlbertus de Gaunt ſūmonitus fuit ad reſpondendū Domino Regi de Placito quo Waranto capit de quolibet animali vicinoꝝ ſuorū eſcapiato de paſtura ſua in Swaldale quatuor denarios: & quo Waranto clamat habere liberam Warennam in omnibus terris ſuis in Hunmanby, Mercatum, Pilloriam & Tumberellum in prædicto Manerio; & habere liberã Chaceam & liberam Warennã in omnibus Dominicis terris ſuis in Swaldale, emendationem panis & cerviſiæ fract. Infangtheof & furcas in Manerio prædicto de Hunmandy & Swaldale & villa de Rithe, quæ ad Coronam & Dignitatem Domini Regis pertinent, ſine licentia & voluntate, &c.

Et Gilbertus per Attornatum ſuū venit, & quoad animalia eſcapiata, &c. dicit, quod quando animalia vicinorū ſuorum eſcapiant in ſeparali paſtura ſua in Swaldale, ipſe capit emendas ſecundū quantitatē tranſgreſſionis, &c. & alio modo non capit Eſcap. Et de hoc ponit ſe ſuper patriã. Et quoad omnes libertates in Manerio de Hunmanby, dicit quod ipſe in hoc itinere coram Juſticiariis amiſit dictū Manerium de Hunmanby; ita quod non poteſt de libertatibus illis reſpondere, &c. Et Juſticiarii hoc idē recordantur. Ideo prædictus Gilbertus, quoad hoc, inde ſine die, &c. Sed clamat liberam Chaceam, & liberam Warennam, & Infangtheof, in omnibus Dominicis terris ſuis in Swaldale, Emend. Aſſiſæ panis & cerviſiæ fract. & furcas in Rithe & Swaldale ãb antiquo. Et dicit, quod ipſe & omnes Anteceſſores ſui, a tempore quo non extat memoria, ſemper uſi ſunt hujuſmodi libertatibus, abſque aliqua temporis interruptione. Et in hoc ponit ſe ſuper patriam.

Et Rogerus Hengham, qui ſequitur pro Domino Rege, petit quod inquiratur pro Domino Rege qualiter uſus eſt, &c. prædictis libertatibꝰ; & ſi unquam fuit in ſeiſina de Emenda Aſſiſæ panis & cerviſiæ fract. in Rythe; quia dicitur, quod non eſt aliquis Piſtor in prædicta villa de Rythe. Et hoc petit quod inquiratur pro Domino Rege. Ideo inquiritur, &c.

Clameum Rogeri Laſcelles de libera Warenna & terris ſuis quietis a Secta Com. in Eskrig & alibi, coram dictis Juſtic. anno prædicto.

Rogerus de Laſcels ſūmonitus fuit ad reſpondendum Domino Regi de Placito quo Waranto clamat habere liberam Warennam, & terras ſuas quietas a Secta in Eskrik & alibi in terris ſuis in Com. Eboꝛ, ſine licentia, &c.

Et Rogerus venit, & dicit, quod ipſe clamat habere Warennam in Maneriis ſuis de Eskrik, Kirkbyknoll & Scurvetoñ, per conceſſionem & confirmationem Domini H. Regis, patris Domini Regis nunc: & profert Cartam Domini Regis prædicti, quæ hoc idem teſtatur. Et quoad quietātiam Sectæ, dicit quod ipſe tenet Manerium ſuū de Eskrik de Abbate S. Mariæ Eboꝛ; pro quo nec ipſe nec Anteceſſores ſui unquā fecerunt aliquā Sectam ad Com. nec Wapentagium, nec Trithingum, eo quod prædictus Abbas & omnes homines ſui ſunt quieti de omnibus Sectis hujuſmodi, per Cartas Regum Angliæ, quas idem Abbas inde habet. Et quoad Manerium ſuum de Kirkbyknoll, dicit quod tenet illud de Galfrido Upſale, & facit Sectam pro eadem in propria perſona ſua ad proximum Com. Eboꝛ, poſt feſtum S. Michaelis, & ad proximum Trithingum de Yarleſtre poſt idem feſtum, & ad proximum Wapentagium de Bruddeford poſt idem feſtum. Et dat Ballivo Domini Regis ejuſdem Wapentagii, quolibet anno, 2 s. 6 d. Et dicit quod ipſe & Anteceſſores ſui, a tempore quo non extat memoria, eundem Finem dederunt quolibet anno, pro Secta Wapentagii, per annum. Dicit etiam, quod ipſe tenet Maneria de Scurvetoñ, Thirntoft & Magneby de Comite de Richemonde, pro quibus facit Sectam in propria perſona, ad proximum Wapentagium poſt feſtum S. Michaelis, viz. pro Manerio de Scurveton, ad Wapentagium de Hang, & pro aliis Maneriis de Thirnetoft & Magneby ad Wapentagium de Gillyng; & dat Ballivis Wapentagiorum illoꝛ, per annum, tanquā Ballivis Domini Regis, de Fine Wapentagii 20 s. 4 d. Et eundem Finem dederunt ipſe & omnes Anteceſſores ſui, a tempore quo non extat memoria. Dicit etiam quod tenet Manerium ſuum de Ellertoñ, ut liberum Maritagium Elizabeth uxoris ſuæ, de Wil. filio Thomæ, qui ipſum inde defendet & acquietet contra omnes homines. Poſtea per Richerum Waſſand & ſocios ſuos Jur. excepto Wil. Holteby tunc Seneſchallo prædicti Rogeri conjuncto, uſus eſt Warranta ſua in Eskrik, & eam non elargavit: & quod nec ipſe nec Anteceſſores ſui aliam Sectam facere conſueverunt; nec alios Fines præſtarunt, quam ut prædictum eſt. Ideo prædictus Rogerus inde ſine die. Et Dominus Rex nihil capiat per Breve ſuum.

Placitum coram dictis Juſticiariis itinerantibus inter Hugonem filium Henrici, & Hugonem Lyrtyngton, de acquietatione Servitii Henrici Sprynge.

Henricus filius Henrici de Raveneſwath ſūmonitus fuit ad reſpondendum Hugoni Lyrtyngton de Placito, quod acquietet ipſum de Servitio, quod Henricus Spring ab eo exigit de libero Tenemento ſuo, quod de præfato Hugone filio

filio Henrici tenet in Lirtyngtoñ, unde idem Hugo filius Henrici, qui medius eſt inter eos, eum acquietare debet, &c. & unde quæritur, quod cum teneat de eo quadraginta Acras terræ cū pertin. in Lirtingtoñ, per fidelitatem & ſervitium quatuor ſolidorum per annum, & ſex denariorum pro omni ſervitio, & idem Hugo filius Henrici debeat ipſum per prædicta Servitia acquietare verſus quoſcunq;. prædictus Henricus diſtringit ipſum in prædictis Ten. pro Homagio dicti Hugonis filii Henrici ei faciendo, pro defectu Acquietantiæ ipſius Hugonis filii Henrici. Unde dicit quod deterioratus eſt, & damnum habet ad valentiam 40 s. & inde producit Sectã, &c.

Et Hugo filius Henrici venit & defendit vim & injuriam, quando, &c. & petit quod oſtendat, ſi quid habeat per quod debeat ipſum acquietare, &c.

Et Hugo de Lyrtyngtoñ dicit, quod Manerium de Lirtyngtoñ aliquando fuit in ſeiſina cujuſdam Johannis filii Henrici, Conſanguinei prædicti Hugonis filii Henrici, cujus hæres ipſe eſt, qui Manerium illud tenuit de quodam Roberto de Laſceles, per Homagium & certa ſervitia. Qui quidem Robertus feoffavit prædictum Henricum Spryng de prædictis Ten. tenendis, una cum Homagio & Servitio prædicti Johannis filii Henrici & hæredum ſuorum, &c. qui quidem Johannes de ſeiſina ſua feoffavit quemdam Adam de Quaſſingtoñ de Ten. quæ prædictus Hugo de Lyrtyngton modo tenet de feoffamento prædicti Adæ, &c. tenendis eidem Adæ, hæredibus & aſſignatis ſuis, de prædicto Johanne filio Henrici & hæredibus ſuis, per fidelitatem & ſervitium 4 s. 6 d. pro omni Servitio. Et obligavit ſe & hæredes ſuos ad warantizand. & acquietand. & defendend. &c. Et poſt mortem ejuſdem Joh. filii Henrici, quidam Henricus filius ejus & hæres ei ſucceſſit, &c. & fecit Homagium prædicto Roberto. Et ſimiliter poſt mortem ejuſdem Henrici, quidam Johannes frater ejus & hæres fecit Homagium prædicto Henrico, tanquã aſſignato prædicti Roberti de Laſceles, pro prædictis Tenementis. Et poſt mortem prædicti Johannis filii Johannis, prædictum Manerium cum pertinen. deſcendit prædicto Hugoni filio Henrici, ut conſanguineo & hæredi. Et quod ita ſit, paratus eſt verificare, ſicut Curiæ conſ. Et deficut idem Hugo filius Henrici eſt in ſeiſina de prædictis Servitiis iſtius Hugonis de Lyrtyngtoñ, &c. & eſt hæres prædicti Feoffatoris, &c. Et prædictus Henricus Spryng diſtringit in prædictis Ten. pro Homagio prædicti Hugonis filii Henrici; ita quod verſus prædictum Henricum nullum aliud remedium habere poteſt de prædicta diſtrictione, niſi per prædictum Hugonem filium Henrici medium ſuum petat inde ſi ipſum acquietare non debeat. Et Hugo filius Henrici petit judicium, ſi ei debeat inde reſpondere, deficut nullum factum ſpeciale oſtendit, per quod eum ligare poteſt ad acquietantiam, &c.

Clameum Rogeri Moubray de libera Chacea in Kirkby & Niderdale & al.

ROgerus de Moubray sūmonitus fuit ad reſpondendū, quo Waranto clamat habere liberam Chaceam apud Kirkby Maliſhard & Niderdale, & liberam Warennã apud Galaghhe, Brathweite, Gruelthorp̄, Azerlawe, Mikilhaghe, Meſhoſe, Liverton, Wynkelegh, Aldefeld & Parcum apud Threske incluſum. Et ſimiliter quo Waranto clamat habere liberam Warennam & terras ſuas quietas a Secta in Threske & alibi in terris ſuis in Com. prædicto, ſine licentia & voluntate Domini Regis, &c.

Et Rogerus venit; & quoad liberam Chaceam, dicit quod Manerium ſuum de Kirkby Maliſhard eſt infra Foreſtam de Nidderdale; & quod ipſe & omnes Anteceſſores ſui a tempore Conqueſtus Angliæ habuerunt liberam Chaceam ſuam

in prædicto Manerio. Et quoad liberam Warennam apud Meſhoſe & Liverton, dicit quod tali Waranto clamat eam habere, quod prædictæ terræ ſunt infra Foreſtam de Niderdale; & quod ipſe & omnes Anteceſſores ſui, a tempore Conqueſtus Angliæ, ut prædictū eſt, ſemper habuerunt liberam Chaceam in omnibus terris ſuis infra metas Foreſtæ prædictæ exiſtentibus. Et ratione qua ipſi habuerunt liberam Chaceam in terris prædictis, habuerunt ipſi liberam Warennā in eiſdem terris. Et quoad Galghhaghe, Brathweite, & Gruelthorpe, Azerlawe, Mikelhagh, Wynkelee & Aldfeld, dicit quod nullam Warennam clamat in eiſdem. Ideo ſuper hoc inquiratur. Et quoad Parcum ſuum de Threske habendum incluſum, dicit quod ipſe habet in Manerio ſuo de Threske quendam Boſcum ſeparalem, quem quidem Boſcum pater ſuus incluſit, & de eodem Boſco incluſo obiit ſeiſitus. Et dicit quod ipſe ſtatum & ſeiſinam patris ſui continuavit: & dicit, quod alio modo non clamat habere Parcum ibidem. Et quoad liberam Warennam in Threske, dicit quod nullam clamat ibidem. Et quoad terras ſuas habendas quietas a Secta, dicit quod non clamat illas habere quietas: quia dicit quod ipſe, per Seneſcallum ſuū ad hoc deputatum, facit Sectam ad Com. Eboꝝ, per totum annum de Com. in Com. Ideo inquiratur. Et Robertus de Plombtoñ, Petrus Bekard, Wil. de Hartlyngtoñ, Joh. de Hamerton, Galfridus Hewyk, Alexander de Ledes, Petrus de Hopertōñ, Rogerus de Merkingfeld, Petrus de Midelton̄, Wil. de Hamerton, Robertus filius David, & Wilielmus de Brunneby, Jurati ad hoc electi, dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod prædictus Rogerus & omnes Anteceſſores ſui prædictis libertatibus, ſicut dictus Rogerus eas clamat, plenarie hactenus uſi ſunt: & quod idem Rogerus Chaceam ſuam nec Warennam elargavit. Ideo conſ. eſt, quod prædictus Rogerus inde ſine die; & quod Dominus Rex nihil capiat, &c.

Inter Placita Coronæ & de quo Waranto, coram Johanne de Vallibꝰ & Sociis ſuis Juſticiariis itinerantibus, apud Eboꝝ, anno regni Regis E. filii Regis H. 7°. in craſtino Trini-

MAria de Midelham ſummonita fuit ad reſpondendū Domino Regi de Placito, quare clamat habere liberam Warennam in Manerio ſuo de Midelham, & liberam Chaceam in Coverdale. Et Maria venit & dicit, quod ipſa tenet dicta Tenementa in propartem de hæreditate cujuſdam Radulphi filii Ranulphi patris ſui, & cujuſdam Johannæ uxoris Roberti Tatteſhale, cujus hæredes ipſæ ſunt; quod non poteſt Domino Regi, ſine prædictis Roberto & Johanna participibus ſuis reſpondere. Ideo ſummonitæ, quod ſint hic a die Trinitatis in unum menſem ſimul.

Clameum Roberti Tateſhale de libera Warenna apud Thoraldeby & Welle & Weſtwitton, cum Parco & libera Chacea in Biſhopdale.

RObertus Tateſhale ſummonitus fuit ad reſpondendum Domino Regi de Placito, quo Waranto clamat habere liberam Warennam apud Welle, Thoraldeby, Weſtwitton, & Parcum ibidem, & liberam Chaceam apud Biſhopdale. Et Robertus venit: & quoad Warennam apud Welle, Thoraldeby, & ad liberam Chaceam in Biſhopdale, dicit, quod tenet Tenementa in Welle, Thoraldeby & Biſhopdale in propartem cujuſdam Johannæ uxoris ſuæ; unde dicit, quod ipſe nihil clamat in eiſdem, niſi nomine ejuſdem Johannæ, ſine qua non poteſt Domino Regi reſpondere; & Alanus de Walkyngham, qui ſequitur pro Domino Rege, non poteſt hoc dedicere. Ideo conſ. eſt, quod prædictus Robertus inde ſine die; & quod Dominus Rex nil capiat per Breve ſuum. Et quoad Warennam in Weſtwittoñ & Parcum ibidem, dicit quod Dominus Rex, pater Domini Regis nunc, conceſſit, & Carta ſua confirmavit cuidam Roberto de Tateſhale Avo ſuo, cujus hæres ipſe eſt, quod ipſe & hæredes ſui liberam habeant Warennam in perpetuum, in omnibus dominicis terris ſuis in Weſtwittoñ. Et profert Cartam Domini Henrici Regis prædicti, quæ prædictas conceſſionem & confirmationem teſtatur. Et Alanus de Walkyngham, qui ſequitur pro Domino Rege, petit quod inquiratur de ampliatione dictæ Warennæ, & quomodo uſus eſt dicta Warenna. Ideo fiat Jur.

Carta Conventionis inter Johannem de Britannia Comitem Richemundiæ & Abbatem & Conventum de Egleſton, de inventione ſex Capellanorum in Caſtro Richemundiæ.

ANNO gratiæ 1275. ad Pentecoſten, ita convenit inter nobilem virum Dominum Johannem de Britannia, Comitem Richemundiæ, filium Ducis Britanniæ, ex una parte, & Abbatem & Conventum de Egleſtoñ ex altera; viz. quod idem Abbas & Conventus conceſſerunt, & ſe & ſucceſſores ſuos obligaverunt dicto Dño Joh. & hæredibus ſuis, ad inveniendum ſex canonicos Capellanos de Eccleſia de Egleſtoñ, divina celebrantes in Caſtro Richemundiæ in perpetuum; viz. unum celebrantem de die, vel de feſto inſtanti, vel de Spiritu Sancto, cum nota; ſecundum de B. Virgine, cum nota ſolemni; tertiū pro anima Dominæ Beatricis quondã Conſortis dicti Dñi Joh. ſpecialiter; ita quod, cum ipſe Dñs Joh. obierit, idem Capellanus pro animabus ſcil. dictorū Dñi Joh. & Dñæ Beatricis conjunctim officiū defunctorum ſpecialiter celebrabit; quartus & quintus de beata Maria virgine ſine nota celebrabunt, ſextus pro anima dictæ Dominæ Beatricis uſq; ad obitum dicti Dñi Joh. & poſt obitum ejus pro animabus utriuſq; & omnium fidelium defunctorum celebrabit.

Et

Et prædicti Canonici erunt residentes in Castro Richemundiæ, Deo imperpetuum servituri. Et si forsan aliquociens aliquis prædictorum Capellanorum Missam a se debitam non celebraverit, justum super hoc impedimentum se habere prætendens, verbo ipsius Capellani impedimento credetur, & suæ Conscientiæ relinquetur, nisi frequenter omiserit celebrare, quod contra eum verisimile de negligentia possit haberi suspitio: in quo casu, ad requisitionem Ballivi, Abbas defectum & negligentiam hujusmodi faciet emendari. Et ratione istorum sex Canonicorum, non decrescet numerus illorum tredecim Canonicorum, qui solebant esse in Monasterio de Egleston. Et pro ista concessione & obligatione dictorum Abbatis & Conventus prædictus nobilis Dñs Joh. Comes Richemundiæ dedit, concessit, & hoc præsenti scripto, pro se & hæredibus suis sive assignatis, confirmavit eisdem Abbati & Conventui de Egleston & eorū successoribus, pro sustentatione dictorum sex Capellanorum, capitale Messuagium in Multon, & omnes terras suas dominicas & totū pratum suum dominicum in campo & territorio ejusdem Multon, cum omnibus pertin. suis, & 8. Bov. terræ in eodem territorio jacentes propinquius juxta terram Symonis de Multon, quā emit de Thoma Ukkerby, ex parte aquilonali, cum prato & omnibus aliis dictis Bovatis terræ pertinentibꝰ, & 4. Toft. & 1. Cotagium in eadem Multon, cū omnibus pertin. suis, illa scil. quæ jacent propinquius prædicto capitali Messuagio, ex utraque parte itineris a porta prædicti Simonis usque ad caput villæ versus orientem, una cum corporibus Tenentium dictas Bov. terræ, & cum omnibus sequelis ipsorum. Dedit insuper dictis Abbati & Conventui 24. Carratas Turbarum & 20. Car. Brueræ percipiend. annuatim in Mora sua de Boghes, ubi sibi melius viderint expedire, cum libero introitu & exitu in Moram & de Mora, & cum pacifica oneratione, sine impedimento alicujus, cariandas ad Abbathiam suam vel ad Grangiam suam de Stratford. Dedit insuper dictis Abbati & Conventui locum per se inclusum in dicto Castro suo de Richemond, juxta majorem Capellam suam in eodem, dictis sex Capellanis ad inhabitandum cum familia sua, & libeꝝ introitum & exitum in dictum Castrum & de eodem, ad omnimoda Cariagia ad dictum locum suum in Castro carianda & portanda & de loco suo transferenda, & Aisiamenta fontium ipsius Castri, quoties necesse fuerit, tempore tranquillitatis & pacis. Tempore vero guerræ, prædicti Capellani ipsum Castrum non intrabunt nec in eo remanebunt, nisi de dicti Dñi Joh. aut hæredum suorum, aut Ballivi sui licentia speciali: immo ad mandatum ipsorum Dñi Joh. aut hæredum vel Ballivi sui, tempore guerræ, iidem Capellani ad monasterium de Egleston cum omnibus rebus suis revertentur, & ibi Missas hujusmodi celebrabunt, donec ad dictum Castrum per dictos Dños aut Ballivum suum fuerint revocati. Concessit etiā & dedit, & hoc præsenti scripto, pro se & hæredibus suis vel assignatis, confirmavit dictis Abbati & Conventui 1. Acram Bosci in Hwittecliff, percipiendam annuatim, in loco competenti, per visum Ballivi vel Forestarii, qui pro tempore fuerit, amputandā singulis annis in diversis locis in Hwittecliff, ipsorum Abbatis & Conventus scindendam sumptibus, & cariandam ad dictum locum suum in Castro Richemundiæ. Dedit etiam dictus Dñs Joh. dictis Abbati & Conventui Eschaetas suas quas habuit in villa de Richemunde de Wil. Whelpe in Beregate & de Galfrido Fullone in Walkergrene, cum omnibus pertin. dictis Eschaetis pertinentibus infra villam de Richemund & extra, tenenda & habenda omnia & singula prædicta dictis Abbati & Conventui, & eorum successoribus, de dictis Dño Joh. & hæredibus suis vel assignatis, in liberam, puram, & perpetuam Elemosynam, sine aliquo retinemento imperpetuum, adeo libere & quiete, sicut aliqua Elemosyna liberiꝰ, quietius & melius dari, concedi, vel teneri potest in Anglia. Dicti vero Dñs Joh. de Britannia, Comes Richemundiæ, & hæredes sui vel assignati, omnia in præsenti scripto contenta, dictis Abbati & Conventui & eorum successoribus, in omnibus, sicut præscriptum est, contra omnes homines & fœminas warantizabunt,

zabunt, acquietabunt & defendent in perpetuum. In cujus rei teſtimonium, diverſæ partes diverſis hujuſmodi ſcripti chirographati partibus ſigilla ſua appoſuerunt. Teſtibus Magiſtro Galfrido de Sancto Medardo, tunc Archidiacono de Richemund, Dominis Briano filio Alani, Hugone filio Henrici, Ranulpho de Dacre tunc Vicecomite Eboꝛ, Rogero de Laſcels, Johañe filio Michaelis tunc Coronatore Dñi Regis, Henrico Spryng, Henrico de Rokeby, Roberto Wyklyf, Wil. Skargill, Hugone de Ask Militibus, Drocone de Fere tunc Seneſcallo Richemundiæ, Roberto de Appilgarth tunc Ballivo ejuſdem, Harſculpha de Cleſeby tunc Receptore ejuſdem Richemundiæ, omnibus Burgenſibus ejuſdem Richemundiæ, & multis aliis. Dat. apud Nigun, in craſtino inventionis Sanctæ Crucis, anno gratiæ 1278.

Confirmatio Johannis filii Arthuri Ducis Britanniæ & Comitis Richemundiæ, de Cantariis prædictis.

HAnc Cartam poſtea confirmavit Johannes filius Arthuri Dux Britanniæ, Comes Richemundiæ, ac Vicecomes Lemovicenſis; & vocat in Carta ſua dictum Johannem, qui dictam fecit Compoſitionem, Avum ſuum. Dat. Confirmationis in Caſtro Richemundiæ, in commemoratione S. Pauli Apoſtoli, anno Domini 1334.

Carta Aelidis Duciſſæ Britanniæ, de Bundis Foreſtæ de Wendeſleydale.

DOmino Archiepiſcopo & omnibus filiis S. Matris Eccleſiæ filiis, Aelidis Duciſſa Britanniæ & Comitiſſa Richemundiæ, ſalutem. Scire vos volo & poſteros meos & veſtros, quod facta diligenti inquiſitione per Dominum Thomam de Burgh, Seneſcallum meum, cognovi quod rivulus qui vocatur Merbek, qui venit de parvo Staggesfell & cadit in Jor, eſt diviſio inter terram Monachorum meorum de Jorevall & Foreſtam meam de Wendeſleydall, ex parte Aquilonari de Jor verſus orientem; & locus qui vocatur *Hwſayt Morwill, ſicut aqua pluvialis cadit in capite de Weſthelgill, & ſic per curſum aquæ uſque ad Yoreſheved, eſt vera diviſio inter Foreſtam meam & Weſtmerland verſus Occidentem. Præterea cognovi quod Blayngbek, qui venit de Greneſcher & cadit in Semar, & ſicut aqua de Bayne cadit in Jor, eſt diviſio inter terram ſuam & Foreſtam meam ex auſtrali parte de Jor verſus orientem, & a parte orientali de Swartfell linealiter uſq; Stubbyngrig, & ſic uſq; Catkeld; & ſic uſque in Jor, ſunt diviſæ inter Foreſtam meam de Wendeſleydale & Foreſtam de Mallerſtang verſus occidentem. Et ne Monachi mei amplius moleſtentur, vel controverſia aliqua ſuper diviſis prænominatis in poſterum moveatur, præſens ſcriptum ſigilli mei auctoritate corroboravi. Hiis teſtibus, Herveio de Bello Morterio, Olivero de Tintiniaco, Bertramo de Albenay, Reginaldo Boterell, Magiſtro Ranulpho Cancellario meo, Eudone Capellano, Gerardino Clerico, & aliis.

* Huethwait Morvill.

Carta de Ridemer.

SCiant præſentes & futuri, quod ego Ricardus, filius Reginaldi de Ridemere, dedi, conceſſi, & hac præſenti Carta mea confirmavi Deo & B. Mariæ & Canonicis de Coverham ibidem Deo ſervientib⁹, pro ſalute animæ meæ, anteceſſorum & hæredum meorum, totam terram cum pertin. quã habui vel habere potui in villa de Ridmere, una cum capitali Meſſuagio & cum tertia parte Molendini ejuſdem villæ, ſcil. in Dominicis, Redditibus, Homagiis, Servitiis liberorum, Villenagiis, Wardis, Eſchaetis, Viis, Semitis, Pratis, Moris, Paſturis, Boſcis, Planis, Aquis, & in omnibus aliis rebus & locis, quæ ad prædictam terram pertinent vel pertinere poterunt, ſine aliquo retinemento. Illam ſcil. terram cum pertin. quam habui de dono & confirmatione Imanyæ quondam filiæ Ricardi de Tunſtal, tenend. & habend. totam prædictam terram cum capitali Meſuagio, & cum tertia parte Molendini, prædictis Canonicis & eorum ſucceſſoribus de Domino Radulpho filio Ranulphi & ipſius hæredibus, libere, quiete, integre & ſolute, bene & in pace, cum omnibus pertin. libertatibus ac liberis conſuetudiñibus & aiſiamentis infra villam de Ridemere & extra, ad dictam terram pertinentibus, faciendo prædicto Domino Radulpho & hæredibus ſuis, & omnibus aliis Dominis ejuſdem Feodi omnia ſervitia, debita & conſueta in omnibus. Et ego Ricardus & hæredes mei totam prædictam terram cum capitali Meſuagio, & cum tertia parte Molendini, & cum omnibus aliis pertinentiis, prædictis Canonicis & eorum ſucceſſoribus, contra omnes homines in perpetuum warantizabimus. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum meū appoſui. Hiis teſtibus, Dominis Henrico filio Ranulphi, Ranulpho filio Ranulphi, Johanne de Bretoñ, Ricardo de Rybof, Hugone de Watlous, Militibus; Domino Ada de Alverton, Domino Petro de Thoresby, Herveyo de Cliftoñ, Galfrido Pigot, Thoma de Thorntoñ & aliis.

Inquiſitio de Villis de Newby, Ravyngton, Ayſtenby, Balderby, & Diſſeford.

INquiſitio capta coram Godfrido Foleiambe, capitali Seneſcallo Johannis Ducis Lancaſtriæ, apud Richemunde, quarto die Martii, anno regni Edwardi tertii 40°. in præſentia Johannis Moubray Chlr. Wilielmi Neſſefelde, & aliorum fide dignorum tunc ibidem præſentium, virtute cujuſdem Brevis dicti Domini Ducis eidem Godfrido ad hoc faciend. direct. per ſacramentum Thomæ Rokeby, &c, qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod villæ & hamelettæ de Neuby ſuper Swale, Ravyngtoñ, Ayſtenby, Balderby & Disford, ſunt infra Richemundſchire, & tenentur de Henrico de Percy de Manerio ſuo de Topcliff, & ut parcella dicti Manerii, præter quinq; Caruc. terræ in Disford, quæ tenentur de eodem Henrico de Percy, ut de prædictis Membris tenet de Domino Rege in Capital. Et etiam dicūr, quod dictus Henricus Percy & omnes Anteceſſores ſui, a tempore quo non extat memoria, pacifice habuerunt & perceperunt emendas & amerciamenta pro aſſiſis panis & cerviſiæ fract. in dictis villis & hamelettis. Et etiã cognitionem Placitorum in Curiis ſuis de Topcliff & Spofford, de omnibus Ten. in Placitis, commorantibus in dictis villis & hamelettis, de hiis quæ pertinent ad Curiam Baronis ſine aliqua interruptione, quouſq; Johannes de Layſyngcroft nuper Seneſcallus Richemundiæ dictas emendas per aſſiſas prædict.

prædict. confract. & cognitionem Placitorum in manus dicti Domini Ducis per quinq; annos elapſos, quo tempore dictus Joh. Layſyngcrof fuit Seneſcallus ibidem, qua de cauſa penitus ignorant.

Inquiſitio de Manerio de Weſtwitton.

INquiſitio capta per Sacramentum Roberti Cleſeby, Adæ de Thoresby, Eliæ de Bellerby, Bartholomæi Eskilby, Roberti Arundell, Roberti filii Gaufridi de Pikhale, Hervei de Cliſtona, Roberti Eynderby, Johannis Burton, Walteri Warwic, Wil. Thoresby, Rob. de Camera, Rob. de Sutton & Petri de Anderbrig; quo tempore, per quem & quo modo Manerīū de Wittoñ cum Advocatione Eccleſiæ devenit de manibus Comitū Richemundiæ, & quomodo devenit in manus Petri Boterell, & quo tempore & quo modo poſtea devenit in manus Abbatis & Conventus Jorevalliæ. Qui dicunt ſup: ſacramentū ſuū, quod Manerīū de Wittoñ cum pertin. fuit antiquitus Dominicum Domini Comitis Richemundiæ. Et Comes Conanus dedit Manerium illud cuidam Militi ſuo Reginaldo Boterell nomine, tenend. eidem & hæredibus ſuis de Domino Comite in feodo & hæreditate faciend. per annū ſervitiū pertinens ad Scutagiū, quando acciderit. Et idem Reginaldus tenuit dictum Manerium tota vita ſua. Poſt deceſſum dicti Reginaldi, tempore R. Johannis, eodem Rege redeunte de partib⁹ Normanniæ, & Britonib⁹ & Normannis qui non fuerunt ad fidē ſuā diſſeiſitis, cepit dictus Rex Johannes dictum Manerium in manum ſuam; & contulit illud de Ballivo ſuo Domino Roberto Tateſhale ſeniori, qui tenuit illud per multos dies, & contulit Eccleſiā cuidā Clerico ſuo Ric. de Craneford nomine. Poſt dictum Robertū, contulit Johannes Rex Manerīū illud de Ballivo ſuo, Britoni Baliſtario ſuo, qui tenuit id per multos dies. Deinde bene tribus annis poſt guerram, tempore Domini Regis qui nunc eſt, terra de Richemunde exiſtente in manibus Domini Ranulphi Comitis Ceſtriæ, de jure Conſtantiæ filiæ & hæredis Conani Comitis Richem. venit Petrus Boterel, qui fuit filius & proxim⁹ hæres ipſius Reginaldi, in Angliā, impetrata gratia Dñi Regis, & per aſſensū & voluntatē Dñi Regis adiit dictū Ranulphū Com. Ceſtriæ, qui tempore illo tenuit dictum Manerium, ſicut Eſcaetam ſuam, pertinentem ad Comitatum Richemundiæ, & qui Comes dedit, tempore Seiſinæ ipſius, Eccleſiam de Wittoñ vacantem Simoni Clerico ſuo. Tempore quidem illo, fecit dictus Petrus Boterell pacem cum prædicto Ranulpho Comite pro dicto Manerio, ſicut jus ſuum recuperand. & finem fecit cum eo pro magna ſumma pecuniæ, quam bene non recolunt. Et cum tantam pecuniam de ſuo proprio habere non poſſit, commiſit ad Firmam dictum Manerīū Monachis de Jorevalle uſque ad terminum decem annorum, ut credunt, & cepit præ manibus magnā partē Firmæ, unde ſatisfecit Domino Comiti Ceſtriæ de Fine ſuo, & durante termino Firmæ illius, tempore ſcil. Comitis Ranulphi, Ricardo de Fitoñ Seneſcallo ſuo tunc exiſtente, emit Abbas de Jorevalle dictum Manerium de dicto Petro Botrell in perpetuū remanend. Abbatiæ de Jorevall cum Advocatione Eccleſiæ, reddendo per annum dicto Petro 20 libras, quas Dominus Comes Richemundiæ jam percipit ſicut Eſcaetam ſuam.

De Bundis & Metis inter Novam Foreſtam & Weſtmerland.

JUratores dicūt, quod Alanus Comes Richemundiæ dedit Abbati & Conventui S. Mariæ Eboꝛ villam de Gilmundeby juxta Bowes cum communa paſturæ quantum habet villa de Bowes, in excambium pro quodam Boſco juxta Richemond, vocato le Erles Orchard. ex oppoſito Caſtri de Richemunde, ultra aquā de Swale verſus Auſtrum. Et hæ ſunt metæ de communa ſua, per Cartam ſcil. a Thwattezatē uſq; Gilmundby Selyhede, & deinde uſq; Ruſſel Spanom, & deinde uſq; Routankeld in Hampſtowe, & ſic deinde aſcendendo Williamgill uſq; ad ſummitatem de Mirkfell, & deinde uſque Takomtanne, & abinde uſq; Langwithgilhede, & abinde uſq; Moldhowe, deinde uſq; Blakrake in le Graygrete, deinde uſque Rupecaſtell, & deinde uſq; Sandewath ſuper Staynemore: & hæc omnia ſicut aqua pluvialis dividit ſemper.

De Minera Carbonum apud Takomtanne.

IN Computo Johannis Crulle, Præpoſiti de Arkilgarth a feſto S. Michaelis, anno Regni R. Ric. ſecundi 11°. uſq; feſtum Michaelis proximū ſequens, ſcribitur ſic:

De Minera Carbonum apud Takeman, quæ ſolebat dimitti pro 53 s. 4 d. per annum, non reddit hic hoc anno, quia Firmarii perturbantur occupare, quia Dominus de Clifford clamat ſolum injuſte. Hæc inveniuntur in Rotulis Computorum de Richemunde exiſtentibus apud Pontefractū tempore Johannis Ducis Lancaſtriæ, qui dictum Comitatum multis annis tenuit & obtinebat.

Aſſiſa de Communa Paſtura & Bundis Abbatis Jorevallis in Wandeſladale.

PLacita Aſſiſæ apud Eboꝛ coram Wilielmo Fynchedene & Rogero Fulthorp̄ Juſticiariis, &c. die Martis proximo poſt feſtum S. Jacobi Apoſtoli, anno regni E. tertii, &c. 44°.

Aſſiſa venit recognoſcere ſi Johannes Loblayſoñ & Nicolaus Skirryng, injuſte, &c. diſſeiſierunt Johannem de Newby Abbatem Jorevallis de libero Ten. ſuo in Baynbrig poſt primam. Et unde, & quid diſſeiſiverunt eum de 4. Millibus Acris Moræ cum pertin. Et prædictus Johannes & Nicolaus venerunt. Et prædictus Joh. fuit attachiatus per Joh. Wodhall & Jacobū Smyth, ideo ipſe in miſericordia. Et de prædicto Nicolao modo mand. Vic. quod non eſt inventus &c. nec aliquid habet, nec habet Ballivum, &c. Ideo aſſiſa prædicta capiatur verſus eos pro defalt. &c. Recogn. ad hoc elect. triati & jurati venerunt, qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod prædictus Abbas fuit ſeiſitus de prædicta mora in viſu poſita, cum pertin. in Dominico ſuo, ut de jure Eccleſiæ ſuæ B. Mariæ Jorevallis, viz. incipiend. ad quendam locum vocatū Hughſete Morvile, uſque Yoreſhevede verſus orientem ex parte Boreali, ſicut aqua pluvialis de cœlo deſcendens dividit quouſq; prædicti Joh. & Nic. ipsū Abbatem injuſte & ſine judicio, ſed non vi & armis diſſeiſ. de paſcendo herbam ipſius Abbatis in ſeparabili ſuo

prædict-

prædicto modo in viſu poſito ad damnum ipſius Abbatis 20 Marc. Ideo conſid. quod idem Abbas recuperet ſeiſinam ſuam verſus eos de prædicta mora in viſu poſita cum pertin. tenend. in ſeparali, &c. Et damna ſua prædicta ad 20 Marcas aſſeſſa. Et iidem Joh. & Nic. in Miſericordia, &c.

De Foreſtaria de Wendeſlaidale.

RObertus filius Radulphi pater Ranulphi filii Roberti de Midelhã mortuus erat tempore H. Regis; & Helwiſia de Glaumville uxor prædicti Roberti ſuperſtes fuit; & Ranulphus de Glaumville pater prædictæ Helwiſiæ fuit Juſtitiarius totius Angliæ, & habuit Wardam Caſtri de Richemunde & Foreſtæ de Wendeſlawdale ex parte Regis. Poſt mortẽ Ranulphi de Glaumville habuit Wilielmus filius Gamelli Wardam Foreſtæ & totius terræ Helwiſiæ uſque ad mortẽ ejuſdẽ Helwiſiæ. Inter hæc mortuus eſt Henricus Rex Angliæ, & ſucceſſit ei Ricardus Rex; & Hubertus Walter fuit Juſticiarius Angliæ, qui habuit ex parte Domini Regis Wardam Foreſtæ cum duobus filiis Helwiſiæ, ſcil. Radulpho & Ranulpho. Mortuo Radulpho, remanſit Ranulphus in Warda, & tunc tradidit prædictus Hubertus Wardam prædicti Ranulphi cum Foreſta de Wendeſlaidale, & cum tota terra ſua Theobaldo de Valoyns. Et notandum quod a die quo Conanus dedit Foreſtã Roberto filio Radulphi uſque ad tempus iſtius Theobaldi de Valoyns, non fuerunt in Baynebrigg niſi 12. Foreſtarii & 2. Greſmanni, & quilibet Foreſtarius habuit 2. Acras ad arandum inter Goldmyreſike & villam, & averia eorum qualibet nocte redierunt ad villam. Servitiũ 2. Greſmannorũ fuit pro averiis ſuis, ut malefactores quos invenerunt in Foreſta ducerent ad Caſtrũ Richem. Horm. Shope, & Wil. filius ejus & Ricardus Prat ducti fuerunt tranſgreſſione ad priſonam Richemundiæ.

Poſt conſtructionem Grangiæ & villæ de Baynbrigg, tempore Roberti filii Radulphi, fuerunt iſti Foreſtarii, Fynchorn, Horm vicinus ejus, Aſtinus, Walter Hundsbain, Roger filius Roberti, Roger Porcarius, Uctredus Rufus, Meldredus, Will. Nobill. Thorphin Calvecape, Hervicius longus, Walter Wyclous, 2. Greſmans, Ricardus Schorthoſe & Robertus Scayffe.

De initio Portionis decedentium in Richemundſchire.

FUerunt antiquitus viri Deo devotiſſimi & ſacroſanctæ Eccleſiæ Dei munifici, largi & liberales in decimis, proventibus & oblationibus dandis, ac in aliis quibuſcunque debitis perſolvendis; aſſidui quoque & benevoli in ædificationibus & venerationibus Eccleſiarum, ac in omnibus aliis & ſingulis quæ magis Deo & eorum animabus complacere poterant perimplend. Sed huic invidente Diabolo, inter alias abuſiones, una, viz. de bonis defunctorum decedentium per eorum executores in proprios uſus cumulatis, & parum aut nihil pro eorum animabus ſatisfacientes, exorta eſt. Quapropter viri parochiani Eccleſiæ S. Rumaldi in valle de Teſe intra Archidiaconatũ Richemundiæ, licet moribus agreſtes & quaſi brutales, conſilio inito conſenſerunt unanimiter, quod quandam portionem bonorum ſuorũ ante mortẽ pro animabus ſuis Eccleſiæ ſuæ aſſignare, & in pacifica poſſeſſione dare voluerunt, quã eorũ Executores ab Eccleſia ſubtrahere aut detinere non valerent. Præfati viri ſimul ſuum tunc adierunt Rectorem ejuſ-

dem Eccleſiæ, cauſamque hujuſmodi eorū propoſiti eidem plenius exponentes. Intellecta autem cauſa, inquit Rector, Nolo enim hujuſmodi propoſitum acceptare, ne forte veſtri ſucceſſores in poſterum vota veſtra exequi recuſaverint ſeu noluerint, & Eccleſia rem ſibi gratanter oblatam exigere voluerit, forte ſuper hoc lis & contentio non minima oriretur; & ideo revertentes melius & ſaniſſimum Conſilium iterum capiatis cum matura deliberatione: quia ſi coram teſtibus & notariis ad hoc productis in tali propoſito perſiſtere intenditis, non poteritis vos nec ſucceſſores veſtri in futurum, aut debueritis, hujuſmodi voluntati & conceſſioni veſtræ contraire, aut eas infringere ullo modo. Revertentes igitur viri ſupradicti ſecundo & tertio, dicentes quod ipſi & eorum ſucceſſores dictum eorum propoſitum exequi voluerint cum effectu abſque ulla contradictione. Tunc demum Rector coram conſilio & teſtibus requiſitis ibidem tunc exiſtentibus, portionem bonorum omnium & ſingulorum decedentium infra Parochiam ſuā ſic voluntarie conceſſam, ut jus Eccleſiæ ſuæ, acceptavit & pacifice habuit, percepit & occupavit. Audita & undique divulgata per patriam hujuſmodi conceſſionis fama, cæteri Parochiani ſalubre cenſentes pro requie animarum, id ſuis Eccleſiis concedere moliuntur. Et accrevit portio & uſa proceſſit uſque in hodiernum diem, non expetitione aut injuſta exactione aut extortione Rectorum Eccleſiaſticorum; ſed ſolummodo ex mera liberalitate & conceſſione ſpontanea Parochianorū. Poſt vero magnū tempus elapsū inſurrexerunt Parochiani quidā dicti Archidiaconatus una cū magnatibus, portionē hujuſmodi ſolvere ſeu reddere recuſantes; unde lis non modica inde oriri cepit. Nam hujus cauſa ad curiā Romanā eſt directa; & per decretum Dñi Papæ in Angliā ad determinandū tranſmiſſa. Quā vero cum procuratores partium finire nequiverunt, iterū ad Curiā Romanā determinandā provisū erat. Sed mediante Dño Petro de Sabaudia Comite tunc Richemundiæ, lis illa corā Dño Joh. Decano de Arcubus S. Mariæ London. & aliis, finaliter conquievit, ut patet per proceſſum ſubſequentem. Clerus propterea remiſerunt dicto Petro Comiti & liberis tenentibus ſuis infra dictū Archidiaconatū hujuſmodi portionem in perpetuum.

UNiverſis S. Mariæ Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit; Walterus Dei gratia Eboracenſis Archiepiſcopus, Sewallus Decanus & Capitulum Eboꝛ Eccleſiæ, æternam in Domino ſalutem. Cum mota eſſet quæſtio auctoritate Apoſtolica, inter nobilem virum Dominum Petrum de Sabaudia ac univerſitatem hominum ſuorum de Archidiaconatu Richemundiæ ex una parte, & quoſdam Rectores Eccleſiarum ejuſdem Archidiaconatus ex altera, coram diſcretis viris Domino Johanne tunc Decano de Arcubus S. Mariæ London. & Magiſtro Thoma de Waltham Canonico S. Martini magni London. gerentibus vices Domini Archidiaconi Cantuariæ, Domini Papæ Capellani ac Judicis a Domino Papa delegati, ſuper exactione quam fecerunt dicti Rectores ac Vicarii de tertia parte tertiæ partis bonorum Parochianorum ſuorum decedentium, & de perceptione duorum animalium de eiſdem; lis in hunc modum per prædicti Decani de Arcubus & Magiſtri Thomæ de Waltham Canonici S. Martini magni London. decretum judiciale & etiam ordinationem finaliter conquievit. Quorum decretum & ordinatio nobis a dictis partibus extiterunt præſentata, & ut ea confirmaremus, humiliter a dictis partibus extitit ſupplicatum ſub forma, quæ talis eſt. Univerſis ad quos præſens ſcriptura pervenerit, Johannes Decanus S. Mariæ de Arcubus London. Magiſter Thomas de Waltham, Canonicus S. Martini magni London. Subdelegati Magiſtri Stephani de Monte Luello Archidiaconi Cantuariæ, Domini Papæ Capellani & Judicis a Domino Papa delegati, in cauſa quæ vertebatur inter nobilem virum Dominum Petrum de Sabaudia ac univerſitatem hominum ſuoꝛ de Archidiaconatu Richemundiæ ex una parte, & quoſdam Rectorem ac Vicarios Eccleſiarū Archidiaconatus Richemundiæ, viz. de Rainaldo,

de

de Stratforth, de Bernyngham, Rokeby, Mortham, Kirkeby Ravenſwath, Gillyng, Forſett, Staynwigez, Midelton, Melſamby, Danby, Smythtoñ, Couroñ, Caterich, Gryntoñ, Marrig, Mersk, Langtoñ, Kirkebyfletham, Bedall, Scotoñ, Fyngall, Wathlous, Haukeſwell, Tanfeld, Aykeſcarth, Wendeſley, Spenythorn, Eſtwitton, Thorntonſtiward, Kirtlyngtoñ, Topclive, Pykall, Maunfeld, Aynderby, ex altera, ſalutem in Domino. Ad veſtram notitiam volumus pervenire, nos, mediante ſubdelegatione dicti Archidiaconi, proceſſiſſe in dicta cauſa auctoritate Apoſtolica, cujus tenor talis eſt, **Innocentius** Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Archidiacono Cantuariæ Capellano noſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sua nobis dilectus filius nobilis vir Petrus de Sabaudia, pro ſe ac univerſitate hominum ſuorum Archidiaconatus Richemundiæ, petitione monſtravit, quod nonnulli Prælati, Rectores, Vicarii & Capellani perpetui Eccleſiarum Archidiaconatus ejuſdem Ebo℣ Dioc. licet ab ipſo℣ hominū ſingulis, unum de melioribus pecoribus quæ habent, juxta conſuetudinem Regni Angliæ, percipiant, cum decedunt; nihilominus tamen ad eorum bona manus avidas extendentes, aliud melius pecus, nec non nonam partem omnium bono℣ mobilium decedentis, ſi uxorem & hæredem, ſi vero uxorem & non hæredem, vel hæredem & non uxorem, ſextam partem; ſi autem nec uxorem nec hæredem habeat, tertiam partem bonorum ipſorum contra juſticiam exigunt & extorquent, ſolam ſuper hiis conſuetudinem prætendentes, in eorundem Nobilis & univerſitatis non modicum præjudicium & gravamen. Quia vero nobis non conſtitit de præmiſſis, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens quod decreveris per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere, non obſtante indulgentia aliquibus ab Apoſtolica ſede conceſſa, quod excommunicari non poſſunt, ſeu etiam interdici, & conſtitutione *De duabus Dietis* edita in conſilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam aliquis extra ſuam Dioceſim, auctoritate præſentium ad judicium non trahatur. **Dat. Lugd. 13°. Kalendas Martii, Pontificatus noſtri anno ſexto.** Cumque inter partes prædictas per Procuratores ſuos hinc inde legitime dat. ad agendum & defendendum & in animas ſuarum partium jurandum, & ad componendum & ad tranſigendum in eiſdem cauſis, & omnia alia faciendum, quæ veri & legitimi Procuratores in præmiſſis facere poſſent, quæſtio hujuſmodi eſſet coram nobis diutius agitata, tandem venerabili Patre Waltero Dei gratia Ebo℣ Archiepiſcopo Angliæ Primati, Domino Wilielmo Archidiacono Richemundiæ, Domino Thoma filio Briani Rectore Eccleſiæ de Bedall, pro parte dicti Cleri & dicto nobili Domino Petro de Sabaudia, nec non & quibuſdam aliis nobilibus, ſcil. Radulpho filio Ranulphi, Alano filio Briani, Ranulpho filio Henrici, Ada de Nareford, Ada de Maunby, Wilielmo de Holtby, & aliis de dicta univerſitate pro parte ſua hinc inde mediantibus, prædicta lis conquievit amicabili concordia ſub hac forma. Circa perceptionem faciendā Rectorum ac Vicariorum Archidiaconatus Richemundiæ de bonis decedentiū juxta proviſionem venerabilis Patris Archiepiſcopi Ebo℣, videtur ſatis probabiliter procedendum, quod ubi Eccleſiæ dicti loci primo melius animal ac deinde ſecundum melius animal conſueverunt percipere, nequaquam percipiant de cætero, niſi unum. Sed tam in maſculis quam in mulieribus defunctis, id in dicto loco, quantum ad hoc, obtineat quod obtinet de conſuetudine generali Ebo℣ Dioceſis. Quantum vero ad portionem percipiendam, ut populus de cætero non gravetur, volumus ut de utenſilibus, Bigis, Aratris, Eſu & Potu jam paratis, Avibus domeſticis, Jocalibus aureis & argenteis, auro & argento in vaſis vel pecunia conſtitutis & cæteris ſimilibus, nullam ſibi portionem vendicent Clerus & Eccle-

P. 2. l. 3. pro *Thorn* l. *Thorp*. P. 23. l. ult. in marg. pro *Horneby* l. *Harneby*. P. 15. l. 17. in marg. pro *Bur.* l. *Burton*. P. 25. l. 18. pro *Telburn* l. *Colburn*. P. 28. in Tabella pro numero 5, l. 7. pro 7, l. 5. P. 32. l. 12. pro *Conney* l. *Councey*. P. 46. l. 16. pro *Caruca* l. *Carucata*. P. 52. l. 29. pro *Jorevallis* l. *Jorevall*. P. 57. l. 18. pro *Leſtrop* l. *Leſcrop*. P. 60. l. 29. pro *Veſtey* l. *Veſcy*. P. 61. l. 35. pro *Hoteby* l. *Holteby*. P. 80. l. 13. pro *exeunt*. l. *exeuntes*. P. 87. l. 1. pro *texto* l. *textu*. Ibid. l. 19. pro *Leſtrop* l. *Leſcrop*. P. 89. l. ult. pro *Carcer* l. *Carcerem*. P. 97. l. 8. pro *Harſculpha* l. *Harſculpho*.

In Indice pro *Conton* l. *Couton*. Poſt *Fil. Gernegani, Hugo* l. 87. Poſt *Ledes Alexand.* inſere *Lettom Tho.* 77. Poſt *Marrig.* pro *Men*, l. *Moniales*. Poſt *Barton* pro 83. l. 84. Poſt *Langthorn*, inſere 23. b. Poſt *Sadbergh* inſere *Stanfield* 84.

In Append. p. 219. l. 19. pro *Mandacione* l. *Invadiatione*; l. 23. pro *Kelgmeho* l. *Kelgrimeho*; l. 26. poſt *aqua*, inſere *ſe*; l. 30. pro *Iudereſho* l. *Nidereſho*.

APPENDIX.

APPENDIX.

Quæ in eo continentur verſa oſtendet pagina.

APPENDIX.

APPENDIX

In quo Aſteriſco notatæ primo jam e Prælo in lucem prodeunt.

* I. *PRÆFATIO* Arthuri Agardi *in Explicationem verborum obſoletorum & inuſitatorum, quæ in* LIBRO CENSUALI *nuncupato, occurrunt, in qua de Etymologia verbi* Domesday, *Librique uſu, & de modo quo collectus fuit & digeſtus, agitur.*

II. Of Dimenſions of Lands, by *Arthur Agard*, Deputy Chamberlain of the Exchequer.

* III. *De Terrarum Dimenſionibus*, ex Libro rubeo SCACCHARII.

* IV. *Charta* Eccleſiæ Wigornenſis *exhibens nomina eorum qui ad Poſſeſſiones & Conſuetudines in Provincia* Wigornenſi, *& pluribus aliis, inquirendas & deſcribendas a* R. Willelmo *deſtinati ſunt.*

* V. *Terræ* ALANI *Comitis per totam Angliam ſummatim excerptæ ex Libro* Domesday.

* VI. *Certificatio Domini* Rogeri *Archiep. Ebor. de Feodis Militum ſuorum in* Ebor. Scire *tempore Regis Hen.* II. *ſicut habentur in* Libro rubeo SCACCHARII. B. 17. f. 54. b.

* VII. *Wardæ Caſtri de* RICHMOND. Eſcaet. An. Hen. III. n. 53.

* VIII. *Extenta* HONORIS DE RICHMOND *facta A. R. R. Edwardi* I. 8, 9, & 10.

* IX. *Rotulus Hiſtorico-Genealogicus circa annum* 10 Henrici VI. *depictus, hodieque inter Cimelia Cottoniana repoſitus.*

* X. *Tranſcriptum, ſeu vera copia quarundam partium veteris libri vocati* (The old Leiger or Voucher of the Archdeaconry of Richmond) *conſcripta ex juſſu R. P. D.* Johannis Bridgeman Epiſcopi Ceſtrenſis.

* XI. *Archidiaconorum* RICHMONDIÆ *Catalogus, antequam Archidiaconatus a Diœceſi ſeparatus* Eboracenſi *Epiſcopis, uti hodie, Ceſtrenſibus ſubjiciebatur.*

* XII. *Domorum Religioſarum quæ ſunt in* Archidiaconatu Richmondienſi *in* Richmondeſcira *nomina & valores.*

XIII. *Donatio veteris* Lambalæ, *&c. Deo & Sancto Martino* Majoris Monaſterii in *Britannia per* Galfridum Boterellum.

XIV. *Enqueſt pour* Henri d'Avaugour.

* XV. *Carta* Roberti de Brus *de Manerio de* Elwik, *data* Agathæ *f. ſ. in Maritagio.*

XVI. *Donatio terræ de* Engelbie, *Eccleſiæ Sanctæ Trinitatis de* Savigneio *in* Normannia *per* ALANUM *Com. Richmundiæ.*

* XVII. ALANI 3. *Conceſſio Burgi de* RICHMONT, *Burgenſibus ejuſdem.*
* XVIII. *Ejuſdem Conceſſio Libertatum & Conſuetudinum iiſdem Burgenſibus, quas habuerunt tempore Avunculi & Patris ſui.*
* XIX. CONANI *Comitis Confirmatio Libertatum ſuarum Burgenſibus de* RICHMOND.
* XX. ALANI *Com. conceſſio terræ avi ejus* Roberto de Monaſterio.
* XXI. Clementis *Abb.* Sanctæ Mariæ Ebor. *Conceſſio terrarum in* Bolton *Radulfo filio Andulphi.*
* XXII. *Carta* CONANI *Comitis* Torfino *filio* Roberti de Manfield.
* XXIII. *Carta* CONANI *Com. Monachis de* Kirkſtede *in agro* Lincolnienſi.
* XXIV. *Carta alia ejuſdem iiſdem Monachis.*
* XXV. *Carta* Alani filii Briani Alano filio Johannis de Eſtlaton *de terris in* North Couton.
* XXVI *Carta* Pigoti de Scorveton *de terra in eadem* Sanctæ Mariæ Ebor. *conceſſa.*
* XXVII. *Carta* Gernagoti Fitz Hugh *de terra in* Briniſton *conceſſa* Sanctæ Mariæ Ebor.
* XXVIII. *Cuſtodia Caſtelli de* RICHMOND *conceſſa* Alano filio Roaldi.

XXIX. PETRUS *Comes Britanniæ* quibuſdam Terris renunciavit.

* XXX. *Præceptum ad deliberandum* HONOREM DE RICHMOND Petro Comiti Britanniæ.
* XXXI. *Pro Monachis de* Jerovall *ut ſint quieti de Theoloneo.*
* XXXII. *Commiſſio terrarum* Britonis *Baliſtarii in* Witton Nicholao de Nereford.

XXXIII. *Bulla* Gregorii IX. *de protectione Domus Hoſpitalis, ſpecialiter autem de* Ottrinton, & *de* Toruntun in Via *Eccleſiarum.*

XXXIV. *De* Alianora Filia Galfridi *Angliæ & Britanniæ Hærede.*

* XXXV. *Carta* Rogeri de Scurveton *de terris in eadem venditis* Roberto de Sparcli.
* XXXVI. *Carta* Alani *Conſtabularii* Richm. *de terris in* Pickale & Monaſterio *datis* Jollano de Nevile *in maritagio cum filia ſua* Amfeliſa.

XXXVII. *Conceſſio MM marcarum* Johanni *primogenito Ducis* Britanniæ pro *Extenta & Valore Comitatus* RICHMUNDIÆ.

* XXXVIII. *Carta quam dominus Rex habet de* Roaldo Filio Alani *Filii* Roaldi *de manerio de* Aldeburgh.
* XXXIX. *Conceſſio manerii de* Aldeburgh Petro de Sabaudia.
* XL. *Conceſſio* Mercati & Feriæ *apud* Bedal Alano Filio Briani.
* XLI. *Conceſſio Liberæ Warennæ* Amiciæ de Laſcellis in Fuleſton, Eſcrik, Schorveton, & Thyrntoft.

XLII. *Archidiacono* RICHMUNDIÆ *quod decimam Beneficiorum in Archidiaconatu ſuo ſecundum debitam exiſtimationem taxari faciat, & levari, & colligi, & Magiſtro* Roſtano *Capellano Papæ aſſignari pro ſubſidio* Terræ Sanctæ.

XLIII. *De Matrimonio inter* Beatricem *Filiam R.* & Johannem *primogenitum D.* Britanniæ.

XLIV. *Plena Poteſtas tractandi de eodem conceſſa* Margaretæ *R. Franciæ,* Comiti Gloceſtriæ, Petro de Sabaudia, & Johanni Mannell.

XLV. *Littera Duci* Britanniæ *de* Comitatu RICHMUNDIÆ *ſibi occaſione Matrimonii cum Filio ſuo reſtituendo.*

XLVI. *Publicatio Intentionis Regiæ ſuper reſtitutione antedicta.*

XLVII. *Literæ* Ludovici *Regis Franciæ de* Beatrice *Filia R. nupta* Johanni *F. D.* Britanniæ.

XLVIII. *Conceſſio MCC. Librarum* Johanni *primogenito D.* Britanniæ *pro Extenta & Valore Comitatus* RICHMUNDIÆ.

* XLIX. *Pro* Petro de Sabaudia & *Executoribus ſuis.*

* L. *Conceſſio* Petro de Sab. *legandi Terras ſuas cuicunque voluerit.*

LI. *De Liberatione Terræ de* Ageneys Johanni *D.* Britanniæ *per Regem* Franciæ.

LII. *Litera Regi* Franciæ *de pecunia Duci* Britanniæ *ſolvenda.*

LIII. *Ejuſmodi Litera ad Reginam* Franciæ.

LIV. *Litera D.* Britanniæ *ſuper Extenta Honoris* RICHMUNDIÆ.

LV. *Ejuſmodi Litera* Johanni *filio prædicti* Ducis.

LVI. *Litera Regi* Franciæ *de ſolvenda pecunia* Johanni *primogenito D.* Britanniæ.

LVII. *Mandatum* Guichardo de Charrun *ut reddat omnes exitus Com.* RICHMUNDIÆ Petro de Sab.

LVIII. *Pro* Johanne *primogenito D.* Britanniæ.

LIX. *Pro eodem de Comitatu* RICHMONDIÆ.

LX. *Conceſſio Comitatus* RICHMUNDIÆ Johanni *D.* Britanniæ.

* LXI. *De Liberatione Comitatus* RICHMONDIÆ Radulpho de Morteyn *pro D.* Britanniæ.

LXII. *De Comitatu* RICHMUNDIÆ *reddito* Johanni *D.* Britanniæ.

* LXIII. *Redditio Comitatus* Agenenſis *Regi* Angliæ *pro* Comitatu RICHMUNDIÆ.

LXIV. Guiſchardo de Charrun *ut liberet Caſtrum* RICHMUNDIÆ Johanni de Britannia.

LXV. *Pro* Johanne de Britannia *in* Terram Sanctam *profecturo.*

LXVI. *De Fidelitate præſtanda Regi* Franciæ *pro* Terrâ Agenenſi.

LXVII. *Pro Regina de Excambio Terrarum pro* Honore RICHMUNDIÆ ei *Legato per* Petrum de Sabaudia.

* LXVIII. *Conceſſiones Liberæ Warennæ in Comitatu* RICHMUNDIÆ *ſub Henrico III.*

* LXIX. *Pro* Johanne de Britannia, *Comite* RICHM. *de* Feria *apud* RICHMUNDIAM *conceſſa.*

LXX. *De* Terra & Comitatu Agenenſibus Alianoræ *Matri Regis, Liberandis.*

LXXI. *Pro* Johanne *Comite* RICHMUNDIÆ *ad* Terram Sanctam *profecturo.*

LXXII *Litera ab* Alienora *Regina, pro* Johanne *de* Britannia *in remota patria peragente.*

* LXXIII. *Conceſſio Liberæ Warennæ* Epiſcopo Bathoniæ & Welliæ, *in terris ſuis de* Morton ſup. Swale, *&c.*

LXXIV. *Conceſſio Libertatis* Honoris RICHMUNDIÆ Johanni de Britannia.

* LXXV. Johannis D. B. & *Com.* RICHMUNDIÆ *Confirmatio Cantariæ in Eccleſia de* Houghton, *Com.* Norfolc. *fundatæ per* Mariam de Nevile, *Dominam de* Middleham.

LXXVI. *Pardonatio pro* Johanne D. B. *Com.* RICHMONDIÆ.

LXXVII. *Pro* Briano Filio Alani & *aliis Cuſtodibus Regni* Scotiæ.

LXXVIII. Briano Filio Alani *de Rotulis liberandis Regi* Scotiæ.

LXXIX. *De Cuſtodia Regni* Scotiæ *commiſſa* Briano Filio Alani.

LXXX. *Poteſtas præſentandi ad Eccleſias in Regno* Scotiæ *conceſſa* Briano Filio Alani.

LXXXI. *De Eſcambio pro Manerio de* Hynton *in Com.* Cantab. *quod eſt de Honore* RICHMONDIÆ.

LXXXII. *Ex* Teſtamento Johannis II. *Duc.* Brit. *Com.* RICHMUNDIÆ, *Legationes variis in* Honore RICHMUNDIÆ.
LXXXIII. *De Caſtro* RICHMUNDIÆ *& Terris reſtitutis* Johanni de Britannia.
LXXXIV. *De Cuſtodia Terræ* Scotiæ *commiſſa* Johanni de Britannia.
* LXXXV. *Pro* Gilberto de Waughton *de Mercato & Feria apud* Kerperby.
* LXXXVI. *Conceſſio terrarum & tenementorum* Johannis Roſſevet *in* Couton Roberto Haſtang.
LXXXVII. *Bulla* Clementis V. *de bono ſtatu ſuo, & morte* Ducis Britanniæ.
* LXXXVIII. *Pro* Jollano de Nevile *de Mercato & Feria & Libera Warenna apud Manerium ſuum de* Pikehale.
* LXXXIX. *Pro Abbate de* Jerovalle *de Mercato & Feria apud* Eſtwitton.
* XC. *Pro* Jacobo de Wandeſleye, *de Mercato & Feria apud* Wandeſleye.
* XCI. *Pro* Johanne de Moubray, *de Mercatis & Feriis apud* Burton in Londeſdale & Kirkby Malaſart.
* XCII. *Conceſſiones Liberæ Warennæ in* Comitatu RICHMUNDIÆ *ſub* Edwardo I. & Mercati & Feriæ *Magiſtro & Fratribus Hoſpitalis* S^ti. Leonardi Ebor. *apud Manerium eorum de* Leming.
XCIII. Johannes de Britannia *Comes* RICHM. *Cuſtos* Scotiæ *conſtitutus.*
XCIV. RICHMONDIÆ *Comitatus* Johanni de Britannia *conceſſus.*
XCV. *Bona & Catalla patris ſui* Johanni de Britannia *conceſſa.*
XCVI. *Mandatum* Roberto Filio Rogeri *ut reddat homagium & fidelitatem* Johan. de Britannia *pro terris ſuis.*
XCVII. *Pro* Johanne de Sandale *Archidiacono* RICHMONDIÆ, *de Jure Coronæ manutenendo contra Bullas Papales.*
XCVIII. *De Feriis & Mercatis Comiti* RICHMONDIÆ *conceſſis.*
XCIX. *Licentia concedendi Comitatum* RICHMONDIÆ Arthuro *Duci* Britanniæ.
* C. *Libera Warenna conceſſa in terris ſuis* Johanni & Andreæ de Merkingfeld.
* CI. *Advocatio Capellæ* Sanctæ Mariæ de Uckerby *conceſſa* Henrico Le Scrop.
CII. *Confirmatio conceſſionis Wapentachiorum de* Gilling, Hang, & Hallikeld Johanni de Britannia.
CIII. *Remiſſio Arreragiorum* Johanni de Britannia.
CIV. *De Villis in* Ebor. *Comitatu per* Scotos *combuſtis, & remiſſio taxationis* Decimæ octavæ *iiſdem.*
CV. *De terris nuper* Rogeri de Clifford, Johannis de Moubray, & Rogeri Damory *datis Comiti* RICHMONDIÆ.
* CVI. *Pro* Galfrido Le Scrop, *de Mercato & Feria apud* Burton Coneſtable, *& Libera Warenna apud* Anderby with the Steeple.
CVII. *De Archidiaconatu* RICHMONDIÆ, *Collatio Papalis* Heliæ Talairandi.
* CVIII. *Conceſſio terrarum* Andreæ & Michaelis de Harcla, Henrico Le Scrop.
CIX. *Pro Comite* RICHMONDIÆ *per* Scotos *capto.*
CX. *Litera* Johannis XXIII. *Papæ, de Comite* RICHMONDIÆ & Domino de Suliaco *per* Scotos *captis, liberandis.*
CXI. *Licentia Conceſſa Comiti* RICHMONDIÆ, *in* Scotia *captivo, conſtituendi Attornatos.*
CXII. *Conceſſio terrarum* Johannis de Northwode *Comiti* RICHMONDIÆ *in* Scotia *captivo.*
CXIII. *De ſubſidio pro Redemptione Comitis* RICHMONDIÆ *in* Scotia *captivo.*

* CXIV. *Lettre de l'eſchange d'*Edouart fils du Roy d'Angleterre, *& du Comte de* RICHMONT, *de la Contè de* RICHMONT.
CXV. *De Comite* RICHMONDIÆ *Attachiando.*
CXVI. *Reſponſum Domini* Regis *ad literas* Papæ *in gratiam Comitis* RICHMUNDIÆ *ſcriptas.*
* CXVII. *Pro Comite* RICHEMONDIÆ *de Reſtitutione Chaceæ de* Wanſleydale.
* CXVIII. *Conceſſiones Liberæ Warennæ in* Comitatu RICHMUNDIÆ *ſub* Edwardo II. *nec non* Mercati & Feriæ *apud* Wath Reynero Le Fleming.
CXIX. *Pro* COMITE RICHMUNDIÆ *de Reſtitutione habenda Feodorum Militum, & Advocationibus Eccleſiarum.*
* CXX. *Pro* Galfrido Le Scrop *de Libera Warenna in terris ſuis,* & Mercato & Feria *apud* Maſham.
* CXXI. *Pro Burgenſibus de* RICHMOND *de Donationibus eis factis confirmandis.*
CXXII. *Pro Conventu de* Coverham *de appropriando Eccleſiam de* Sadbergh.
* CXXIII. *Pro Hominibus* Villæ de Northalverton.
* CXXIV. *Inquiſitio de Libertatibus* Villæ de Northalverton.
* CXXV. Wilielmus II. *dat. Manerium de* Northalverton *Eccleſiæ* Dunelmenſi.
* CXXVI. *Præſentationes* Wilielmi de Ledis, & Joannis Podeſay *per Priorem Eccleſ.* Dunelmenſis *ad Scholas Grammaticales & Cantuales de* Alvertun.
* CXXVII. *Conſtitutio* Johannis Porter *in Officialem & Cuſtodem Curiæ de* Alverton *per* Robertum *Priorem* Dunelmenſem.
CXXVIII. *Pro Comite* RICHMUNDIÆ & Maria de S^to^. Paulo, *Comitiſſa* Pembrochiæ.
CXXIX. *Procuratorium ad tractandum cum Duce* Britanniæ *de* Comitatu RICHMUNDIÆ *liberando.*
CXXX. *De poteſtate data recipiendi Fidelitatem* Johannis *Ducis* Britanniæ.
CXXXI. *Super Fidelitate Ducis* Britanniæ *capta, & de Seiſina* Comitatus RICHMUNDIÆ *danda.*
CXXXII. *Pro* Johanne *Duce* Britanniæ *de Fidelitate & Homagio captis, & de exitibus* RICHMUNDIÆ Comitatus *liberandis.*
* CXXXIII. *Inquiſitio ad quod Damnum de Fundatione Cantariæ in Eccleſia Parochiali de* Scurveton.
* CXXXIV. *Conceſſio Wapentachiorum de* Hang, Halykeld, & Gylling Thomæ de Rokeby.
CXXXV. *Cuſtodia terrarum quæ fuerunt Ducis* Britanniæ *defuncti conceſſa* Thomæ de Fencotes & Petro de Richemundia.
CXXXVI. *De Fœdere cum* Johanne de Monteforti & *Comitatu* RICHMUNDIÆ *ſibi conceſſo.*
CXXXVII. *Pro* Johanne Duce Britanniæ, *de* Comitatu RICHMUNDIÆ *conceſſo.*
* CXXXVIII. *Donatio* Comitatus RICHMUNDIÆ Johanni de Gandavo A°. xvi. Ed. III.
CXXXIX. *Donatio* Comitatus RICHMUNDIÆ *de aſſenſu Parliamenti* Johanni de Gandavo.
* CXL. *Remiſſio* Comitatus RICHMUNDIÆ Johanni de Gandavo & Edwardo III. *per* Johannem de Monteforti *D.* Britanniæ.
CXLI. *Donatio Quadraginta librarum ex Maneriis de* Katrig & Forcet Waltero de Urſwic, *per* Johannem de Gandavo, Comitem RICHMUNDIÆ, *pro bono ſervitio in pugna de* Nazarra.

CXLII.

CXLII. *Reſignatio* Comitatus RICHMUNDIÆ Edwardo III. *per* Johannem de Gandavo.

* CXLIII. *De ſeiſina* Comitatus *prædicti recipienda.*

CXLIV. *Donatio* Comitatus RICHMUNDIÆ Johanni IV. *Duci* Britanniæ.

CXLV. *Super Donatione* Comitatus RICHMONDIÆ Johanni IV. *Duci* Britanniæ.

* CXLVI. *De ſeiſina Comitatus* RICHMONDIÆ *liberanda* Johanni D. Britanniæ.

* CXLVII. *Indentura inter Regem* Angliæ & *Regem* Caſtellæ *irrotulata de Eſcambio* Comitat. RICHM.

* CXLVIII. *Conceſſiones* Liberæ Warennæ *in* Comitatu RICHMONDIÆ *ſub* Ed. III. *nec non* Mercati & Feriæ *apud* Burton Conſtable.

CXLIX. *Pro Duce* Britanniæ *de* Returnis Brevium *in* Comitatu Lincolniæ, *de non gravando.*

CL. Retorna Brevium *conceſſa* Johanni *Duci* Britanniæ *in* Comitatu RICHMONDIÆ.

CLI. *Pro Duce* Britanniæ *de Theolonio non præſtando.*

CLII. *Conceſſio* Comitatus RICHMONDIÆ Johannæ *Duciſſæ* Britanniæ *pro tempore quo infra regnum* Angliæ *moram traxerit.*

CLIII. *Ulterior conceſſio exituum* Comitatus RICHMONDIÆ *Duciſſæ* Britanniæ.

CLIV. *Conceſſio* COMITATUS RICHMONDIÆ Annæ *Reg. Angliæ ad terminum vitæ ſuæ.*

* CLV. *Conceſſio Mercati & Feriæ* Radulfo de Nevill *apud* Midelham, & *Licentia includendi Boſcum ſuum de* Raskelf.

* CLVI. *Reſtitutio* Comitatus RICHMONDIÆ Johanni de Montiforti *Duci* Britanniæ.

CLVII. *Jugement del forfaite de* Johan Duc de Bretaigne.

CLVIII. *Ambaſſade en* Angleterre *pour demander & accepter la delivraunce du* Comtè de RICHMOND.

CLIX. *Donatio* Comitatus RICHMONDIÆ Johannæ *uxori* Radulphi Baſſet *de* Drayton.

CLX. *Donatio* Comitatus RICHMONDIÆ Radulpho *de* Nevil *per* Henr. IV.

CLXI. *Ambaſſade en* Angleterre *pour l'Hommage du* Comte de RICHMONT *An.* x. Henr. IV.

* CLXII. *Pro* Radulfo *Comite* Weſtmorlandiæ, *de Libera Chacea in terris ſuis in* Burton, Walden, Weſtwitton & Penhill.

* CLXIII. *Præceptum Eſcaetori Regis, ut liberet* Comitatum RICHMONDIÆ Johanni Duci Bedfordiæ.

* CLXIV. *Conceſſio Liberæ Warennæ in* Fencotes Willielmo Revel.

* CLXV. *Breve ad Inquirendum de ſtatu villæ & burgi de* RICHMOND.

* CLXVI. *Inquiſitio capta virtute præcedentis* Brevis *de ſtatu villæ & burgi* de RICHMOND.

* CLXVII. *Charta per Inſpeximus* ALANI *Comitis* Britanniæ & RICHMUNDIÆ *de Conceſſione villæ de* Maſſaham Rogero de Molbrai, *in qua deſignantur metæ & limites de* Maſſahamſhire.

* CLXVIII. *Conceſſio Liberæ Warennæ in* Croft ſuper *Teſe*, Walmyer, & Eſtcowton Richardo Clarevaux.



APPENDIX.

N°. I.

Præfatio Arthuri Agardi *in explicationem verborum obſoletorum & inuſitatorum, quæ in Libro,* Cenſuali *nuncupato, occurrunt: in qua de Etymologia verbi* Domeſday, *librique uſu, & de modo quo collectus & digeſtus fuit, agitur.*

DE verbis obſoletis & inuſitatis dicturus, quæ in libro vulgariter Domeſday nuncupato occurrunt, operæ pretium eſſe duxi paucula præfari, quæ ex Archivis ſcriniiſque regiis, Abbatiarumque libris aliiſque Manuſcriptis collegi: Ac primo quidem de libri illius antiquitate componendique cauſa.

II. De nominum diverſitate.

III. De Etymologia verbi Domeſday, librique uſu.

IV. De modo quo collectus & digeſtus fuit.

In quibus inveſtigandis ſummopere nos adjuvabit *Diſcurſus quidam inter Magiſtrum & Diſcipulum, de neceſſariis* Scaccarii *obſervantiis*, qui habetur in *Libro rubro Scaccarii*, iterumq; in *Libro nigro*, in *Curia Receptæ*, atq; primo compoſitus eſt a *Richardo Epiſcopo Londinenſi*, ſucceſſore *Nigelli Epiſcopi Elienſis*, Theſaurarii H. I. Regis. Haud deſunt tamen qui autorem illius *Gervaſium Tilburienſem* eſſe vellent; quorum ſententiæ adverſatur ipſe *Liber ruber*, fol. 47. his verbis: *Cum neq;* Nigellus *quondam* Ēps Elienſis, *Regis Henrici* I. *Theſaurarius, vir quidem in ſcientia Scaccarii plenius inſtructus, nec ejuſdem ſucceſſor officii* Ricus Ēps Londinenſis, *licet in ſui libelli tractatu ſuperius multa de negotiis Scaccarii digereret*, &c. His duobus libris, ſimul cum Archetypo libri Domeſday (qui liber honoris cauſa ſocius individuus Theſauri Regis) tanquam Ariadnes filo, diſcurſus hujus ſeriem dirigam, eorum autoritate quicquid dicturus ſum confirmando.

Porro

POrro liber ille de quo quæris Sigilli Regii comes eſt individuus in Theſauro; hujus inſtitutionis cauſam ab Henrico *quondam Wintonienſi Epiſcopo ſic accepi. Cum inſignis ille ſubactor Angliæ Rex* Willelmus, *ejuſdem Pontificis ſanguine propinquus, ulteriores inſulæ fines ſuo ſubjugaſſet imperio, & rebellium mentes terribilium perdomuiſſet exemplis; ne libera de cætero daretur erroris facultas, decrevit ſubjectum ſibi populum Juri ſcripto Legibuſque ſubjicere. Propoſitis igitur Legibus Anglicanis ſecundum tripartitam earum diſtinctionem, hoc eſt,* Merchenelage, Denelage, Weſtſaxenelage, *quaſdam reprobavit, quaſdam autem approbans, illis tranſmarinas* *Neutriæ *Leges, quæ ad Regni pacem tuendam efficaciſſimæ videbantur, adjecit. Demum ne quid deeſſe videretur ad omnem totius providentiæ ſummam, communicato conſilio diſcretiſſimos a latere ſuo deſtinavit viros per Regnum in circuitu. Ab hiis itaque totius terræ Deſcriptio diligens facta eſt, tam in nemoribus, quam in paſcuis & pratis, nec non & agriculturis, & verbis communibus annotata in librum redacta eſt; ut videlicet quilibet ſuo jure contentus, alienum non uſurpet impune. Fit autem Deſcriptio per* Comitatus, *per* Centuriatas, *& per* Hidas. *Prænotato in ipſo capite* Regis *nomine, ac deinde ſeriatim aliorum* Procerum *nominibus appoſitis, ſecundum ſtatus ſui dignitatem, qui videlicet de Rege tenent in Capite. Apponuntur autem ſingulis numeri ſecundum ordinem ſic diſpoſitis, per quos inferius in ipſa libri ſerie, quæ ad eos pertinent, facilius occurrunt. Hic Liber ab indigenis* **Domesdei** *nuncupatur, id eſt, dies Judicii, per metaphoram: Sicut enim diſtricti & terribilis examinis illius noviſſimi ſententia nulla tergiverſationis arte valet eludi; ſic, cum orta fuerit in regno contentio de his rebus quæ illic annotantur, cum ventum fuerit ad librum, ſententia ejus infatuari non poteſt, vel impune declinari. Ob hoc nos eundem* Librum Judiciarium *nominavimus; non quod in eo de Propoſitis aliquibus Dubiis feratur ſententia; ſed quod ab eo ſicut a prædicto Judicio non licet ulla ratione diſcedere.*

Hic apparet Conqueſtorem tam hoſtibus foris quam Anglis domi ſubactis, nihil prius habuiſſe quam ut genti tam populoſæ, quæ ſine legibus diutius conſiſtere nequibat, leges aliquas ſalutares ſanciret. Convocato igitur Concilio (ſive malis id **Parliamentum** vocare) hoc præcipue Anglis propoſuit, quibuſnam legibus regi vellent. Illis vero leges antiquas *Saxonum*, quæ ſub *Edwardo Confeſſore* vigebant, expetentibus, Rex leges illas diligentiſſime examinari fecit, ut proſpiceret quid inde vel ſibi vel populo, vel denique uniuſcujuſque juri tuendo utile elicere poſſet. Hæ leges in tres claſſes dividuntur: Sunt enim vel *Saxonum Occidentalium*, quas *Weſtſaxenlage*, vel *Merciorum*, quas *Merchenlage*, vel denique *Danorum*, quas *Denelage* Anglico idiomate dixerunt. Namq; ante Conqueſtoris ingreſſum Anglia *Saxones* dominos agnoſcebat, qui ſingulis fere provinciis ſingulos Regulos habuerunt, illoſq; mutuis ſeſe bellis laceſſentes, donec regna illa inteſtinis bellis colliſa in unius *Egberti* Occiduorum Saxonum Regis poteſtatem devenerunt. Poſtea *Dani*, neſcio quo juris titulive prætextu, illam invaſerunt, regnanteque *Canuto* poſſederunt; qui quidem *Canutus* Danos ſuos domum remittens, Angliam ex præſcripto *Legum veterum Saxonicarum* gubernavit, additis ſolummodo quibuſdam Daniæ conſuetudinibus ordinibuſque. Hæc tria legum genera *Willielmus* Rex virorum prudentium cenſuræ & judicio ſubjecit, initaque deliberatione, earum quaſdam refixit, penituſque antiquavit, quaſdam vero retinuit; quibus leges quaſdam *Normanniæ* adjecit, quas reipub. pace conſervandæ optimas eſſe judicavit. Cum autem comperuiſſet omnes fere lites & controverſias ex his veteribus verbis Meum & Tuum oriri, huic rei viam reſecare

reſecare (quantum quidem valet humanum ingenium) modum invenit. Homines quoſdam per totum regnum miſit, qui inveſtigarent quantum terrarum & poſſeſſionum ipſe haberet, deinde quantum ſinguli Archiepiſcopi, Epiſcopi, domus religioſæ Procereſque ab ipſo tenerent; quinam denique ab ipſis vel Clientela vel Servitii jure tenerent. Hanc inquiſitionem, quæ anno 14°. regni ſui incepta uſque ad 20um ejuſdem regni duravit, in librum digeſſit, qui nomine **Domesday** inſignitur. Hæc ſola hujus libri conſcribendi cauſa ab Hiſtoricis noſtris, Abbatiarumque libris, libriſque manuſcriptis recenſetur. Ego vero (bona cum eorum venia dixerim) aliam quandam cauſam ſubeſſe reor. Conqueſtor ſub ipſo ſuo ingreſſu regnum hoc annuo tributo (**Danegelt** vocarunt) taxatum invenit; quod primo ex pacto quodam inter Regem *Ethelredum* Danoſque impoſitum fuit: Rex illis vectigal triginta ſex millium librarum argenti promiſit, hocque ſingulis annis perſolvendum, ea lege, ut Angliam a prædonibus liberarent: pro qua ſumma colligenda, Rex totum regnum in **Hidas** diviſit, quarum ſingula ſex ſolidos perſolvere tenentur. Poſtea vero populum tanto onere miſere vexatum conſpiciens, jamque rebus ſuis proprioque robori fidens, tributum illud pendere recuſavit: quod illi minime ferentes, regnum protinus numeroſa claſſe invadunt, multis locis appellentes, immanitateque pluſquam barbara graſſantes. Ad quorum impetus repellendos, *Ethelredus* idem tributum populo impoſuit, quo ſcil. milites conduceret, qui diverſis locis excubantes, appulſum eorum impedirent. *Danis* vero tandem prævalentibus, non lego vectigal illud amplius impoſitum fuiſſe. *Edwardo* vero *Confeſſore* regnante, rurſus idem tributum a populo exactum eſt, ne ſcil. *Danis* redeuntibus, imparatus a pecunia Rex eſſet. Reliquam hiſtoriam conſulto omitto, quia fabuloſa a nonnullis exiſtimatur. *Willielmus* ergo Rex coronam Angliæ tali cenſu dotatam reperiens, vectigal illud exigere haud gravabatur; præſertim ob multa ſua bella, tam cum *Gallis*, *Belgis* & *Britannis*, quam cum *Roberto* ſuo filio geſta. Cum vero illud aliquando majoris, aliquando minoris emolumenti eſſe in comperto habuiſſet, optimum eſſe duxit ut Inquiſitio per totum regnum haberetur, qua dignoſceret quantum ſingula oppida, villæ & hambletta numerare tenerentur; & ut in libro **Domesday** ſcriberetur his verbis, **pro v Solins, Hidis vel Carucatis ſe defendit**, quod æque valet ac ſi diceret, pro tot *Solins*, *Hidis* vel *Carucatis* **Danegelt** perſolvit. Notandum eſt *Cantium* ſolum per *Solins* cenſeri, reliquos vero Comitatus per *Hidas* & *Carucatas*. Quod ad *Solins* attinet, vim veram verbi nullo modo nec ex ipſo libro nec ex ullis veteribus Abbatiarum libris inveſtigare potui. *Hida* vero continet centum acras terræ, hoc eſt centum & viginti Anglico numero pro centum, inquit liber ipſe **Domesday**. In illis vero Comitatibus qui per *Carucatas* cenſentur, *Carucata* ejuſdem eſt valoris cum *Hida*, teſte *Roberto Swafhamo* autore Libri *Monaſterii Petroburgenſis*, cui etiam aſtipulatur *Wittleſeius* autor alterius Libri ejuſdem Monaſterii, quem habet amicus meus digniſſimus *Willielmus Fitzwillyams* Miles auratus, his verbis: *In provincia*, inquit, *Lincolniæ non ſunt* Hidæ, *ſicut in aliis provinciis*; *ſed pro* Hidis *ſunt* Carucatæ *terrarum*, *& non minus valent quam* Hidæ. Quid vero *Danegeld* ſit, ex Cap. 28. Libri Nigri conſtare poteſt.

Quid *Danegildum*, & quare ſic dictum.

INſula noſtra ſuis contenta bonis, peregrinis non eget. Hanc igitur merito dixere priores, Divitiiſque ſinum deliciiſque larem. *Propter hæc innumeras ab exteris injurias paſſa eſt; quia ſcriptum eſt*, Furem precioſa ſignata ſollicitant. *Circumjacentium enim Inſularum prædones irruptione facta maritima depopulantes, aurum, argentum, & quæque pretioſa tollebant. Verum cum*

cum Rex & indigenæ bellicis apparatibus inſtructi, in ſuæ gentis defenſionem inſtarent, illi fugas aggredicbantur æquoreas. Inter hos itaque pene præcipua, & ſemper pronior ad nocendum erat bellicoſa illa & populoſa gens Dacorum, *qui præter communem raptorum avaritiam acrius inſtabant, quia aliquid de antiquo jure in ejuſdem regni dominatione vendicabant, ſicut Britonum plenius narrat Hiſtoria. Ad hos igitur arcendos a Regibus Anglicis ſtatutum eſt, ut de ſingulis* Hidis *regni, jure quodam perpetuo, duo ſolidi argenti ſolverentur in uſus virorum fortium, qui perluſtrantes & jugiter excubantes maritima, impetum hoſtium reprimerent. Quia igitur principaliter pro* Dacis *inſtitutus eſt hic redditus,* Danegildum *vel* Danegildus *dicitur. Hic igitur annua lege, ſicut dictum eſt, ſub indigenis Regibus ſolvebatur, uſque ad tempora Regis* Willelmi *primi de gente ac genere* Normannorum: *Ipſo namque regnante tam* Daci *quam cæteri terræ mariſque prædones hoſtiles cohibebant incurſus; ſcientes verum eſſe quod ſcriptum eſt,* Cum fortis armatus cuſtodit Atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet. *Noverant autem etiam quod acerrimæ virtutis homines impunitas non ferunt injurias. Cum ergo diu ſolviſſet Terra ſub ejuſdem Regis imperio, noluit hoc ut annuum ſolvi, quod fuerat urgente neceſſitate bellicæ tempeſtatis exactum, nec tamen omnino propter inopinatos caſus dimitti: Raro igitur temporibus illius vel ſucceſſorum ipſius ſolutus eſt; hoc eſt, cum ab exteris gentibus bella vel opiniones bellorum inſurgebant. Verum quocunque tempore ſolvatur, ab ipſo liberi ſunt qui aſſident ad* Scaccarium, *ſicut dictum eſt.* Vicecomites *quoque, licet inter Barones Scaccarii non computantur, ab hoc quieti ſunt de* Dominiis ſuis, *propter laborioſam ejuſdem Cenſus collectam. Noveris autem* Dominica *cujuſlibet hæc dici, quæ propriis ſumptibus vel laboribus excoluntur; & item quæ ab* aſcriptitiis *ſuis ſuo nomine poſſidentur. Quia enim* aſcriptitii *de regni jure non ſolum ab hiis quæ modo poſſident, ad alia loca a Dominis ſuis transferri poſſint: verum etiam ipſi quoque licite venduntur vel quomodolibet diſtrahuntur, merito tam ipſi quam terræ, quas excolunt ut Dominis ſuis ſerviant,* Dominia *reputantur.*

Hactenus de Libri antiquitate componendique cauſa, nunc de nominum diverſitate agamus. In Theſauraria Regis tres ſunt, qui ſinguli nomine **Domeſday** dignoſcuntur. Maximus omnes Comitatus continet cis *Tinam*, demptis ſolummodo tribus illis *Eſſexiæ*, *Norfolciæ*, & *Suffolciæ*, qui in minori volumine continentur. Tertius amborum Epitome & Compendium eſt. Major Liber, qui magnitudine æquat, ſi non ſuperat Biblia illa magna quæ in Eccleſiis communiter leguntur, una eademque manu exaratus eſt, excepto uno duntaxat folio in fine Comitatus *Ebor.* in quo *Liber de Wintonia* dicitur his verbis: **Hic eſt feudum Roberti de Buys, quod fuit datum poſtquam liber de Wintonia ſcriptus fuit.** In minori libro anno 20°. *Willielmi Conqueſtoris* digeſto, *Deſcriptio* dicitur. In *Libro* etiam *Rubro*, fol. 47. vocatur **Rotulus Wintoniae** ſive **Domesday**, vel **Liber Hidarum.** Appellatur etiam a noſtris Hiſtoricis **Liber Cenſualis** ſive **Luſtrum**, quod priorem conjecturam meam, de Libri componendi occaſione ob tributum *Danegeldt* ſolvendum corroborare videtur.

Reſtat ut de nominis **Domesday** Etymologia agamus. In Libro Nigro dicitur, librum illum **Domesday** metaphorice appellatum fuiſſe, quaſi diceres **Diem judicii**; ratio additur, (quæ etiam libri autoritatem denotat) quod quicquid in hoc libro continetur, nullo modo contradici debet. Si oſtendat enim cujus terra ſit, a quo tenetur, an ſit Manerium vel Hamlettum, huic teſtimonio æquè credi debet ac judicio: ideoque antiquis temporibus in omnibus litibus vel controverſiis, tam in *Banco Regis* quam in *Communi Placito*, ſi quiſpiam litigantium allegaret terram controverſam vel fuiſſe *Antiquum Dominicum*, vel *Alieni*

juris

juris vel *Manerium* aut *Hamlettum*, alterque id negaret, mos erat, ut apparet in Regiſtro, ut *Breve* dirigeretur *Theſaurario* & *Camerariis*, præcipiens ut judices de ea re ex libro Domesday certiores facerent, & ſecundum *Breve illud de Certiorare*, judicium dabant. Præterea etiam Fecialibus adjumento eſſe poteſt. In eo enim ſcribuntur omnes Nobiles, ſecundum ordinis ſui dignitatem; ita ut quivis majorem Nobilitatis gradum merito ſibi arrogare poterit, ſi modo originem ſuam ab illis antiquis ſtemmatibus deducere queat. Præterea, ſi quiſpiam prætenderet majores ſuos has vel illas terras ante Conqueſtum Angliæ poſſediſſe, Liber iſte litem facile dirimet. Indicat enim quinam poſſeſſores terrarum earum fuerint ante Conqueſtum; quinam denique poſſeſſores fuerint cum Liber iſte digeſtus fuit, inque toto Comitatu vix viginti reperies, qui non a victoribus Normannis poſſeſſionibus ſuis exuti fuere, vel ſaltem a Rege, vel ab illis quibus Rex terras eorum donaverat, pacem ſuam terraſque redimere coacti ſunt. Hoc enim obiter obſervandum eſt, Conqueſtorem, Regno jam adepto, hoc ſibi agendum propoſuiſſe, ne quis vel Eccleſiaſticus vel Laicus vel Nobilis vel Plebeius aliquas teneret quas ante ſuum ingreſſum poſſedere: ſed avitis patrimoniis exturbati, vel a ſe ſuoque dono, vel ab iis quibus ipſe eas dederat, tenerent; ut videre eſt in *Libro Nigro*, *capite de* Hurdo, his verbis:

POST Regni conquiſitionem, poſt juſtam Rebellium ſubverſionem, cum Rex ipſe, Regiſque Proceres, loca nova perluſtrarent, facta eſt diligens Inquiſitio, qui fuerunt, qui contra Regem in bello dimicantes per fugam ſe ſalvaverint. His omnibus, & item Hæredibus eorum qui in bello occubuerunt, ſpes omnis terrarum & fundorum, atque redituum, quos ante poſſederant, præcluſa eſt: magnum namque reputabant frui vitæ beneficio ſub inimicis. Verum qui vocati ad bellum nec dum convenerant, vel familiaribus vel quibuſlibet neceſſariis occupati negotiis non interfuerant, cum tractu temporis devotis obſequiis gratiam dominorum poſſediſſent, ſine ſpe ſucceſſionis, filii tantum, pro voluptate tamen dominorum, poſſidere cœperunt. Succedente vero tempore cum Dominis ſuis odioſi paſſim a poſſeſſionibus pellerentur, nec eſſet qui ablata reſtitueret, communis indigenarum ad Regem pervenit querimonia, quaſi ſic omnibus exoſi, & rebus ſpoliati, ad alienigenas tranſire cogerentur. Communicato tandem ſuper his conſilio, decretum eſt, ut quod a Dominis ſuis exigentibus meritis, interveniente pactione legitima, poterant obtinere, illis inviolabili jure concederetur: cæterum autem nomine ſucceſſionis a temporibus ſubactæ gentis nihil ſibi vendicarent. Quod quidem quam diſcreta conſideratione cautum ſit, manifeſtum eſt; præſertim cum ſic modis omnibus ſibi conſulerent, de cætero ſtudere tenerentur devotis obſequiis Dominorum ſuorum gratiam emercari. Sic igitur quiſquis de Gente ſubacta fundos, vel aliquid hujuſmodi poſſidet, non quod ratione ſucceſſionis deberi ſibi videbatur, adeptus eſt: ſed quod ſolummodo meritis ſuis exigentibus, vel aliqua pactione interveniente, obtinuit.

Nunc audi quomodo Liber ipſe collectus & digeſtus fuit, quod me docet vetus * Regiſtrum, quod contuli Roberto Cotton Equiti aurato, antiquitatum noſtrarum acerrimo indagatori.

HIC ſubſcribitur Inquiſitio terrarum, quomodo Barones Regis inquiſiverunt: Videlicet, per ſacramentum Vicecomitis ſcirae, & omnium Baronum, & eorum Francigenarum & totius Centuriatus, Presbyteri, Praepoſiti, ſex † Villani uniuſcujuſque villae. Deinde quomodo vo-

* In Biblioth. Cotton. Tib. A. VI.

† Ita in MS. pro Villanorum.

catur mansio, quis tenuit eam tempore R. E. quis modo tenet, quot hidae, quot carucatae in dominio, quot homines, quot villae, quot cotarii, quot servi, quot liberi homines, quot sochemani, quantum silvae, quantum prati, quot piscinae, quot molendinae, quantum est additum vel ablatum, quantum valebat totum simul, & quantum modo, quantum ibi quisque liber homo vel sochemanus habuit, vel hoc totum tripliciter, scilicet tempore Regis Edwardi, & quando Rex Willelmus vendit, & qualiter modo sit, & si potest plus habere quam habeatur?

Isti homines juraverunt.

In Staplehou hundreto Nicholaus Decheneta, Willelmus Deripeham homo Gaufridi, Hugo Dehelelinege, Warin Desaham, Rodbertus Anglicus de Feldham, Didmar de Bellinegeham, Alanus de Burewella, Aluric Desneillewella. Isti omnes juraverunt.

In Cavelai hundreto juraverunt, scilicet, Richardus Praefectus hujus hundreti, Eadmardus homo Albrici Dever, Radulphus de Hotot, Willelmus de Mara, Stanhard Deseverlaio, Frawinus de Duetelinge, Carlo Decavelaio, Wimarus homo Wighen.

In hundreto de Stanas juraverunt homines, scilicet, Aleranus, Roggerus homo Walteri Giffardi, Ricardus Praefectus hujus hundreti, Farmannus, Alricus de Swafham, Leowinus, Heraldus homo Harduini de Escalariis, Eteleaia, Almarus Cilt, & omnes alii Franci & Angli de hoc hundreto juraverunt.

In Erningaford hundreto juraverunt, Walterus, Hundfridus de Anslevilla, Hugo Pedefold, Richardus de Hordona, Colsuuegen, Almerus ejus filius, Turulfus, Alwinus Odesunu, & omnes alii Franci & Angli in hoc hundreto juraverunt.

In Trepeslauue hundreto juraverunt homines, scilicet, Radulphus Praepositus hujus hundreti, Willelmus de Caleto, Radulphus Debarrentona, Teodbaldus homo Harduini Stanhard dehavocestun, Godric Desulamera, Alricus de Trepeslau, Sigarus dapifer, & omnes alii Franci & Angli de hundreto juraverunt.

In Radefelde hundreto hi juraverunt. Manfridus, David de Belesham, Willelmus homo Walteri, Radulphus de Cluneci, Adestan dewestona, Grimus dewaratinege, Algarus dedoslmigeham, Winna debelesham, & omnes alii Franci & Angli de hoc hundreto juraverunt.

In Flaminegedic hundreto juraverunt Rodbertus dehistona, Osmundus parvus, Fulchold homo Abbatis Eli, Balduinus Cocus, Edwinus Presbiter, Wulfricus de Teversam, Silac, Godwinus de Fulburna.

In Witelesforda hundreto juraverunt, Anschitellus de Herolfuilla, Paganus Dapifer, Harduinus, Girardus Lotherensis, Herveus Desalsitona, Leodmer dewitelesforda, Leso dedocheluurda, Leofric Grimi filius, Lemarais de Haustitona.

In Wederlai hundreto juraverunt, Sifridus Praepositus hundreti, Radulphus debancs, Fulcheus homo Vicecomitis, Rumold homo Comitis, Eustachio Sawardus de Harlestona, Turbertus de Didwella, Bircet de Bertona, Almer Blacsuna, & alii omnes Franci & Angli de hoc hundreto juraverunt.

In Stouu hundreto juraverunt, Willelmus homo Picoti Vicecomitis, Tehel Praepositus Abbatis Eli, Warinus Presbiter, Wido homo Abbatis de Ramesio, Godric de Crochetun, Aluric Praepositus Eudonis, Ulwi de Alricus de Wiborgeham, & alii omnes Franci & Angli de hoc hundreto juraverunt.

In

In Pampenuoꝛda hundꝛeto, Ricardus homo Harduini, Radulphus de Feigeres, Albertus homo Abbatis de Rameſio, Tehardus homo Abbatis Eli, Lewinus Gꝛicus, Olmundus homo Giſleberti de Gant, Bꝛixtan homo Giſleberti Gant, Godwinus Pꝛesbyter, & omnes alii Angli & Franci de hoc hundꝛeto juraverunt.

In Noꝛtſtou hundꝛeto juraverunt Walter decleis, Rogerus Maurini filius, Hugo Farſit, Rodbertus filius Warini, Godlive, Azor, Godmarus de Gꝛetona, Palurícus degꝛetona, & omnes alii Franci & Angli de hoc hundꝛeto juraverunt.

In Ceſſertuna hundꝛeto juraverunt Roggerus de Cilderlaio, Gifardus de Dꝛaitona, Giſlebert dehiſtona, Sturmundus de cotenham, Bꝛuningus deceſſertuna, Almerus decotenham, Ledmanus dedꝛaitona, Ernius decilderlaio, & omnes alii Franci & Angli de hoc hundꝛeto juraverunt.

In duobus hundꝛetis de Elí, qui conveniunt apud Wicheſoꝛdam, juraverunt homines, ſcilicet, Rainaldus dedoneham, Goiſfridus Pꝛaepoſitus hundꝛetoꝛum hoꝛum, Tancredus deſuttuna, Olmundus deſtratham, Giſlebertus delindona, Goiſfridus Cuneſtabulius Abbatis, Rodbertus Caneravius, Bernardus de monte, Huna de Elí, Alriz Woꝛdepund, Alriz Serdere, Olmundus dewicheam, Alnod deſuttona, Ledmarus dewicchefoꝛd, Leodmanus Pꝛesbiter, Alwinus dehaningatuna.

HERTFORD.

In Edwineſtreu hundꝛeto juraverunt homines, ſcilicet, Radulphus Baiart, Ricuſſus homo Epiſcopi Londonienſis, Rodꝛicus homo Epiſcopi, Huart denoderel. Godwinus dehoꝛemera, Lerius homo Abbatiſſae decatriz, Siric homo Comitis Euſtachii, Silwardus de Hoꝛemeda, & omnes alii Franci & Angli de hoc hundꝛeto juraverunt.

In duobus hundꝛetis de Bꝛadewatre juraverunt homines, ſcilicet, Lecardus homo Abbatis, Goiſbertus Beluacenſis, Willelmus delacenuoꝛda, Livethus homo G. de Berch, Radulphus deſtepehalla, Hunfridus decheneberna, Goiſfridus derivesfield, Goiſfridus dewesbꝛock, Alwardus demerdelaio, Haldene, Torthill dedigelwella, Alrie dewinmodeſlaio, Alwinus dewetlaio, Almer deweſtune, Alward Framyard, Alward demondena, & omnes alii Franci & Angli de his duobus hundꝛetis juraverunt.

In Odeleio hundꝛeto juraverunt homines, ſcilicet, Hugo homo Epiſcopi Baiocenſis, Fulcho homo Goiſberti Beluacenſis, Germandus de Sancto Audveno, Alwinus deriſcedena, Boia homo Epiſcopi, Wulfi detereskelda, Albertus deſanſona, Wigarus dehoꝛewella, & omnes alii Franci & Angli de his hundꝛetis juraverunt.

Hæc ſunt quæ viſum eſt præfari de antiquitate Libri ejuſq; componendi modo, de nominum varietate, de Etymologia verbi **Domesday**, de Libri uſu autoritateque, & quomodo denique congeſtus & conſcriptus fuerit. Qui plura de his ſcire velit, Librum ipſum conſulat, & Collectanea hæc noſtra, quæ ipſe multo labore, Librum ſcilicet ter perlegendo, in hanc formam redegi.

N°. II.

Of Dimenſions of Lands. *By* Arthur Agard, *Deputy Chamberlain of the Exchequer, from* 1570. *to the Year* 1615.

Ex Bibl. Cotton. Fauſtina. E. V.

ALthough I muſt confeſs, that in this Propoſition I have more travailed than in any of the former, for that it concerneth me more to underſtand the Right thereof, eſpecially in that ſundry have reſorted to me thereabouts, to know whether I have in my Cuſtody any Records that avowche the ſame in certentye: Yet ſo it fareth with me, that in peruſing as well thoſe Abbreviations I have noted out of **Domesdaye**, and other Records ſince that time, and alſo thoſe Notes I have quoted out of ancient Regiſters and Books which have fallen into my hands within theſe 30 Years; I have found the diverſity of Meaſurement ſo variable and different in every County, Shire, and Places in the Realm, as I was in a manner in doubt whether it were for me to write or no. For finding all things full of Doubtfulneſs, and that I cou'd not by any means reduce the Queſtion into any certainty, I ſhould but *make a Shipmans Hoſe* thereof, and therefore meant to leave it untouch'd by me. And yet leſt I ſhould be deemed one that ſhould begin to break order, I thought good to put my ſelf to the cenſure of your wiſe Judgments rather then by ſilence to draw upon me your hard Conceipts in that behalf; and therefore I ſay to this Queſtion of the { *Antiquitye*, *Etymologye*, and *Varietye*, } of Dimenſions of Land in *England*.

For ANTIQUITY.

I do think that our Nation, drawing firſt our Original from the *Trojans* that is, from the *Trotians*, as ſome write, could not but bring from thence the ſame Order which was obſerved in thoſe Countreys, of meaſuring their Lands; as appeareth by *Dido* (in *Virgil*) who was the Founder of *Carthage*, and coming thither by Sea, bought of the Prince of that Countrey ſo much Ground as ſhe could compaſs with an *Hide*, to build a City for her ſelf and her Subjects; which being granted, ſhe cauſed the ſame to be cut into ſmall Shredds, and ſo compaſſed a mighty deal of Land more than was expected. So our Forefathers, as it ſhould ſeem, did collop out the Countreys they dwelt in, in like ſort. But you will ſay, When? To this I ſay, in every Province and in every Kingdom of *England*, wherof, as appeareth by Hiſtorys, by ſome to be vii, but eſpecially by moſt Writers v; *ſcil. Weſtſaxons* cont. viii Shires, i Kingdom. 2. *Eſtſaxons*, vi Shires ii Kingdoms. *Northumberland*, from *Humber* to *Scotland*, i Kingdom; and the Kingdom of *Merche* xv Shires i Kingdom there were Weights and Meaſures of Lands, according as it pleaſed the Prince. For it is a Principle in *Canutus Laws*, that it belongeth to the Prince only to appoint Weights and Meaſures: *Menſuras & Pondera diligenter dirigamus*. And yet the certainty of meaſuring of Lands came not in until the Realm was under the Tribute to the *Danes*, which was, as *Walter Wyttleſey*

Wyttleſey the Monk of **Peterborough** writeth in the 30th Year of King *Ethelred*, *Qui miſit nuncios Danis, dicens, quod vellet eis tributum dare, ut a rapinis deſiſterent, & illi conſenſerunt, & dabat eis Tributum, quod eſt* XXXVI *millia librarum argenti.* For the levying whereof the Realm was admeaſured, and the Money levyed *per Hidas*, as appeareth by ſundry ancient Regiſters, which I have ſeen, whereof I will mencion what I find in the *Book of Dunſtaple:* That *there are in the Realm* XXXII *Shires, in which were three kinds of Laws exerciſed, that is,* **Weſterlaw**, *to which belonged* IX *Shires in which were* 80800 Hides *of Land. The ſecond* **Danelaw**, *to which belonged* XVIII *Shires,* 3200 *Hides; and* **Merchlaw**, to which belonged VIII Shires, in which are 11800 *Hides*, which all paid the *Danegeld* according to their *Hides*, as **Domesday** affirmeth, that *Manerium de T. ſeſe defend. pro* 8. *Hidis.* And ſo in infinite places. Alſo, *antequam terra hidata fuit*; by which it appeareth that Lands were firſt meaſured by *Hides*, the Etymology whereof I think was drawn from *Dido*'s Act before ſpoken of. For you ſhall not find that Word in any other Language than ours, neither *French*, *Latin*, *Italian*, &c. Neither in the Book of **Domesday** ſhall you find that Word *Hida* in all Shires, but in ſome Shires, as in *Kent Solin* and *Solins*; in *Lincolnſhire Carucata* only; and ſo in divers Shires likewiſe *Carucata* only. And becauſe there are mentioned divers Names of meaſuring Land in the ſame Book, I will recite ſome as near as I can.

Solin, *Hida*, *Carucata*, *Jugum*, *Virgata*, *Ferlingata*, and *Ferlinges.*

Of all theſe I will ſay ſomewhat, according as I find in ancient Books and Records.

But before I enter into that, it ſhall not be amiſs to qualify one Doubt which may ariſe in this Meaſurement; that is, by what number of tale of *Acres* Land was meaſured. For there was before the Conqueſt *Anglicus numerus*, which was *Six Score* to the *Hundred*, and the *Norman Number*, which was *Five Score* to the *Hundred*, as **Domesday** ſheweth *in* CIVITATE LINCOLN. *Hic numerus* CC, *Anglico numero* CCXL: So as when the Realm was divided into *Hides*, I take it for certain, that it was *Six Score* to the *Hundred.*

A°. 18. *E.* 1. *Termino Michaelis coram Rege Nott. Rotl.* 66. *Robertus Attekirk retrahit ſe a bre. verſus Edm. Com. Cornub. pro* CCCC & quinquies viginti & X *Acr. Mariſci & X Acr. prati in Miſene.*

Now to the Words; and firſt for *SOLIN* take **Domesday** it ſelf ſaith thus:

SOLIN.

In Communi terra, ſci. Martini, ſunt CCCC *Acr. & dim. quæ ſiunt* II Solins & *dim.* Now this word *dimidium* firſt named muſt have relation to *half an Hundred*, and not to *half an Acre.* For in all the whole *Book* there is not named *half an Acre.* And then I take it, that a *Solin* of Ground, after *Engliſh Account*, containeth 216 Acres. If after *Norman Tale*, then Nine ſcore Acres. And to this agreeth ſomewhat near a Note taken out of a Lygyer Book, which the Buſhop of *Norwich* Dr. *Redman* hath, in theſe words: *Item Abbas dicit, quod in libro vocato* **Domesday**, *ſci.* Edwardi *apud* Weſtm. *ſic habetur, Abbas ſci.* Auguſtini *tenet Manerium de* Langeport. *Ibi eſt unum* Solin & *unum* Jugum, &c. *Et ulterius idem Abbas dicit ſecundum interpretationem antiquorum terminorum unum* Solin *continet* CC *Acras.* This is as much as I can learn any where for this *Solin.* **Domesdei.** VII *Solins Terra eſt* XVII *Car. Pro uno* Solin & *dim. ſe defend.* & *ſic in infinitum.*

HIDA.

The *Black Book* containeth theſe Words *in Cap. penultimo lib.* 1. Hida *a primitiva inſtitutione ex centum Acris conſtat*; which in mine opinion is Six Score Acres, becauſe the next Word,

CARUCATA,

Induceth me to think ſo by an ancient Writer before named, which is *Wittleſey*, who hath theſe Words, fol. 37. *In provincia* Lincolniæ *non ſunt* Hidæ, *ſicut in aliis provinciis, ſed pro* Hidis *ſunt* Carucatæ *terrarum, & non minus valent quam Hidæ.*

Again, an ancient Writer called *Henry Knighton*, a Cronacler of *Leiceſter*, who wrote in *Henry* V^th^'s time, and in the Cuſtody of a Gentleman in *Leiceſterſhire*, named Sir *John Hunte*, hath theſe Words agreeing with the former, fol. 57. *Johannes Rex ſolemniter denunciatus*, &c. *& ſtatim cepit tributum per totam Angliam*, viz. *de qualibet* Hida, *id eſt* Carucata *terræ*, iii s. *& rediit in Normanniam.*

Alſo in a Note entred in ancient Record in the Treaſury, before a Declaration made of the *Knights Fees* belonging to the Biſhop of *Lincoln*, are theſe words: *Nota quod* Carucata *terræ continet in ſe* c *Acras. Et* 8. *Bovatæ faciunt Carucatam. Et quælibet* Bovata *continet* 15. *Acras.* So, as I think, in thoſe Shires in Domesday where no *Hides* are named but *Carucata*, there the *Carucata* containeth as much as *Hida*, and that to be Six Score Acres. But where there is *Hida* named, and then ſaith thus, Dorsete *Brixi miles E. tenuit Odetun pro* xii Hid. *terra eſt* 16. Car. *de eo ſunt in dominio* 4. Carucatæ. In this and like places I take it, that *Caruc.* is to be referred to a *Ploughland*, which is about *Three Score Acres.* And thus is mentioned in Domesday for my better proof, in *Yorkſhire*, under *titulo Rex in* * *Eſſcevuld. Sunt ad Geldum* xii Carucatæ *terræ, quas* vii Carucæ *poſſunt arare. In Com. Ebor. Turchil* ii Car. *terræ habet. Poſſunt arare* ii Carucæ. And yet for the better proof that a *Hide* of Land was both reputed before the Conqueſt and ſince Six Score Acres, I find mentioned in a Book entituled, *Reſtauratio Eccleſiæ de Ely* (which Mr. *Cotton* lent me, and now Mr. *Cope* hath) theſe two places worth the noting; in † the 9th Leaf are theſe Words: *Et non invenerunt de terra quæ mulieris jure fuiſſet, niſi unam* Hidam *per ſexies* xx *Acras, & ſuper Hidam* xxiv *Acras.* Item in Cap. ‡ 13. *In* Wilberham *emit Abbas ab Alfuuino & uxore ejus duas* Hidas *duodecies* xx** *Acras, & totum Hundredum uniuſcujuſque emptionis fuit in teſtimon.* This was before the Conqueſt. Now ſince the Conqueſt: *Inter Placita de Jur. & Aſſiſ. coram Johanne de Vallibus & aliis Juſtic. itinerantibus apud Cant.* A°. 14°. E. 1. *Ter. Trinit. Menſuracio communæ paſturæ in* Hokinton, *ita quod* Warinus de inſula *& alii non habeant in ea plura animalia & pecora quam habere debeant*, &c. *Dicunt quod ſunt in Hok.* xii Hidæ *terræ, quarum quælibet* Hida *continet in ſe ſexies viginti Acras terræ. Et tenens unam* Hidam *terræ integre poſſit ſex boves, duos equos, ſex vaccas,* xx iiij *Bidentes, &* xv *Aucas, & qui minus tenent, ſecundum quantitatem tenementi habent*, &c. *Unde Vic. teſtatur.* Thus much, if not too much, for *Hida* and *Carucata terræ.*

---

* Eaſingweld hodie. † Vid. Hiſt. Elyenſ. Oxon. Impreſ. p. 472.
‡ Rectius 23°. ubi etiam pro *Wilberham* habetur *Wilbertune*, & poſt uxore, *ſua Sifled.*
** Lege *Acrarum* cum MS°.

JUGUM vel JUGER.

Is taken diverſly, as by *Dunſtaple* before mentioned, who in his 4th Leaf doth ſay, it is a *Hide of Land*; his Words are theſe: *Anno Dominî* 1074. *Rex Willielmus* William *ſibi ſubdidit, & poſtea miſit Juſticiarios ſuos per unamquamque ſciram*, id eſt, *provinciam Angliæ, & inquirere fecit per Juramentum quot* Hidæ, *id eſt*, Jugera, *unâ Aratro ſufficientia per annum eſſent in unaquaque villa*, &c. But I think it far otherwiſe by Domeſdei. DOMESDEI KENT. *In villa de* Hadone, *quæ fuit Epiſcopi Baioc. Odo tenet de Epiſcopo unum* Jugum *terræ, & eſt* dim. Car. So as I take a *Yolin* to contain divers *Juga*, and *Jugum* to be taken but for as much Land as a *Yard-land, ſcil.* XXIV *Acr*, and ſometimes XXX *Acres* at the moſt.

VIRGATA.

CHRISTOFERUS URSWICK Decr. Doctor; admiſſus 21. Mar. 1493. per Procur. & in propria perſona 8. Mart. A.D. 1499. *Reg. penes Dec. & Cap.* Obtinuerat pridem, anno ſcilicet 1488, *Decanatum Eboracenſem*, quem reſignavit A.D. 1494. Admiſſus etiam fuerat in *Canonicum Windeſorienſem*, A.D. 1490; in *Præbendarium* Præbendæ de *Botevaunt* in Eccleſ. S. Petri Ebor. A.D. 1493; in *Archidiaconum Wiltoniæ* A.D. 1496, & in *Decanum Windeſoriæ* A.D. 1495. Epiſcopatum recuſavit *Norwicenſem* A.D. 1498, per mortem *Jacobi Goldwell* tunc vacantem, *Archidiaconatu Oxoniæ* auctus A.D. 1505. *Decanatum Windeſoriæ* depoſuit, obiitq; Rector Eccleſ. de *Hackeney* prope Lundinum A.D. 1521. 24. Octob. ubi & ſepultus eſt.

JACOBUS STANLEY admiſſus 5 Dec. A.D. 1500. per reſignationem *Chriſtof. Urſwick* ad præſentationem Dom. Regis, ratione Temporalium Archiepiſcopatus Ebor. tunc vacantis. *Reg. penes D. & C.* Promotus in Epiſc. *Elienſ.* A.D. 1506. Obiit Mart. 22. A.D. 1514.

THOMAS

THOMAS DALBY LL.B. collatus Aug. 24. 1506. admiſſus eodem anno, 12. Octob. *Reg. Sævage.* Ob. 26. Jan. A.D. 1525.

THOMAS WINTER admiſſus Mart. 24. 1525. Reſignavit A. D. 1529. *Reg. penes D. & C.*

WILLIELMUS KNIGHT LL.D. admiſſus Dec. 7. 1529. *Reg. penes D. & C.* Hunc & Archidiaconatum *Ceſtriæ* in manus R. Henr. VIII. reſignavit Maii 20. A.D. 1541. Obiit Epiſcopus *Bath. & Wellenſis* 29. Sept. A.D. 1547.

N°. XII.

Domorum Religioſarum, quæ ſunt in Archidiaconatu Richmondienſi *in* Richmondeſcira, *Nomina & Valores.*

Ex quodam Rotulo Pergam. in *Offic. Primitiarum* Lond. Rot. 1.

VALOR omnium & ſingulorum Dominiorum, Maneriorum, Terrarum, & Tenementorum omnimodorum, ac Proficuum tam Spiritualium quam Temporalium, omnimodarum Dignitatum Eccleſiarum Collegiatarum, Conventualiumque, & Monaſteriorum, Prioratuum, Collegiorum, Hoſpitalium, Rectoriarum, Vicariarum, Cantariarum, & liberarum Capellarum, nec non omnimodarum aliarum Dignitatum, & Promotionum ſpiritualium quarumcumque infra Archidiaconatum Richemondiæ, *factorum & examinatorum menſe Maii, anno regni Domini noſtri* Henr. VIII. *metuendi Angliæ & Franciæ Regis, Fidei Defenſoris, & Domini Hiberniæ, ac in Terra ſupremi Capitis Anglicanæ Eccleſiæ, 26°. Virtute Commiſſionis dicti Domini Regis, Dilectis & Fidelibus ſuis* Willielmo Knight *Archidiacono Richemondiæ, &* Johanni Dawkyns, *Clericis,* Roberto Bowes, Rogero Laſcelles, Willielmo Blithman, Johanni Metcalff, Jacobo Rokeby, & Ricardo Crosby, *Auditoribus in hac parte directæ, juxta Tenorem, Formam & Effectum cujuſdam Actus Parliamenti dicti Domini Regis apud Weſtmonaſterium die Menſis anno regni ſui viceſimo ſexto, inter alia edita, ordinata & conceſſa: & juxta Tenorem, Formam & Effectum certarum* Inſtructionum *ſub Magno Sigillo ejuſdem Domini Regis dictis Litteris commiſſione annexatarum, ſacramentis corporalibus ipſorum Commiſſionariorum de & ſuper præmiſſis modo debito exequendis præantea præſtitis, prout inferius patet.*

Diaconatus Ruralis de Richemundia.

ABBATHIA SANCTÆ AGATHÆ *in Comitatu* Eboracenſi.

ROBERTUS *Abbas ibid.*

	SItu Abbathiæ prædictæ, una cum Terris Dominicalibus, Clauſis, Gardinis, Pratis, Molendinis, & Sylvis in manibus ſuis occupatis, per annum.	l. 30			
Co. Ebor. *Temporal. val. in*	Diverſis Villis, Grangiis, Terris & Tenementis ſubſcriptis, *viz.* Villa de *Brompton* 19 l. 14 s. *Skarthby* 7 l. 12 s. 2 d. *Stappelton* 8 l. 6 s. 7 d. *Manfeld* 4 l. 6 s. 6 d. *Barton* 4 l. 7 s. 11 d. ob. Grangia de *Thorp* 4 l. *Skelton Cote* 4 l. Villa de *Newton Morrel* 40 s. *Middleton* 40 s. *Garſedale* 20 l. 15 s. 6 d. Villa de *Skretenbeke* 111 l. 12 s. *Kyplyn* 19 l. *Richemond* 12 s. *Clesby* 26 s. 8 d. *Crakecall* 7 s. 8 d. *Scorton* 43 s. 4 d. *Jbleby* 4 l. *Carperby* 14 s. *Kerecane* 5 s. *Shanlecote* 53 s. 4 d. *Duneham* 2 s. In toto,	l. s. d. 137 9 2*	l. s. d. 167 9 2		
Co. Ebor. *Spiritual. val. in*	Decimæ Rectoriæ de *Easby*, videlicet in Decimis Granorum 100 s. Feni 20 s. Agnorum & Lanæ 100 s. Lini & Canabi 12 d.	l. s. d. 13 13 8			
	Minutis & privatis Decimis, ut in *Libro Paſcali* 36 s. 10 d. Oblationibus principalibus & aliis 15 s. 10 d. In toto,		l. s. 21 7		
	Decimæ Rectoriæ Eccleſiæ de *Manfeld*, videlicet in Decimis Granorum per annum,	l. 7			
Co Linc. *Spiritual. val. in*	Penſione Eccleſiæ de *Sanddyngton* per annum,	s. d. 13 4			
	Summa omnium Temporalium Spiritualium *Abbathiæ* prædictæ			188 16 2	
	Redditibus reſolutis annuatim, videlicet *Caſtro Richemundiæ* pro Finibus & Wardis 12 d. Domino *Le Scrope* 6 s. 8 d. Priori *Sancti Martini* 12 d. Hæredibus Domini *Fitzhugh* 3 s. 4 d. Pro terris Dominicalibus Abbathiæ prædictæ Priori *Sancti Martini* 6 s. 8 d. *Caſtro Richemondiæ* 19 d. Domino *le Scrope* 7 d. ob. Pro Villa de *Brompton* Priori *Sancti Martini* 13 s. 4 d. Pro Villa de *Skerthby Caſtro Richmondiæ* 6 s. 8 d. Comiti *Richemondiæ* 3 s. *Thomæ Metham* Militi 4 s. Pro Villa de *Stapleton* hæredibus Domini *Fitzhugh* 7 d. ob.					

* *Rectius* 119 l. 16 s. 8 d. *Paſſim etiam diſcrepant numeri Redituum & Solutionum particulares, ab eorum Summa Totali.*

Redd. reſol. viz. in	Gardianis Eccleſiæ de *Manfeld* 6 s. 8 d. Pro Villa de *Manfeld* Caſtro de *Middelham* pro Finibus & Wardis 2 s. 6 d. ob. Gardianis Eccleſiæ beatæ *Mariæ* & Sancti *Cuthberti* 5 s. Pro Villa de *Barton* Abbati & Conventui beatæ *Mariæ Eborum* 20 s. 8 d. Hæredibus *Wilberfoſſe* 6 s. *Caſtro Richemundiæ* 4 d. Pro Villa de *Huddeſwell* Abbati & Conventui *Jerovalliæ* pro libera firma 6 s. 8 d. Pro *Garſdale* Ballivo *Sancti Petri* pro libero redditu 5 s. Exeunte de Villa de *Skretenbeke* Abbati Monaſterii *beatæ Mariæ Eborum* 20 s. *Johanni Digby* 13 s. 4 d. Pro Villa de *Kyplyng* Ballivis *Richemundiæ* 2 s. Hæredibus Domini *Fitzhugh* 2 s. 5 d. ob. pro Villa de *Clesby*. In toto,	l. s. d. 6 19 2 ob.
	Pensiones Synodalia & Procurationes ſolutæ annuatim videlicet Priori *Sancti Martini* 6 s. 8 d. Synodalia & Procurationes 10 s. 6 d. Vicario 53 s. 4 d. Exeuntes de Rectoria de *Easby* Archiepiſcopo *Eborum* 6 s. 8 d. Archidiacono *Richemondiæ* 10 s. Capitulo *Eborum* 6 s. 8 d. exeuntes de Rectoria de *Manfeld*. Capellano Divina celebranti in Eccleſia *Salvatoris Eborum* pro anima *Ricardi Walter*, ad quod tenentur per cartam 6 l. *Chriſtophero Colſon* Capellano divina celebranti in Eccleſia de *Wenſlay*, ad quod tenentur per cartam pro anima *Ricardi Scrope* Fund. 106 s. 8 d. Capellano Divina celebranti in Eccleſia de *Middelham* pro animabus *Ricardi Cartmell* & *Ricardi* nuper Comitis *Sarum*, ad quod tenentur per cartam 6 l. *Roberto Dogeſtun* Capellano Divina celebranti in Eccleſia de *Kyrkeby Lonſdale* pro anima *Willielmi Middelton* Armigeri & ſucceſſorum ſuorum, ad quod tenentur per cartam 4 l. 13 s. 4 d. *Johanni Scroton* Capellano Divina celebranti in Eccleſia de *Melſhamby* ad altare ſanctæ Trinitatis pro animabus Magiſtri *Alani* de *Melſhamby* & ſucceſſorum ſuorum, ad quod tenentur per cartam 4 l. 13 s. 4 d. Sallariis duorum Capellanorum divina celebrantium in Eccleſia de *Skyretenbek* pro anima *Johannis Romani* Archidiaconi *Richemondiæ* in Capella *Sancti Silveſtri*, ad quod tenentur per cartam 8 l. *Willielmo Coke* CapellanoDivina celebranti in Capella *Sancti Johannis Baptiſtæ* in *Garſedale* pro anima	*Penſion. viz. in* l. s. d. 46 7 2 *Repriſ.* l. s. d. 76 18 3

filii

filii *Alani de Garſedale*, ad quod tenentur per cartam viſam & examinatam 4 l. 13 s. 4 d. Vicariis Eccleſiæ Cathedralis *Sancti Petri Eborum* pro annuo redditu *Willielmi Langton* Theſaurarii, ad quod tenentur per cartam 46 s. 8 d.

Elemoſin. viz. in

Elemosinis datis & diſtributis quinque pauperibus & egenis ſemel in ſeptimana, pro anima *Johannis Romain* Archidiaconi *Richemundiæ*, in cibis & potibus, ad quod tenentur per cartam, 65 s. 11 d. Conſimili Elemoſina data quolibet die uno egeno pro anima præfati *Johannis*, ad quod tenentur per cartam, 15 s. 1 d. ob. Decem egenis in die obitus ſui unam refectionem 10 d. Diverſis Capellanis in die obitus ſui, ad quod tenentur per cartam, 10 s. Conſimili elemoſina data, ut in uno pane vocato *Payſeloffe*, & una lagena * *ſerviſiæ*, & una fercula eſculenti uno pauperi, qualibet die a feſto Omnium Sanctorum uſque ad feſtum Circumciſionis incluſive, ſecundum antiquam conſuetudinem Religionis, 26 s. 8 d. Conſimili elemoſina data, ut in pretio quatuor quarteriorum frumenti & ſiliginis, alicibus rubiis & albis, cuilibet egeno & pauperi in die *Sanctæ Agathæ*, ex antiqua ordinatione religionis 4 l. Conſimili elemoſina data & diſtributa ſecundum formam antiquam & præceptum Religionis, ex fundatione fundata in cœna Domini, & duobus diebus ſequentibus, pauperibus. In toto,

	l.	s.	d.
	13	15	2 ob. †

Feod. viz. in

Feodis *Henrici Gaſton* Militis, Seneſcalli, infra libertatem de *Richemondſhire*, 20 s. *Jacobi Rokeby* Seneſcalli Curiæ 13 s. 4 d. *Ricardi Foſter* Ballivi de *Burton* 13 s. 4 d. *Galfridi Middelton* Seneſcalli de *Garſdale* 10 s. *Ricardi Hudſon* Ballivi de *Thorp* 10 s. *Willielmi Bampton* Ballivi de *Hudeſwell* 20 s. *Georgii Warcop* Ballivi de *Manfeld* 20 s. *Roberti Bellamy* Ballivi de *Stapleton* 10 s. *Jacobi Gryſewhait* Ballivi de *Skathby* 10 s. *Thomæ Bolleron* Ballivi præſentis Abbathiæ prædictæ 20 s. In toto,

	l.	s.	d.
	9	16	8 ‡

	l.	s.	d.
Valet clare	111	17	9
Decima pars inde	11	3	9 ½

* Pro *Ceresiſia.* † *Rectius* 13 l. 18 s. 6 d. ob. ‡ *Rect.* 7 l. 6 s. 8 d.

PRIO-

PRIORATUS MONIALIUM *de* MARRYKE.

Rot. 2.

Co. Ebor. *Temporal. val. in*	SItu Prioratus, ſive Domus Monialium, cum terris Dominicalibus eidem annexatis per annum, & *Le Spitell* in manu ſive occupatione.	l. 21			
	Diverſis Villis, Terris & Tenementis ſubſcriptis, viz. *Beirparke* 4l. *Kerperby* 38 s. 3 d. *Fremyngton* 11 s. *Marske* 13 s. 4 d. *Downum* 42 s. 8 d. *Gales* 20 s. *Dalton* 5 s. *Rawenſwath* 6 s. 8 d. *Staynton* 4 s. 6 d. *Kyrklyngton* 4 s. 2 d. *Richemondia* 53 s. 6 d. *Melſhamby* 6 s. 8 d. *Manfeld* 17 s. *Newton Morell* 6 s. 8 d. *Eſtcowton* 40 s. *Ellerton* ſuper aquam de Swalle 20 s. *Hernby* 20 s. *Hunton* 24 s. *Acclom, Couton,* & *Whitwell* 40 s. *Lytelfencote* 14 s. *Fletham* 14 s. *Freregarth* 4l. 12 s. *Newton* in le *Wyllows* 40 s. & * *Brompton* 3 s. *Burrel* 2 s. *Kyrkby Wyske* 12 s. † *Harſelay* 2 s. *Eſton* juxta *Bridlington* 12 s. *Lemyng* 24 s. *Askewghe* 13 s. 4 d. ‡ *Brumpton* 4 d.	l. s. d. 34 2 9 ‖	l. s. d. 55 2 9	
Co. Ebor. *Spiritual. val. in*	Decimis Eccleſiæ de *Maryke*, viz. Granorum 26 s. 8 d. Feni 6 s. 8 d. Agnorum & Lanæ 40 s. Vitulorum 3 s. 4 d. Oblationibus principalibus 13 s. 4 d. Decima Mineræ plumbi 24 s. Anſarum & Gallinarum 3 s. 4 d. Minutis & privatis Decimis, ut in *Libro Paſchali* 45 s. 4 d.	l. s. d. 8 2 8	l. s. 9 16		
	Decimis de *Kerken* & *Lunde* per annum	s. d. 33 4			
	Summa omnium Temporalium & Spiritualium Monialium prædict.			64 18 9	

‖ *Rect.* 34 l. 5 s. 9 d. * Patrick Brompton. † Harlſey. ‡ Brompton *ſup.* Swale.

Reſoluc. Redd. viz. in	Resolutionibus reddituum annuatim *Domino Regi* pro libera firma exeunte de *le Spytell* ſuper *Staynmore* 26 s. 8 d. Domino *le Scrope* de *Bolton* pro Villa de *Downum* 9 d. Domino *le Scrope* pro Villa de *Harneby* 9 d. Domino *le Scrope* pro villa de *Fletham* 15 d. *Caſtro Richemundiæ* pro Villa de *Kyrkeby Wyske* 5 d. ob. Hæredibus *Hackfurth* pro Villa de *Newton* in *le Willowes* 8 d. *Mon . . . . Sancti Johannis* pro eadem Villa 12 d. Ballivo *Richemondiæ* pro Villa *Richemondiæ* 12 d. *Caſtro Richemondiæ* pro Villa *Fletham* 9 d. *Caſtro Richemondiæ* pro *Carperby* 6 d. *Caſtro Richemundiæ* pro *Lytelfencotes* 2 d. ob. Magna *Cowton* 12 d. *Huton* 12 d. Priori Sancti *Martini* pro *Kerken* & *Lunde* 6 s. 6 d. In toto,	s. d. 42 7 *	
Repriſ.				l. s. 16 6 ob.
Elemoſin. viz. in	Elemosina data & diſtributa pauperibus in Cœna Domini in pane 16 s. 8 d. & in pecuniis 15 s. Eadem die conſimili Elemoſina data & diſtributa ad portas dicti Prioratus pauperibus, ad quod tenentur per chartas Eccleſiæ de *Downum* & *Thomæ de Herneby* & aliis 4 l. 13 d. Conſimili Elemoſina data annuatim debilibus & infirmis perſonis venientibus ad domum Prioratus ex dono *Adæ de Kyrkby*, ad quod tenentur per chartam, 12 d. Conſimili Elemoſina data & diſtributa pauperibus in die obitus *Rogeri Aske* fundatoris 11 s. 6 d. ob. In die obitus *Hugonis Magnaby* & *Galfridi Forſett* Benefactorum ejuſdem Prioratus, ad quod tenentur per chartam 38 s. 4 d. In die obitus *Thomæ Richardſon* 10 s.	l. d. 9 7 ob. †	
Penſion. viz. in	Pensione annuatim ſoluta Capellano exiſtenti apud Hoſpitale vocatum *le Spytell* ex fundatione *Conani* nuper Comitis *Richemundiæ*, ad quod tenentur per chartam,	l. s. d. 4 13 4	

	l.	s.	d.
Valet clare———	48	18	2
Decima pars inde —	4	17	10

* *Rect.* 2 l. 2 s. 4 d. † *Rect.* 9 l. 4 s. 6 d.

Deca-

Decanatus Ruralis de Cateryk.

ordinis Cisterciensis

ABBATHIA DE JOREVALLE *in Com.* Ebor.

ADAM *Abbas ibidem. Rot.* 6.

	SItu Abbathiæ prædictæ cum Gardinis, Pratis, Clauſis & Molendinis eidem annexatis in manibus ſuis occupatis per annum.	s. 65			
	Redditibus & Firmis diverſarum Grangiarum in manibus ſuis retentarum, viz. Grangia de *Laſingby* ſuper *Wyske* 20 l. *Aykarthe* 13 l. 6 s. 8 d. *Rokquicke* 20 l. *Kylgramhow* 10 l. *Newhouſe* 6 l. In toto,	l. s. d. 69 6 8			
	Diverſis Maneriis, Villis, Grangiis, Burgis, Terris, & Tenementis ſubſcriptis, viz. Grangia de *Newſtede* 14 l. 13 s. 4 d. *Helfahall* 4 l. 13 s. 4 d. *Tunſtall* 100 s. *Ryſwyk* 4 l. 13 s. 4 d. Manerio de *Wenſladall* 68 l. 13 s. 4 d. *Horton* 32 l. 5 s. Villa de *Eſtwitton* 32 l. 10 d. *Hutton Hange* 9 l. 6 s. 8 d. *Fyngall* 9 l. *Thorntonſtewerd* 63 s. 4 d. Hamlettis in diverſis Villis, viz. Villa *Newton* in *Villos* 13 s. 4 d. *Tarme* 3 s. 4 d. *Hunton* 3 s. 2 d. Pro libero redditu, *Burton* 12 d. Pro libero redditu 12 d. *Midleton* in *Mires* 46 s. 8 d. *Feryby* pro libero redditu 3 s. 4 d. *Brompton* 8 s. 8 d. *Thirnetowft* 23 s. 4 d. *Walborne* 7 s. 8 d. *Marske* 10 s. *Somercotts* & *Boſton* 60 s. 8 d. *Colehorn* 5 s. *Gillyng* 6 s. *Wynxeley* 2 s. 6 d. *Morton* & *Scruton* 20 s. *Sedbargh* & *Whaſell* 17 s. 9 d. *Langton*, *Whitwell*, & *Mileſimby* 73 s. 4 d. *Exilby*, *Lemyng*, & *Upledon*, *Marske* 26 s. 8 d. *Feldom* 4 l. 16 s. 8 d. *Richmund*, *Derlyngton*, & *Alverton* 24 s. 8 d. *Clifton*, *Milnby* & *Kneton* 11 s. 4 d. *Appleton*, *Thirne*, & *Crofte* 5 s. *Coldeconyſton* & *Hawxwell* 14 s. Villata de *Daltontravers* 4 l. 13 s. 4 d. *Ellingſtring* 73 s. 4 d. *Elyngton* 66 s. 8 d. *Eſtappleton* 40 s. *Murecotte* 33 s. 4 d. *Widdall* 42 s. Molendino de *Eſtwitton* 20 s. Molendino de *Ramſhaw* 13 s. Molendino Fullatico de *Eſtwhitton* 10 s. In toto,	l. s. d. 227 14 11	*Co.* Ebor. *Temporal. val. in*	l. s. d. 340 14 11
	Redditibus & Firmis Domus *Tannar.* prout dim. ad firmum	7 l.			
	Caſualia & in perquiſitis Curiæ	20 s.			

* *in le Willows.*

Co. Lanc. *Spiritual. val. in*	Redditibus & Firmis in Villa de *Kenerdley*.	l. 32	s. 8	d. 4	
Co. Ebor. *Spiritual. val. in*	Decimis Rectoriæ de *Aykſcarth*, viz. Granorum prout dimittuntur ad firmam 13 l. Lanæ 20 l. Agnorum 18 l. Vitulis 8 l. Oblationibus minutis & privatis Decimis, ut in *Libro Paſchali* 12 l. In toto,	l. 71			
	Decimis Rectoriæ de * *Aynderby*, viz. Granorum 8 l. Fœni 18 d. Lanæ 13 s. 4 d. Agnellorum 14 s. Oblationibus privatis & minutis Decimis, ut in *Libro Paſchali*, prout dimittuntur ad firmam, 76 s. 8 d. In toto,	l. 21	s. 6	d. 8	
	Decimis Rectoriæ de *Eſtwhitton*, viz. Granorum 8 l. Fœni 18 d. Lanæ 13 s. 4 d. Agnellorum 14 s. Oblationibus privatis & minutis Decimis, ut in *Libro Paſchali*, prout dimittuntur ad firmam, 46 s. 8 d.	l. 11	s. 15	d. 6	
	Decimis Rectoriæ de *Weſtwhitton*, viz. Manſa cum Gleba ibidem 53 s. 4 d. Decimis Granorum, Fœni, Lanæ, Agnorum, Vitulorum, & omnimodarum aliarum Decimarum, prout dimittuntur ad firmam *Jacobo Metcalf* per annum, 8 l. In toto,	l. 10	s. 13	d. 4	
					l. s. d. 114 15 6
	Summa omnium Temporalium & Spiritualium Abbathiæ prædictæ				l. s. d. 455 10 5

Pensionibus ſolutis tribus Capellanis celebrantibus in Eccleſia Metropolitana *Eboracenſi* ad Altare Sancti *Stephani* ex fundatione *Domini de Vpſall* 20 l. Penſionibus ſolutis Vicariis ejuſdem Eccleſiæ pro obitu dicti *Domini de Vpſall* in feſto Sancti *Martini*, per compoſitionem 4 l. *Johanni Todde* Magiſtro Scholæ Grammaticæ, *Willielmo Coke* Magiſtro Scholæ Cantariæ in *Dunelmia*, pro penſionibus ſuis, ex fundatione *Thomæ Langley* 16 l. 13 s. 4 d. Capellano celebranti in Capella de *Middleton* in Comitatu *Lancaſtriæ*, pro penſione ſua, ex fundatione prædicti *Thomæ Langley*, 106 s. 8 d. Duobus Capellanis celebrantibus in Capella *Laiſynby*, pro penſionibus ſuis, ex fundatione *Johannis Lyghgranes* 10 l. 13 s. 4 d. Dominis de *Bedall* pro libero redditu exeunte de *Eſtwitton* ad ſuſtentationem trium Capellanorum & duorum Clericorum in Capella de *Bedall*, per compoſitionem, ex fundatione Domini *Briani Fytzalan* 18 l. 6 s. 8 d. Capellano de *Wathe* pro penſione ſua per

* Anderby Steeple.

compo-

compoſitionem 33 s. 4 d. Capellano de *Gyllyng* pro penſione ſua, per compoſitionem, 40 s. Capellano de *Lemyng* pro penſione ſua, per compoſitionem 66 s. 8 d. Capellano de pro penſione ſua, per compoſitionem l. 6 s. 8 d. Vicario de *Yerderby* pro penſione ſua, per compoſitionem, 13 l. 6 s. 8 d. Vicario de *Eſtwhitton* pro penſione ſua 100 s. Archidiacono *Richemundiæ* pro hyemali penſione de *Axkſcarth* 26 s. 8 d. Eidem Archidiacono *Richemundiæ* pro annuali penſione de *Aynderbywithſteple* 26 s. 8 d. Rectori de *Bedall* pro penſione exeunte de Decima de * *Huntonhanger* per annum 40 s. Rectori de *Patrikbromptton* pro penſione ſua exeunte de Decimis de *Ayksburghe* 33 s. 4 d. Vicario de *Northalverton* pro penſione exeunte de Decimis de *Laiſynby* per compoſitionem 40 s. Rectori de *Watlouſſe* pro penſione ſua exeunte de Decimis de *Rokewyk* per compoſitionem 13 s. 4 d. Rectori de *Fyngall* pro penſione ſua exeunte de Decimis de *Fyngall* prædicta per compoſitionem 6 s. Penſione ſoluta Eccleſiæ de *Thornetone* per compoſitionem 2 s. Pro *Kylgrama* Rectori de † *Malſhame* pro penſione exeunte de Decimis in *Kylgrama* 4 s. Monaſterio beatæ *Mariæ Eboracenſis* pro libero redditu in *Riſwyk* & *Tunſtall* 31 s. 8 d. Monaſterio de *Fountaine* pro libero redditu de *Horton* in *Ribbiſdayll* 20 s. Hæredibus de *Upſall* pro libero redditu de *Aykburghe* 26 s. 8 d. Priori Sancti *Martini* juxta *Richemundiam* pro libero redditu de *Eſtwitton* & *Thornton* 72 s. Caſtro de *Midleham* pro libero redditu de *Wenſluadall* & *Whyddall* 17 l. Eidem Caſtro de *Midleham* pro libero redditu de *Thonſe* in *Whenſlaudall* 7 s. 8 d. Domino de *Burton* in *Lonſdall* pro Wapentagio de *Horton* in *Ribbiſdayll* 20 s. Domino de *Maſham* pro libero redditu in ‡ *Ellyngſtrints* 7 s. Eidem Domino de *Maſham* pro libero redditu de *Over-Elyngton* 10 s. Dominis de *Bedall* pro libero redditu de *Rockewick* 8 s. 8 d. *Georgio Metcalfe* pro libero redditu & corrodio in *Wenſlaudalle* 33 s. 4 d. Hæredibus *Willielmi Jacſon* pro libero redditu de *Aykburghe* 13 s. 4 d. *Thomæ Luillints* pro libero redditu 6 s. 8 d. *Galfrido Redman* pro libero redditu de *Horton* 6 s. 8 d. *Lu-*

Reſolut. redd. Pen. cum lib. firma.

l.	d.	
163	8	½

* Hutton Hang. † Maſham. ‡ Ellyngſtring.

	cæ Metcalfe pro libero redditu in *Eſtwitton* 40 s. *Laurentio Askewith* pro libero redditu in **Ellyngſting* 13 d. Monaſterio beatæ *Mariæ Eborum* pro libero redditu 4 d. Domino de *Upſall* pro libero redditu de *Fynghall* 6 s. 8 d. *Willielmo Sutton* pro libero redditu de *Aykburghe* 13 s. 4 d. Domino *le Connyers* pro libero redditu de *Appleton* 5 s. Caſtro *Richemundiæ* pro libera firma de *Eſtwitton, Thornton, Fyngall,* & aliis terris, 3 s. 10 d. ob. Domino *le Connyers* pro libera firma de *Horneby* 12 d. Eccleſiæ de *Maſham* pro libera firma de *Horneby* 5 d.	l. s. 22 0 12 ob.
Repriſ.	Feodis Domini *Connyers* Capitalis Seneſcalli *Richmundſchire* 73 s. 4 d. *Jacobi Metcalfe* Seneſcalli in *Wenſlaudall* 53 s. 4 d. *Ricardi Norton* Seneſcalli de *Horton* 30 s. *Ricardi Bolde* Seneſcalli de *Kinerdley* 40 s. *Willielmi Gathred* Seneſcalli de *Eſtwitton* per Sigillum commune 106 s. 8 d. *Mathei* † *Twaith* Ballivi Monaſterii 46 s. 8 d. *Johannis Metcalfe* Ballivi de *Wenſlaudalle* 40 s. *Simonis Jacſon* Ballivi de *Kinerdley* 40 s. *Leonardi Tailior* Ballivi de *Horton* 20 s. *Willielmi Hawe* Ballivi de *Fyngall* 20 s. *Henrici Askewith* Receptoris & Ballivi de *Newſted* 20 s. *Petri Meſſe* Ballivi de *Dalton, Ellington, & Ellingſtring* 13 s. 4 d. *Jacobi Nelſon* Ballivi de *Somercots & Boſton* 20 s. *Jacobi Dent* Ballivi de *Tunſtall & Riſwick* 13 s. 4 d. *Willielmi Barker* Ballivi Baroniæ de *Eſtwitton* 20 s. *Jacobi* ‡ *Twayth* Receptoris Firmarum de *Ayskcarth* 46 s. 8 d. *Rogeri Mangy* Receptoris Firmarum de *Aynderby* 40 s. *Johannis Dixſon* Receptoris Firmarum de *Weſtwitton* 10 s. *Jacobi Dente* Receptoris Firmarum Eccleſiæ de *Eſtwhitton* 20 s.	l. s. d. 33 13 4
Feod. viz. in		
Obit. viz. in	Obitu *Johannis Lighgraves* 13 s. 4 d. Obitu *Thomæ Langley* 13 s. 4 d. Obitu *Alani Standeley* 13 s. 4 d. In toto,	40 s.
	Elemosinis datis & diſtributis pauperibus ſingulis diebus Dominicis, Feria ſecunda, tertia, & quinta, exeunt. & provent. de 26 quarteriis frumenti per annum 10 l. 8 s. 24 quarteriis Braſii ordeaci per annum 8 l. In toto,	l. s. 18 8

* Ellyngſtring. † Thwait. ‡ Thwait.

Confimili

Elemoſin. viz. in

	l.	s.	d.
Conſimili Elemoſina data & diſtributa pauperibus heremitis & pueris in pane, allecibus, albis & rubiis, per annum	4	13	4
Conſimili Elemoſina data Parochianis de *Ayſcarth* in Cena Domini, ad quod tenentur per chartam 6 s. 8 d. Conſimili Elemoſina data Parochianis de *Eſtwitton*, ad quod tenentur per chartam 6 s. 8 d. Conſimili Elemoſina Parochianis de *Aynderby*, ad quod tenentur per chartam 3 s. 4 d. In toto,		s.	d.
	16	8	

	l.	s.	d.
Summa Repriſ. Abbathiæ prædictæ	222	12	
Et valet clare	234	18	5
Decima pars inde	23	9	10 ½

PRIORATUS MONIALIUM DE ELLERTON.

JOHANNA *Prioriſſa ibidem. Rot. 7. dorſo.*

Co. Ebor. Temporal. val. in

	l.	s.	d.
SItu Prioratus cum Ortis, Molendinis, Pratis, & Gleba eidem annexatis & in manibus ſuis occupatis.	8		
Redditibus & Firmis in diverſis Villis & Villatis ſubſcriptis, viz. in Villa de *Barforth* 53 s. 4 d. *Carleton* 20 s. *Melſhamby* 10 s. *Barton* 8 s. *Richemondia* 10 s. 4 d. *Walborne* 20 s. *Bellerby* 15 s. *Conſtabellburton* 10 s. *Studow* 6 s. Libera Firma in *Herneby* 2 s.	7	14	8
	15	14	8

	l.	s.	d.
Summa omnium Temporalium Prioratus prædicti	15	14	8 ut ſupra.

Inde

Repriſ. reſol. red. viz. in

	s.	d.
Redditibus reſolutis *Thomæ Aiſlaby*, hæredibus *Thomæ Thewresby*, & hæredibus *Johannis Spence* pro ſitu Prioratus 2 s. 2 d.	4	2
Caſtro *Richemondiæ* pro terris in *Bellerby* 6 d. Domino *Scrope* pro terris in *Stodow* 18 d.		

	l.	s.	d.
Valet clare	15	10	6
Decima pars inde		31	ob. q.

ABBA-

ABBATHIA DE EGGLESTON *in Com.* Ebor.

THOMAS DARNETON *Abbas ibidem.* *Rot.* 2.

Co. Ebor. Temporal. val. in	SItu Abbathiæ prædictæ, una cum Gardinis, Pomariis, Ortis, Clausis, Molendinis & terris arabilibus in manibus suis occupatis.	l.	s.	d.				
		9	6	8				
	Dominiis, Maneriis, Grangiis, Villis, Terris, & Tenementis subscriptis, viz. Villa de *Starfforde* 10 l. 6 s. 1 d. *Thorpe* 40 s. *Lyrtington* 30 s. *Baderſdale* 20 s. *Richemond* 9 s. *Sadbury* 4 s. *Middletontyars* 8 s. *Kilbyngton* 12 l. 12 s. 5 d. *Skeythby* 103 s. 4 d. *Milton* 8 l. 13 s. 4 d. In toto,	l.	s.	d.	l.	s.	d.	
		42	6	2	53	12	10	
Epiſc. Dunel. Temporalia val. in	Redditibus & Firmis infra Villam Castri *Barnardi* 20 s. *Egleſton* 20 s. In toto,	40 s.						
Co. Ebor. Spiritual. val. in	Decimis Garbarum & Fœni Rectoriæ de *Magna Osburne* 4 l. *Stratfford* 26 s. 8 d.	s.	d.					
		106	8					
	Decimis Ecclesiæ de *Arkyndale*, viz. Agnorum & Lanæ 40 s. Feni 20 s. Oblationibus 10 s. Decimis Plumbi 40 s. Vitulorum, & aliarum minutarum Decimarum, ut in *Libro Quadrageſimali* 16 s. In toto,	l.	s.		l.	s.	d.	
		6	6		11	12	8	
					l.	s.	d.	
Summa omnia Temporalium & Spiritualium Abbathiæ prædictæ —					65	5	6	
Reſol. red. val. in	RESOLUTIS Redditibus annuatim Domino Regi pro terris in *Barnard Caſtell* 11 d. Castro *Richemondiæ* pro terris adjacentibus Abbathiæ 2 s. 10 d. ob. Ballivis *Richemondiæ* pro terris in Villa *Richemondiæ* 23 d. Hæredibus *Thomæ Mounteforth* pro terris in *Strafford* 4 s. Priori de *Marton* 8 s. *Montis Sancti Johannis* 12 d. Castro *Richemondiæ* pro terris in *Stratford* 2 s. 4 d. Episcopo *Dunelmenſi* pro terris in *Kilvyngton* 66 s. 8 d. Hæredibus *Thomæ Cleſeby* pro terris in *Skeithby* 5 s. 7 d. *Willielmo Parre* Armigero pro terris in *Lyrtyngton* 10 s. 5 d. Rectori de *Rombaldchirche* 6 s. In toto,	s.	d.					
		109	8 ob.					
Penſion. viz.	PENSIONE soluta cuidam Capellano apud *Stratford* pro anima *Ricardi Tyndall* 66 s. 8 d. Capellano Cantariæ apud *Ellerton* pro animabus hæredum *Thomæ Cleſeby* 66 s. 8 d. Capellano apud *Rombaldchirche* 66 s. 8 d. Capellano apud *Richemondiam* 66 s. 8 d. Archiep. *Eboracenſi* pro Ecclesia de *Usborne*	l.	s.	d.				
		14	8	8				

prædicta

prædicta 5 s. Archidiacono *Richemondiæ* pro eadem Eccleſia de *Uſeborne* 5 s. pro Eccleſia de *Stratford* 2 s. In toto,

Synod. & Procur. viz. in — Sinodalibus & Procurationibus Archidiacono *Richemondiæ* pro Eccleſia de *Usborne* 13 s. 4 d. Eccleſia de *Stratford* 8 s. 2 d. ob. In toto,

s.	d.	l.	s.	d.
21	6 ob.	28	18	4

Feod. viz. in — Feodo Domini *Dacres* Seneſcalli terrarum ejuſdem Abbathiæ 40 s. *Ambroſii Middleton* Seneſcalli Curiæ 20 s. Feodo *Willielmi Shipperti* Ballivi & Receptoris de *Kilbyngton* & *Stratford* 20 s. In toto, — 4 l.

Elemoſin. viz. in — Elemosina qualibet ſeptimana data Pauperibus & indigentibus 12 d. In Denariis ex ordinatione & fundatione Domini *Dacres* Fundatoris per annum 52 s. Conſimili Elemoſina diſtributa pauperibus qualibet quinta feria ante feſtum Paſchæ in pane ad valorem 6 s. & in Denariis per tempus prædictum 4 s. 4 d. Conſimili Elemoſina data ſexaginta pauperibus in die Nativitatis Sancti Jonis Baptiſtæ, pro anima *Johannis* quondam Rectoris de *Rumbaldchirche* annuatim 15 s. In toto,

s.	d.
78	4

ABBATHIA DE COVERHAM *Com.* Ebor.

Rot. 7.

SItu Abbathiæ prædictæ cum Gardinis, Pomariis, Clauſis, Pratis, Paſturis, Boſcis, Silvis, Terris arabilibus, Molendinis eidem annexatis, in manibus ſuis occupatis. — 12 l.

Redditibus diverſis Grangiorum, Terrarum, & Tenementorum ſubſcriptis, & in manibus dicti Abbatis occupatis, viz. Grangia de *Serafton* 6 l. uno Tenemento in *Slapegyll* 60 s. uno Tenemento in *Carleton* 60 s. uno Tenemento vocato *Arundalhouſe* 60 s. uno Tenemento in *Caudbergh* 40 s. — 17 l.

Co. Ebor. Temporal. val. in — Dominiis, Villis, Terris & Tenementis ſubſcriptis, viz. Villa de *Scrafton* 113 s. 8 d. Villa de *Caudebergbe* 113 s. 4 d. *Swynſyd* 6 l. 13 s. 4 d. *Hyndlagwathe* 66 s. 8 d. *Arkyllſyd* 6 l. 13 s. 4 d. *Carleton* 20 s. *Melmerby* 4 l. *Agyltbroppe* 26 s. 8 d. *Crakcall* 14 l. *Menythrope* 6 l. 8 d. *Civitas Eborum* 10 s. *Thexton* 11 l. 8 d. *Lemyng* 10 s. 8 d. *Newby* 10 s. *Taffurthe* 8 s.

l.	s.	d.
87	14	8

l.	s.	d.
116	14	8

Anderby 10 s. *Wytwell* 3 s. *Preſton* 5 s. *Watlows* 25 s. *Elyngton* 13 s. 4 d. *Eſthawcſwell* 26 s. 8 d. *Walburne* 40 s. *Richmund* 20 s. *Sedberwe* 15 s. *Hernby* 30 s. *Feyrby* 13 s. *Redmyer* 6 l. 5 s. 4 d. *Thoralby* 70 s. *Garſdall* 11 s. 4 d. In toto,

Co. Ebor. *Spiritual. val. in*

Decimis Rectoriæ de *Coverham*, viz. Granorum 100 s. Fœni 40 s. Lanæ & Agnorum 7 l. Vitulorum & aliis minutis & privatis Decimis, ut in *Libro Paſchali.* — 20 l.

Decimis Rectoriæ de *Sedberwe*, viz. Granorum 10 s. Lanæ & Agnorum 30 l. Fœni 40 s. per annum. — l. s. 41 10

Decimis Rectoriæ de *Downeham*, viz. in Decimis Granorum & Fœni 100 s. Agnellorum Lanæ & Vitulorum 50 s. — l. s. 7 10

Decimis Rectoriæ de *Kettyllwell*, viz. in Decimis Granorum 15 s. Fœni 15 s. Agnorum & Lanæ 6 l. Vitulorum cum oblationibus & aliis minutis & privatis Decimis, ut in *Libro Paſchali* 20 s. — l. s. 8 10

l. 91

Co. Dunel. *Spiritual. val. in*

Decimis Rectoriæ de *Seham* valet in Decimis & Oblationibus per annum — l. s. 13 10

Summa omnium Temporalium & Spiritualium Abbathiæ prædictæ — l. s. d. 207 14 8

Inde

Reſolut. Redd. viz. in

Redditibus reſolutis annuatim, viz. Caſtro de *Middelham* pro Villa de *Scrafton* 3 d. Prædicto Caſtro de *Middleham* pro *Sclapegill* & *Carleton* 2 s. 2 d. Caſtro *Eborum* pro Finibus & Wardis pro *Menythorppe* 6 s. Hoſpitali Sancti *Leonardi* infra *Eborum* pro Villa de *Theyxton* 18 d. Monti *Sancti Johannis* pro *Feyrby* 6 d. Rectori de *Maſam* 2 d. Domino *le Scrope* pro Finibus & Wardis in *Ridmyre* 2 s. 8 d. Abbati Sanctæ *Agathæ* pro Villa de *Garſdall* 16 d. — s. d. 15 9

Pensionibus Synodalibus & Procurationibus ſolutis annuatim, viz. pro Synodalibus & Procurationibus Archidiacono *Richemondiæ* pro Rectoria de *Coverham* 23 s. Archiepiſcopo *Eborum* pro Penſione Eccleſiæ de *Sedberwe* 20 s. Archidiacono *Richemondiæ* pro Penſione de *Sedberwe* 40 s. Priori de *Connyſſyde* pro Eccleſia de *Sedberwe* 20 s. Monti *Sancti Johannis* pro penſione 4 l. Priori Sancti *Martini* 3 s. 4 d. Domino Archiepiſcopo pro Procurationibus Eccle-

Pension. viz. in siæ de *Kettylwell* 13 s. 4 d. Synodalibus Ecclesiæ de *Kettellwell* 12 d. Priori de *Bolton* pro pensione Ecclesiæ de *Kettellwell* 20 s. Domino Archiepiscopo pro pensione de *Kettellwell* 20 s. 8 d. Camerario Ecclesiæ Metropolitanæ *Eborum* pro Ecclesia de *Kettellwell* 18 s. 4 d. *Roberto Kyrkeby* Capellano de *Ridmyer* celebranti imperpetuum 6 l. *Adæ Midelham* Capellano de *Thoralby* celebranti imperpetuum 100 s. Capellano celebranti in *Feyrby* pro animabus *Jacobi Cowper*, & pro parentibus suis imperpetuum 100 s. In toto, — l. 24 8

Repris. — l. 36 s. 16 d. 5

Elemosina data & distributa pro anima *Radulphi Nevil* Comitis Westmerlandiæ 20 s.

Elemosin. viz. in Elemosina data & distributa pauperibus in cœna Domini secundum antiquam consuetudinem in panibus & alicibus rubiis & albis, & moneta pueris, heremitis, & aliis pauperibus 40 s. — s. 60

Feod. viz. in Feodis Domino *Christophero Conyers* Senescallo Terrarum 4 l. *Thomæ Ray* Senescallo Curiæ 13 s. 4 d. *Godfrido Metkalfe* Ballivo de *Coverham* 20 s. *Roberto Kay* Ballivo de *Thexton* 13 s. 4 d. *Johanni Curdake* Ballivo de *Menythorppe* 13 s. 4 d. *Radulpho Symonson* Ballivo de *Crakehall* 13 s. 4 d. *Edwardo Lofthouse* Ballivo de *Swynsyde* 13 s. 4 d. *Johanni Tysen* Ballivo de *Caudbergh* 13 s. 4 d. — l. 9

	l.	s.	d.
Valet clare	160	18	3
Decima pars inde —	16	22	

HOSPITALE SANCTI NICHOLAI *in* Richemundia.

RICARDUS BALDWIN *Magister ibidem. Rot.* 3.

Co. Ebor. *Temporal. val. in*

Situ Hospitalis cum Gardinis, Pomariis, Clausis, & Terris arabilibus eidem annexatis per annum. — 8 l.

Dominiis Tenementis, viz. in Balliva de *Skeitby* 20 s. *Jolbye* 13 s. 4 d. *Newesham* 13 s. 4 d. *Huddeswell* 10 s. *Richemond* 52 s. 8 d. *Cateryk*, *Constabylburton*, & *Harneby* 2 s. 8 d. — * 112 s.

	l.	s.	d.
	13	12	

Reliquæ Galeanæ p. 267.

* *Rectius* 110 s.

Repris.

Repriſ. *Elem. viz. in* — Elemosina data Ancariſtæ Villæ *Richemondiæ* incluſæ ex Elemoſina Domini Regis, ut in pretio unius quarterii & quatuor modiis frumenti ex donatione & conceſſione *Johannis* nuper Comitis *Richmondiæ*. — 12 s.

Penſion. viz. in — Pensione cuidam Capellano diatim miſſam celebranti tam in Capella Sancti *Nicholai*, quam in Capella Sancti *Edmundi* Regis in *Richemundia* ex fundatione *Nicholai Kyrkeby* per Compoſitionem. — 60 s.

72 s.

Et valet clare — 10 l.

Decima pars inde — 20 s.

DECANUS DE MYDDLEHAM.

Simon Welden *Incumbens*. *Rot.* 10. *dorſo*.

Decan. val. in

	l.	s.	d.	l.	s.
Manſione cum terris Dominicalibus —	4	6	8	15	16
Decimis granorum 26 s. 8 d. Fœni 13 s. 4 d. Lanæ & Agnellorum 33 s. 4 d.	l.	s.	d.		
Vitulorum 6 s. Penſione de Domino noſtro Rege 5 l. Minutis & privatis Decimis, ut in *Libro Paſchali*, 3 l. 10 s.	12	9	4		

Repriſ. viz. in — Penſione annuali Archidiaconi *Richemondiæ* — s. 6 d. 8

	l.	s.	d.
Et valet clare —	16	19	10
Decima pars inde —	11	4	

Nº. XIII.

Donatio Veteris Lambalæ, &c. *Deo & S. Martino* *Majoris Monaſterii *in Britannia per* Galfridum Boterellum.

Lobin. Hiſt. de Bret. T. II. *p.* 118.

Gaufredus Britannorum Comes, qui & *Boterellus* cognominabatur, dum de rebus ſuis aliquid Deo & beato Martino *Majoris Monaſterii* dare diſpoſuiſſet, Dominum *Bernardum* tunc ejuſdem Monaſterii Abbatem ad ſe accerſiri præcepit. Cumque prædictus Abbas ad ejus juſſionem ad *Dolum* caſtrum, ubi Comes ipſe tunc forte aderat, perveniſſet, dedit Deo & beato Martino per manum ejus *Veterem Lambalam*, & *Montem Boeti*, & *Medietariam Gaufredi* Comitis de *Sancto Airando*, & totam illam terram quæ eſt inter *Novam Lambalam* & aquam quæ vocatur *Goiſſan*. Huic dono interfuerunt D. Abbas *Bern. Drogo* bajulus ejus, qui fuerat Archiepiſcopus Remenſis, *Gaufridus de Sablolio*, *Eualdus de Puteolo*, *Andreas de Gomes*, *Goſmarus* Abbas Trecacenſis, ex parte Comitis: Ipſe Comes, *Gaufredus* ſcilicet *Boterellus*, *Eudo* Capellanus ejus, *Andronicus* Magiſter ejus, *Rannulphus* Camerarius ejus, *Morihenus* Diſpenſator, *Hominicus* filius *Eudonis*, *Blenlevez* frater ejus, *Judicalis Rufaldus*, *Deriandus* Baſtardus, *Salomon Bornicus*, *Coluredus* filius *Trianni*, *Juhel* frater ejus, *Radulphus de Lindiacis*, *Judicalis Piron*, *Paganus* Præfectus *Doli*, *Herveus* Præfectus, *Urvodius* Baliſtarius, &c. *B.* Canonicus S. Briomari. Hoc donum conceſſerunt etiam omnes fratres ejus, *Brientius* videlicet Comes Anglicæ terræ, & *Alanus* Rufus ejus ſcilicet Succeſſor, atque alter *Alanus*, qui & *Niger* dicebatur, *hic etiam tertius ſucceſſit in regno*, & quidam qui ſororem ejus baſtardam uxorem duxerat, *Guiſandus de Pleveno*. Titres de Marmontier.

Anno ab Incarnatione Domini MLXXXIV, Ordinationis autem Domini Abbatis *Bernardi* primo, B. memoriæ *Bartholomæi* Succeſſoris, perrexit Dominus Abbas *Bernardus* in Britanniam propter *Majoris Monaſterii* utilitatem, ibi donavit per manum ejus *Gauffredus* Comes, filius *Eudonis* Comitis, Sancto Martino *Majoris Monaſterii* duas mediaturas cum bubus & agricolis in quadam inſula quam *Bribiacum* † vocant. Teſtes ſunt hujus rei *Gauffredus* ipſe Comes, *Roſbertus* frater ejus, *Haimo* Vicecomes.

---

* Marmontier. † Brehac.

N°. XIV.

Enqueſt *pour* Henri d'Avaugour, *en la quelle pluſieurs temoins ont ete ouis, qui depoſent que*, &c.

Lobin. Hiſt. de Bret. Tom. II. *p.* 386.

AUtres temoins diſent, Que le Comte *Eſtienne* eut trois enfans, *Geffroi*, *Alain*, & *Heury* aienl de ceſt *Henri* ci-deſſus. *Geffroi* pourſuivit ſon pere, qui lui donna *Lamballe* & tout *Pentevre*. *Alain* fut envoie en Angleterre, & fut *Comte de Richmont*. *Henri* demeura avec ſon Pere. Du vivant du Pere deceda *Geffroi*, auquel ſon fils *Rivallon* ſucceda a *Lamballe* & *Pentevre*. *Alain* de retour d'Angleterre eſpouſa la fille de *Conan* Comte de *Rennes*, *Eſtienne* le pere mort, ſon fils *Henri* lui ſucceda aux terres de *Treguer* & *Guengamp* apres la mort du Comt *Alain*, ſon fils *Conan* qui lui ſucceda, chaſſa le dit *Henri* de *Treguer*, a l'aide du *Vicomte de Rohan*. Depuis le dit *Henri* recouvra *Treguer* & *Guengamp*, & les a poſſidez juſqu'a ce que le Comte *Geffroi* fils de *Henri* Roi d'Angleterre eſpouſa *Conſtance* fille du Comte *Conan*, lequel eſtoit fils du dit *Alain* Comte de *Richmont*, lequel Comte *Geffroi* oſta a *Alain* fils dudit *Henri* les dites terres. Le dit *Geffroi* mort, le dit *Alain* & ſes freres firent la guerre a la dite *Conſtance* & *Arthur* ſon fils. Le decez advenu de la dite *Conſtance* & du dit *Artur*, *Alain* s'aboucha avec *Geffroi* Comte de *Lamballe* fils dudit *Rivallon*, qui lui donna *Pentevre*, & ſon droit de Primogeniture en tout la terre qu'il avoit en *Bretagne*. Quoi fait; ledit *Alain* mena ledit *Geffroi* vers le Roi de France *Philippe*, ou en la preſence du Roy, il ſe demit de ſa terre au profit du dit *Alain*, du conſentement de ſes Neveaux enſans de *O. Tournemine* & d'*Edie ſa Sœur*; & le Roy receut ledit *Alain* a foi & hommage deſdites terres; deſquels il a joui long tems.

N°. XV.

Carta R. de Brus *de Manerio de* Elewik *data* Agathæ *fil. ſuæ in maritagio.*

Ex Originali in Bibl. Cotton.

HOC eſt Maritagium, quod * *Robertus de Brus* dedit *Agathæ* filiæ ſuæ in liberali maritagio, quando eam *Radulfo Ribaldi* filio dedit; videlicet, AILEWIC in HERTENES cum omnibus rebus & terris quæ ad illud Manerium pertinent, ita libere ſicut ipſe *Robertus* in ſuo dominio tenebat. Teſte *Waltero Eſpec*, & *Ricardo de Rolos*, *Willielmo Capellano*, & *Petro de Brus*, & *Elnaldo Perci*, *Gerardo de Lacel*, & *Unfredo de Turp*, & *Willielmo de*

* *Obiit* Rob. Bruce *quinto Id. Maii*, A.D. 1141. R. Steph. *ſexto*, *non ſecundo*, *ſicut in* Mon. Angl. T. II. p. 148. b. 45.

Rogeris,

Rogeris, & *Gofrido Loheren*, & *Rogero Arundel*, & *Hilberto Pagilnello*, & *Wiguen Landri* filio, & *Alano Pincerna*, & *Erraudo*, & *Acario*, & *Herveio Ribaldi* filio, & *Guerri*, & *Roberto Guelegauta*, & *Gofrido de Wallos*, & *Judichello de Cotona*, & *Hugone Gernaguen*, & *Silveſtro de Hocheſuel*, & *Radulfo* fratre ejus, & *Lamberto* filio *Hadene*, & *Gammello* filio *Douenaldi*, & *Garneguen* filio ſuo, & *Radulfo* filio *Radulfi*, & *Roberto Joli* filio, & *Roberto Magno*, *Rogero* Sacerdote, & *Bernardo* Sacerdote qui deſponſavit eos.



Sigillum. *Robti de Brus.*

N°. XVI.

p. 99.

Donatio Terræ de Engelbie *Eccleſ. SS. Trinitatis de* Saveigneio *in* Normannia *per* Alanum *Comitem* Richmundiæ & Britanniæ *circa* A.D. * 1144.

Lob. Tom. II. *pag.* 292.

QUoniam Nobilium eſt hominum quoſque Religioſos pro poſſe ſuo venerari, eorumque poſſeſſiones tueri, & augmentando de ſuis propriis largitionibus accreſcere. Ego *Alanus* Comes Angliæ, & indigena Comeſque *Britanniæ*, dedi Eccleſiæ S. Trin. de *Savigneio* in elemoſinam pro animabus patris matriſque meæ & uxoris, filii quoque mei totam terram de *Englebie* in manus Domini *Petri* Monachi, ſolutam ab omni exactione, & perpetuo ad Dei ſervitium quiete poſſidendam: Quod donum manifeſtum fore quæro ſequacibus meis, tibi præcipue *Roaldo* tanquam Coneſtabulo, & *Radulpho* Dapifero & *Theobaldo* Capellano, & *Scollando* & omnibus Francigenis & Anglicis, tam Clericis quam Laicis, me ſic quietum & liberum ab omni ſervitio conceſſiſſe, & quidquid in terra Abbatiæ habebam eidem *Petro* dediſſe. Hanc itaque terram a me datam & conceſſam in pratis & nemoribus, in paſcuis & in aquis, ſic ſciat omnis mea poſteritas datam deinceps in pace poſſidendam. Me teſte, & *Hainrico* fratre meo, & *Henrico Filgerienſi*, & *Alano Dinannenſi*, apud *Redonem*, in die *Theophaniæ*. Hunc ſiquidem *Petrum* vobis ex integro commendo, tanquam meum amicum & præcipuum fidelem, cui me totum & in maximo periculo commiſi, qui corporis vitæque meæ cuſtos optimus extitit. Hunc in pratis & nemoribus, in paſcuis cuſtodite, huic honorem & reverentiam exhibete. De cætero vobis notum facio, quod *Garnerii* ſervitium ei omnino condonavi. *Tit. de Savigne.*

---

* Vid. Mon. Ang. T. I. p. 869, 870.

N°.

N°. XVII.

Alani III. *Conceſſio Burgi de* Richemont *Burgenſibus ejuſdem.*

Ex Autographo penes Majorem & Aldermannos, Aug. 19. 1665. *Vid.* Dugd. Viſitat. Ebor. in Officio Armor. Lond.

ALanus Comes Britanniæ & Angliæ Dapifero ſuo, Conſtabulario, & omnibus Baronibus & hominibus ſuis Francis & Anglis, ſalutem. Volo vobis notum fieri, me conceſſiſſe & dediſſe imperpetuum Burgenſibus meis de *Richemont*, Burgum meum & terram de FONTENAIS in Feudo firma, reddendo mihi in ſingulis annis xxix libras: Et volo quod eam bene & libere & honorifice teneant in planis & nemoribus, in paſcuis & in aquis, in pratis & in omnibus locis, & ipſi & hæredes ſui de me & de meis hæredibus teneant & habeant. Teſtibus *Scollando*, *Roberto* Camerar. *Eudon.* Vic. *Acaria*, *Theoboldo Capell. Rogero de Aſc. Copſi. Baldewin.*

N°. XVIII.

Ejuſdem *Conceſſio Libertatum & Conſuetudinum iiſdem Burgenſibus, quas habuerunt ſub Avunculo ſuo* Alano, *& Patre* Stephano *Comitibus* R.

Ibid.

ALanus Comes Angliæ & Britanniæ Dapifero ſuo & Vicecomiti, & omnibus Baronibus ſuis Francis & Anglis, ſalutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe & dediſſe Burgenſibus meis de RICHEMONT illam libertatem quam habuerunt in tempore Avunculi mei *Alani Comitis*, & in tempore patris mei *S. Comitis*. Et volo quod ita bene, & in pace, & quiete res ſuas teneant & habeant, cum omnibus ſuis conſuetudinibus liberis in villa & extra villam, in planis & nemoribus, & ubicunque ſint meam firmam pacem eis dono & concedo, & ſi aliquis eis forisfecerit, ad me veniant, vel ad Dapiferum meum, ut eos manuteneat, & in meo loco rectum eis faciat. Teſtibus *Conano* Archidiac. *Scolland. Ruald.* Conſtabular. *Hugone* fil. *Jarneg. Alano* Pincerna, *Briano* fil. *Scollandi*, *Baldewino de Multon*, *Alvi*, &c.

N°. XIX.

Conani Com. *Confirmatio Libertatum ſuarum Burgenſ. de* Richemund.

Ex Autogr. penes Majorem & Burgenſes de R. A. D. 1665. Vide *Dugdal. Viſit. Ebor. in Coll. Arm. Lond.*

*C*Onanus Dux Britanniæ, Comes *Richemundiæ*, Dapifero ſuo, & Camerario, & omnibus Miniſtris ſuis atque Baronibus, & omnibus hominibus ſuis Francis & Anglis, ſalutem. Notum ſit vobis omnibus me conceſſiſſe, & hac mea carta confirmaſſe Burgenſibus de *Richemund.* ut habeant eaſdem conſuetudines, & eas libertates quas habuerunt & tenuerunt tempore meorum anteceſſorum, quas mei anteceſſores, ſcilicet Comes *Stephanus* Avus meus, & Comes *Alanus* pater meus, & mei alii anteceſſores, eis conceſſerunt, & cartis ſuis confirmaverunt. Quare volo firmiterque præcipio, ut ipſi eas conſuetudines atque libertates habeant & teneant bene & in pace, & honorifice & libere, in Burgo & extra Burgum, in foro & extra, in villa & extra, in boſco & plano, in viis & ſemitis, in omnibus aliis conſuetudinibus liberis & libertatibus: Et prohibeo ne aliquis ſuper hæc eis aliquod impedimentum, vel aliquam injuriam inde fecerit; ſed precor omnes meos homines & amicos, ut eos ad hæc manuteneant & protegant. Teſtibus *Radulfo* Archidiacono, *Alano* Conſtabulario, *Richardo* filio *Philippi*, *Willielmo de Cogneriis*, *Abraham* Sacerdote, *Waltero* filio *Acariæ*, *Alano de Mulatuna*, *Radulpho de Mideltuna*, *Rolando de Sennoc*, *Hermero* filio *Edivæ*, *Philippo* filio *Aldredi*, *Rualdo* filio *Gamelli* apud *Redon.*

N°. XX.

Conceſſio Terræ Avi ſui Roberto de Monaſterio.

Ex Collection. Rog. Dodſworth in Bibl. Harleiana.

*A*Lanus III Comes Britanniæ & Angliæ Dapifero ſuo & Camerario ſuo, & omnibus Baronibus ſuis Francis & Anglis, ſalutem. Sciatis me dediſſe *Roberto de Monaſterio* terram *Roberti* avi ſui, & quam *Galfridus* pater ſuus poſtea tenuit, & *Liſerus* patruus ſuus, in terris, & aquis, & ſylvis & pratis, & omnibus aliis, excepto quod in manibus meis teneo ſervitium *Gaufridi de Trehampton.* Teſtibus Com. *Conano*, *Henrico de Filgeriis*, *Alano de Ram*, & *Caſſandra Avock*, *Galfrido de Furnell*, *Torphino* filio *Roberti*, apud *Plonarmell.*

N°. XXI.

Conceſſio terrarum in Bolton [*ſiep.* Swale] Radulfo *filio* Andulphi.

Ex Regiſtr. B. Mar. Ebor. in Biblioth. Harleyana.

SCiant omnes qui legerint vel audierint Literas has, quod ego *C. Abbas Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ Ebor.* cum communi conſilio & conſenſu Capituli noſtri conceſſi & dedi *Radulpho* filio *Andulphi* & hæredibus ſuis, tenere de nobis in feodo & hæreditate duas bovatas terræ, & ſex acras, & quartam partem unius acræ in BODELTONA, quas videlicet *Acaris* & *Bernærus* avunculus ejus in Elemoſina Eccleſiæ noſtræ dederunt. Reddet autem nobis inde *Radulphus* & hæredes ſui pro eadem terra annuatim ſexdecim denarios integre ad Pentecoſtem. Hoc autem eis conceſſimus quamdiu ſe legaliter erga nos habuerint, & prædictum cenſum ſuum reddant. Si vero contigerit eos vi vel ratione prædictam terram amittere, nos dabimus eis excambium. Sciendum eſt autem, quod eandem terram per eundem redditum libere tenebunt pro omni ſervitio ad nos pertinente. Teſtibus hiis *Willielmo* filio *Clarebaldi*, *Gaufrido Cornaro* nepote Abbatis, *Adam de Kenet*, & aliis multis.

N°. XXII.

Charta Conani *Comitis* TORFINO *filio* ROBERTI de MANFIELD.

Ex originali in Muſeo Harleyano.

Conanus Dux Britanniæ & Comes *Richemundiæ* Dapifero ſuo & Camerario, & omnibus Miniſtris ſuis atque Baronibus, & omnibus hominibus & amicis ſuis, Francis & Anglis, Clericis & Laicis totius Angliæ, ſalutem. Notum ſit vobis omnibus, me conceſſiſſe & reddidiſſe *Torfino* filio *Roberti* totum feudum *Hermerii* atavi ſui, ſcilicet feudum duorum Militum, ſcilicet *Manafeld* cum omnibus pertinentiis, tam plenarie, ſicut unquam ipſe *Hermerius*, vel filia ejuſdem *Hermerii Gutherith*, tenuit illud feudum melius & honoratius, tempore meorum anteceſſorum, ſcilicet tempore Comitis ALANI NIGRI, & Comitis STEFANI avi mei, & tempore Regis HENRICI. Quare volo & præcipio, ut ipſe *Torfinus* & hæredes ſui habeant & teneant prædictum feudum hæreditario jure de me & de meis hæredibus, bene & in pace, & libere & quiete & honorifice, faciendo ſervitium duorum Militum, in boſco, in plano, in pratis, in paſcuis, in viis & ſemitis, in aquis & molendinis, in burgo & extra, in villa

* Clemens Abbas B. Mariæ Ebor. A. D. 1161. 7. Hen. II.

& extra, & terra arabili & non arabili, & in omnibus locis, cum Soco & Saca, & Tol & Tem, & Infangentheof, & Houtfangtheof, & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, ſicut aliquis alius ex meis *Baronibus* feudum ſuum melius & honoratius de me tenet. Teſtibus *Alano* Conſtabulario, *Eudone* avunculo ejus, *Willielmo* fratre Conſtabularii, & *Eudone* fratre ejus, *Ernaldo* Camerario, *Alano* Pincerna, *Reinaldo Boterel*, *Henrico Bertram*, *Toma de Multuna*, *Acaris de Tunſtal*, *Radulpho* Camerario, *Osberto* filio *Ernaldi*, *Ivone* fratre ejus, *Ricardo de Canni*, *Uliano de Clevalandia*, apud Richemund.

N°. XXIII.

Charta Conani *Comitis* MONACHIS de KIRKSTEDE *in agro* Lincolnienſi.

Ex autographo in Muſæo Harleyano.

Conanus Dux Britanniæ & Comes *Richemundiæ* omnibus ſuis hominibus & amicis Britanniæ & Angliæ, & univerſis ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, tam Clericis quam Laicis, ſalutem. Notum ſit vobis, me conceſſiſſe & dediſſe Deo & Abbatiæ de *Kirkeſtede*, & Monachis ejuſdem loci, totam terram meam de SUTHORP juxta *Gayton*, ad quandam Grangiam conſtruendam, vel ad faciendum inde quicquid voluerint, cum omnibus terris meis cultis & incultis, & communiis & pratis & paſturis eidem Grangiæ ex omni parte adjacentibus, quantum pertinet ad feodum meum, & omnes terras & tenementa quæ & quas habui vel habere potui in villa & in territorio de *Gayton*, tam in *Dominico* quam in *Dominio*, cum Capitali Managio meo in eadem villa, & cum Advocatione Eccleſiæ,& cum toto Dominio ejuſdem villæ,& cum omnibus hominibus meis liberis & nativis in eadem villa, & cum eorum tenementis, redditibus, & ſervitiis & conſuetudinibus & pertinentiis, & cum omnibus catallis nativorum meorum, & cum omnibus ſequentibus eorundem in aliquo retinemento, molendinum etiam & *Taccamentum* cum ſtagno, & cum omnibus libertatibus & pertinentiis & eſiamentis ad dictam villam quomodocunque ſpectantibus, ſine impedimento mei vel hæredum meorum, vel Ballivorum meorum, imperpetuum. Ita quod nec ego nec hæredes mei, nec ballivi hæredum meorum Curias noſtras vel Placita noſtra infra libertates & limites de *Gayton* tenebimus, neque Abbatem nec tenentes ſuos liberos aut nativos ad curias noſtras vel ad placita noſtra citabimus, vel citari faciemus pro aliquo terreno ſervitio, neq; pro *Brevi de recto*, neq; pro aliquo *alio Brevi*; ſed ſint ſoluti & quieti pro nobis & hæredibus noſtris & ballivis noſtris, ab omnimoda calumpnia, & conſuetudine, & exactione, & demanda, imperpetuum. Præterea concedo & confirmo dictis Monachis omnes terras & tenementa quæ & quas emerunt & excambiaverunt, cum hominibus meis quibuſcunq; & ubicunq; vel quod habent ex dono & dimiſſione eorundem hominum per totum Dominium meum in *Gayton*, *Welton* juxta *Gayton*, *Terburgh*, *Germunthorp*, *Sanctum Bothulphum*, & alibi ubique in feodo meo in Comitatu *Lincolniæ*. Omnia prædicta dedi & conceſſi Deo & beatæ *Mariæ* & Monachis de *Kirkeſtede*, cum Saca & Soca, & Tol & Theam, & Infangenthef & Houtfangenthef, cum omnimoda forisfactura quæ ad murdrum & latrocinium pertinent, libere & ſolute & quiete, de omnibus

bus placitis & querelis, & de omnibus geldis, ſcutagiis & auxiliis mihi & hæredibus meis qualitercunque ſpectantibus. Concedo ſimiliter & confirmo eiſdem Monachis, quod ſi aliquis vitam vel membrum debeant amittere, vel fugerint & judicio ſtare noluerint, vel aliquod delictum fecerint, pro quo catalla vel vitam vel membrum debeant amittere, ut omnia prædicta & judicia prædictorum ſint dictis Monachis ſine calumpnia mei vel hæredum meorum, aut ballivorum dictorum hæredum meorum imperpetuum, cum omnibus libertatibus, quas Dominus *Henricus* Rex Angliæ, filius Imperatricis, mihi & hæredibus meis prius conceſſerat, in ita liberam, puram & perpetuam Elemoſinam, ſicut aliquis Elemoſina liberius & quietius teneri poteſt vel haberi, præter quod dabunt mihi & hæredibus meis annuatim ad feſtum Sancti *Bothulphi*, pro una dimidia carucata terræ viginti ſolid. tantum, non faciendo aliquam fidelitatem, vel aliquod aliud terrenum ſervitium. Pro hac autem conceſſione dederunt mihi prædicti Monachi trecentas libras Sterlingorum; quare rogo omnes amicos meos pro amore Jeſu Chriſti, ut ſint eis propitii, & pacifici, & favorabiles: Et ego & hæredes mei warantizabimus, acquietabimus & defendemus dictis Monachis omnia prædicta, ſicut noſtram liberam, puram & perpetuam Elemoſinam, contra omnes homines imperpetuum. Hiis teſtibus: *Baldrico de Sygillo*, *Ranulpho Canonico*, *Rogero de Moubray*, *Willielmo de Veſci*, *Hamone Boterell*, *Lamberto de Multon*, *Rogero de Trehamton*, *Roberto* Camerario, *Jocelino de Richemont*, *Alano de Mumbi*, *Lundono de Gremesbi*, *Alfredo de Pointon*, *Fulcone Ribald*, apud *Waſingburgh*.

N°. XXIV.

Charta alia* Conani *Comitis* MONACHIS de KIRKESTEDE.

Ex autographo in Muſeo Harleyano.

Conanus Dux Britanniæ & Comes *Richemundiæ* omnibus hominibus ſuis & amicis, Clericis & Laicis, Britanniæ & Angliæ, & omnibus ſanctæ Eccleſiæ filiis, ſalutem. Omnibus vobis notum ſit, quod inter cætera bona, quæ ad honorem Dei, & pro ſalute animæ meæ & omnium anteceſſorum meorum feci Eccleſiæ beatæ Mariæ de *Kerkeſtede*, & Monachis ibidem Domino ſervientibus in territorio & villa de *Gattuna*, ſecundum quod teſtantur illis chartæ meæ quas habent, concedo Eccleſiam eis in eadem villa & territorio, & dimidiam carucatam terræ quam in manu mea retinueram eo tempore quo dederam eis in Elemoſinam duas carucatas terræ & dimidiam, cum Eccleſia ejuſdem villæ: Hanc itaq; dimidiam carucatam terræ concedo eis in Elemoſinam, & do cum omnibus ei adjacentiis infra villam & extra, libere & quiete, ab omni terreno ſervitio & conſuetudine, & omni exactione, præter quod dabunt mihi & hæredibus meis annuatim xx ſolidos ad feſtum Sancti *Botulphi*, pro illa carucata terræ tantummodo, & ejus pertinentiis. Teſtibus *Willielmo Trecorenſi* Epiſcopo, *Marga-*

* *Vide in* Mon. Angl. T. I. p. 810. b. *aliam* Conani *Com. Chartam Monachis de* Kirkſtede, *quæ & hodie in Muſeo Harleyano aſſervatur.*

reta

reta Comitiſſa, *Gaufrido* Dapifero, *Abraam* Capellano, *Roberto de Guinganp* Cancellario, *Gaufrido* filio *Bonefacii*, *Gaufrido* filio *Loeſi*, *Ricardo* & *Alano* Gemellis, *Willielmo Viario*, *Willielmo de Monbocher*, *Alano Ruffo*, *Alano de Mota*, *Radulpho* Camerario *Gilliberto del Lai*, *Radulpho* filio *Johannis de Hoilanda*, *Conano* filio *Johannis* filii *Maengi*, *Ricardo* filio *Radulphi*, *Alano Dulci*. Apud *Guinganp*.

N°. XXV.

Charta Alani *filii* Briani Alano *f.* Johan. de Eſt Laton, *de Terris in* † Northcutun.

Ex Orig. in Bibl. Cotton.

OMnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit Dominus * *Alanus* filius *Briani*, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, nos conceſſiſſe, & hac præſenti charta mea confirmaſſe pro nobis & hæredibus noſtris *Alano* fil. *Johannis* de ESTLATON, & hæredibus ſuis, vel cui aſſignare voluit, exceptis viris religioſis & Judæis & Presbyteris, tres carucatas terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis in villa & in territorio de NORTHCUTUN, infra villam & extra, ſine aliquo retenemento, quas *Walterus* fil. *David Barri* de NORTHCUTUN conceſſit & remiſit de ſe & hæredibus ſuis, & quietum clamavit Domino *Alano* & hæredibus ſuis, vel cui aſſignare voluerit. Tenendas & habendas prænominato *Alano* & hæredibus ſuis, vel cui aſſignare voluerit, exceptis viris religioſis & Judæis & Presbyteris, de nobis & hæredibus noſtris, libere, ſolute & integre, bene & in pace in perpetuum, faciendo forinſecum ſervitium tantum quantum pertinet tribus carucatis terræ, *ubi ſex carucatæ terræ faciunt feudum unius Militis*. In hujus rei teſtimonium impreſſionem Sigilli noſtri huic ſcripto pro nobis & hæredibus noſtris appoſuimus. Hiis teſtibus: Domino *Ada de Magneby*, *Alano de Eſcherby*, *Johanne* fil. *Michaelis*, *Henrico de Rocheby*, *Galfrido de Magneby*, *Walterus de Gergrave*, *Willielmus de Læybrun*, *Helia de Windhill*, & multis aliis.



p.105

† North Couton. * *Obiit* Alanus *filius* Briani Rich. I. 2do, A.D. 1190.

N°. XXVI.

Charta Pigoti de Scurveton *de terra in eadem* S. Mariæ Ebor. *conceſſa.*

Ex Regiſtro Cœnobii in Muſeo Harleyano.

PIcotus filius *Ranulphi Venatoris* de *Scurveton* omnibus videntibus & audientibus literas has, Francis & Anglis, ſalutem. Sciatis me dediſſe Deo & S. Mariæ in puram & perpetuam Elemoſinam, ſuper altare in Eccleſia S. Mariæ Eborum, quandam terram in *Forneſcroft*, ſolutam & quietam ab omni terreno ſervitio, habentem viginti perticatas longitudinis & decem latitudinis: nominatim ad emendum ‡ ad miſſarum celebrationem in eadem Eccleſia. Quod ſi forte ego vel hæredes mei prædictam terram prænominatæ Eccleſiæ warrantizare non poterimus, eidem Eccleſiæ dabimus excambium. Hanc autem donationem feci præfatæ Abbatiæ pro ſalute animæ meæ, & pro ſalute animarum patris & matris meæ, & omnium parentum & amicorum meorum. Hiis teſtibus: *Goſtcelino Capellano*, *Galfrido Piccario*, *Roberto* filio *Ulfis*, *Thurgiſio de Cellario*, *Ketello Myſoto* Seneſcallo de *Aldeburna*, *Radulfo* filio *Sywardi*, *Thoma* fratre ejus, *Rogero* nepote Sacriſtæ, *Galfrido Puddings*, *Radulfo* Armigero *de Scurveton*, * *Willielmo de Laſcelles*, *Roberto* nepote *Sywardi*, *Gilberto* nepote Sacriſtæ, & multis aliis.

N°. XXVII.

Charta de terra in Briniſton Beatæ Mariæ Ebor. *conceſſa per* Gernagotum Fitz Hugh.

Ex Regiſt. Cœnob. in Bibl. Harleyano.

SCiant omnes tam præſentes quam futuri, legentes vel audientes literas has, quod ego † *Gernagotus* filius *Hugonis* conceſſi, & in præſenti charta mea confirmavi Deo & Abbatiæ Sanctæ *Mariæ* Ebor. & Monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam Elemoſinam, pro anima patris mei & matris meæ, & pro ſalute mea & parentum meorum, totam terram quam pater meus in Elemoſinam dedit eis, quæ eſt inter rivulum qui manat de fonte *Sancti Lamberti*, & cadit in HILUM, & inter magnam viam quæ ducit de *Eborum* in *Richemundiam*, cum prato adjacenti; quam vid. terram homines de *Briniſton* antea ſæpe calumpniaverunt: Et volo quod prædicta Abbatia a me & ab omnibus meis hanc terram liberam & quietam imperpetuum poſſideat.

‡ *Forte* vinum.

* *Subſcribit chartæ* Conani *fil.* Eliæ Willielmus de Laſcelis, *una cum* Alano *filio* Briani. Mon. Angl. T. II. p. 394. b. 47. *Vide oram infimam præcedentis paginæ.*

† *Vixit* Gernagotus *filius* Hugonis *ſub Regibus* Ricardo I. & Johanne.

N°. XXVIII.

Custodia Castelli de Richmond *concessa* ALANO *filio* ROALDI.

Oblat. A. 2. R. Johannis m. 9.

EBOR.

Alanus filius *Roaldi* dat Domino Regi ecc marcas & III palefridos per fic quod Dominus Rex reddat ei custodiam Castelli de *Richemundia* sicut jus suum, habendum & tenendum sibi & hæredibus suis, quamdiu Domino Regi & hæredibus suis bene & legaliter servierit. Plegiis *Adam* filio *Roberti de Carleolo* de x marcis; *Willielmo de Stutevill* de xx marcis; Comite *Patt* ... de XL marcis; *Hugone de Morevilla* de XL marcis; *Henrico* filio *Hervey* de xx marcis; *Widone de Holebec* de c solidis; *Philippo Eskroc* de c solidis. Termin. infra annum, scilicet ad tres Terminos.

N°. XXIX.

Petrus *Comes* Britanniæ *quibusdam terris renunciavit.*

Rym. Fæd. T. I. *p.* 226.

OMnibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, *Petrus* Comes *Britanniæ*. Sciatis me concessisse, & fideliter pepigisse, quod ego, occasione Ballii, quod consilium Domini *Henrici* Regis Angliæ mihi fecit de terris & servitiis feodorum pertinentium ad HONOREM BRITANNIÆ citra *Humbrum*, nichil clamabo, vel clamare potero, in prædictis terris vel servitiis, nisi tantummodo partem illam, quam consiljum prædictum mihi inde assignabit, in prædicta Curia Domini Regis, secundum inquisitionem quæ fiet, per præceptum Domini Regis, de Dominicis HONORIS BRITANNIÆ, & servitiis feodorum pertinentium ad prædictum HONOREM; ita quod idem Dominus Rex voluntatem suam faciat de residuo terrarum & feodorum prædictorum. Et in hujus rei testimonium has Litteras meas Patentes eidem Domino Regi fieri feci. Valete.

Actum apud *Westmonasterium* 6. die Maii, anno regni Domini Henrici Regis secundo.

A. D. 1218. *A.* 2. *H.* 3. *Pat.* 2. *H.* 3. *m.* 6. *d.*

N°.

N°. XXX.

Præceptum ad liberandum HONOREM de RICHMOND Petro *Comiti* Britanniæ.

Clauſ. A. 3. *Henr.* III. *m.* 11.

REX Vicecomiti Lincolniæ ſalutem. Sciatis, quod ita convenit inter Nos & *P.* Comitem *Britanniæ*, cum ultimo eſſet in Anglia ad recipiendum de nobis terras & tenementa, quæ eum contigerunt de *Honore Richemundiæ* de jure uxoris ſuæ, quod de omnibus feodis Militum totius illius *Honoris* remanerent nobis feoda triginta Militum citra *Humbram*, quæ vellemus eligere, & reſidua omnia eidem Comiti remanerent. Nos vero in Comitatu tuo iſta nobis retinuimus, ſcilicet, de *Thoma de Muleton* feodum unius Militis, de *Roberto de Turribus* & participibus ſuis feoda duorum Militum & dimidium; de *Willielmo de Welles* tres partes feodi unius Militis; de hæredibus *Radulfi de Mara* feoda trium Militum; de hæredibus *Henrici Bertram* feodum dimidium Militis; de *Johanne Mara* quartam partem feodi unius Militis; de *Radulpho* filio *Stephani* feodum dimidium Militis; de *Radulpho de Trehamton* feoda duorum Militum; de *Rogero Laſceles* & hæredibus ſuis feod. feoda duorum Militum & dimidium; de *Leſiard de Muſters* feodum unius Militis; de *Johanne de Nevill* feodum unius Militis. Et ideo tibi præcipimus, quod retentis iſtis feodis prænominatis in manum noſtram, eidem Comiti plenam ſeiſinam de reſiduis feodis quæ eum contingunt de dicto HONORE in balliva tua habere faciatis. Teſte *Comite* apud *Weſtmonaſterium* XVI. die Januarii, per ipſum Comitem coram Domino *P. Wintonienſi.*

Eodem modo ſcribitur Vicecomiti *Kantebrugiæ* prædicto modo uſque ad hanc clauſulam: Nos in Comitatu tuo iſta feoda retinuimus, ſcilicet, de *Hamone Pech* feodum unius Militis; de *Warino de Saham* feodum unius Militis; de *Michaele de Furnell* feoda ſeptem Militum. Et ideo tibi præcipimus, quod retentis in manum noſtram, &c. ut ſuperius.

Eodem modo ſcribitur Vicecomiti *Norfolciæ* & *Suffolciæ*, ut ſuperius, uſque ad hanc clauſulam: Nos vero iſta retinuimus in Comitatu tuo, ſcilicet de *Roberto de Maſey* feoda V Militum: Et ideo tibi præcipimus, &c. ut ſuperius.

Eodem modo ſcribitur Vicecomiti *Notinghamiæ* uſque ad hanc clauſulam: Nos vero iſta retinuimus in Comitatu tuo de *Johanne de Nevill* feodum unius Militis: Et ideo tibi præcipimus, &c. ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur Vicecomiti *Hertfordiæ* uſque ad hanc clauſulam: Et quia Nos de prædictis triginta feodis Militum plenam ſeiſinam habemus in Comitatibus *Lincolniæ*, *Cantebrigiæ*, *Norffolciæ*, & *Suffolciæ*, & *Notinghamiæ*, tibi præcipimus, quod de omnibus terris & tenementis prædictum Comitem contingentibus de HONORE RICHEMUNDIÆ de jure *Aliciæ* uxoris ſuæ eidem Comiti plenam ſeiſinam habere faciatis. Teſte ut ſupra.

N°. XXXI.

Pro Monachis de Jorevall, *ut ſint quieti de* Theoloneo.

R. Cart. A. 12. *H.* 3. *m.* 9.

REX, &c. ſalutem. Sciatis nos inſpexiſſe chartam *Henrici* Regis avi noſtri *Monachis de Jorevall* factam in hæc verba: *Henricus* Rex Angliæ, &c. Comitibus, Baronibus, Juſtitiariis, Vicecomitibus, & omnibus Miniſtris ſuis Anglis & Normannis, & nominatim Portuum Maris, ſalutem. Præcipio vobis, quod *Monachi de Jorevall*, & homines & omnes res eorum, ſint quieti de Theolonio & Paſſagio & Pontagio, & de omni alia conſuetudine per totam terram meam in Anglia & Normannia; & prohibeo ne quis eos injuſte diſturbet, ſuper forisfacturam decem librarum. Teſte *H. Epiſcopo Baiocenſi*, & *Saiero de Quincy apud Burn.* Nos gratam hanc conceſſionem ratam & gratam habentes, eam *Abbati* & *Monachis* prædictis ſigillo noſtro concedimus & confirmamus. Hiis teſtibus: *E. Londonienſi*, *J. Bathonienſi*, *R. Sariſburienſi*, *W. Carleolenſi*, Epiſcopis; *H. de Burgo* Comite *Kantiæ*, Juſticiario *Angliæ*; *S. de Segrave*, *Henrico de Aldithely*, *R.* filio *Nicholai*, *Johanne* filio *Philippi*, *Ricardo* filio *Hugonis*, & aliis. Data per manum venerablis patris *R. Ciceſtrenſis* Epiſcopi, Cancellarii noſtri apud *Weſtmonaſterium* XII. die Februarii, anno regni noſtri XII.

N°. XXXII.

Pro Nicholao de Nereford.

Rot. Clauſ. A. 11. *H.* 3. *m.* 13.

DOminus Rex commiſit *Nicholao de Nereford* terram cum pertinentiis in *Wytton*, quam *Brito Baliſtarius*, qui mortuus eſt, tenuit de Ballivo Domini *Johannis* Regis, ad ſe ſuſtentandum in ſervitio Domini Regis, quamdiu Domino Regi placuerit. Et mandatum eſt Vicecomiti Eboracenſi, quod ei in plenam ſeiſinam habere faciat. Apud *Weſtmonaſterium* XVII die Aprilis.

N°. XXXIII.

Bulla de Protectione Domus Hospitalis, *specialiter autem de* Ottrinton, & *de* * Torunton in via Ecclesiarum.

Rym. T. I. *p.* 358.

A. D. 1236. *An.* 20. *H.* 3. *Ex Autogr.*

GRegorius Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis *Rectori* & *Fratribus Hospitalis de Alverton*. Eboracen. Dioc. salutem & Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum: Ea propter, dilecti in Domino Filii, vestris postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras, & hospitale, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis quæ impræsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum justis modis præstante Domino poterit adipisci, sub *Beati Petri* & nostra protectione suscipimus. Specialiter autem de *Ottrinton* & de *Torunton in via*, Ecclesias, cum Capellis & aliis pertinentiis eorundem, quas canonice proponitis vos adeptos, villam insuper de † *Helrebec*, cum molendino, & dimidiam carucatam terræ in *Romundebi*, octo quoque bovatas terræ in *Ottrinton*, nec non redditus, possessiones, & alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, & in literis exinde confectis dicitur plenius contineri, vobis, & per vos, *Hospitali* præfato, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. *Viterbii* 16. Kal. Aprilis Pontificat. nostri anno nono.

N°. XXXIV.

De Alianora *filia* Galfridi, *Angliæ & Britanniæ hærede.*

Rym. T. I. *p.* 358.

REX omnibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem. Sciatis quod dilectus & fidelis noster *Willielmus Talbut* reddit nobis apud *Wudestock*, die Martis proximo post festum Omnium Sanctorum, anno regni nostri 22. Castrum nostrum *Glouceſtriæ*, & *Alianoram* consanguineam nostram sanam & incolumem. In cujus, &c.

Teste Rege apud *Wudestock* 3. die Novembris, anno eodem.

* Thornton in the Street. † Ellerbeck.

N°. XXXV.

Charta Rogeri *f.* Walteri *de* Scurveton, *de terris in eadem venditis* Rob. de Sparcli.

Ex Chart. antiq. penes R. G.

OMnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Rogerus* filius *Walteri de Scurveton*, ſalutem. Notum ſit vobis me vendidiſſe *Roberto Sparcli de Scurveton* in eadem villa quandam partem Toſti mei verſus occidentem, ex latitudine utrinque quadraginta quatuor pedum, & eidem *Roberto* & hæredibus ſuis, vel idem *Robertus* cui aſſignare voluerit prædictum Toſtum, quietum clamaſſe a me & hæredibus meis in perpetuum fendum, habendum de Domina *Cuſtantia* filia *Alani*, ſorore ejuſdem *Roberti*, in feodo & hæreditate, libere & quiete & honorifice. Reddendo annuatim eidem *Cuſtantiæ* & hæredibus ſuis tantum unum denarium, pro omni ſervitio & conſuetudine & ſeculari exactione, die Natalis Domini. Ego vero *Rogerus* & hæredes mei prædictum Toſtum, ſicut prædictum eſt, eidem *Roberto* & hæredibus ſuis, vel ejus aſſignatis, contra omnes homines warantizabimus & defendemus in perpetuum. Hiis teſtibus: Domino **Picoto de Laſcelles*, *Rogero de Laſcelles* perſona, Magiſtro *Herberto de Scurveton*, *Rogerus le Ardant*, *Picoto de Newton*, *Willielmo* filio *Ranulphi de Morton*, *Ricardo Bainnard*, *Philippo* filio *Heverardi*, *Willielmo* fratre ſuo, & multis aliis.

N°. XXXVI.

Charta Alani, *Conſtabul.* Richmondiæ, Jollano de Nevile, *uni Juſtitiariorum D. R.* Hen. III. *de terris in* Pikale & Monaſterio *datis in maritagio cum filia ſua* Amfeliſa.

Ex autographo penes P. le Neve Arm. Norroy.

ALanus Conſtabularius *Richmondiæ* omnibus ſuis hominibus & amicis, Francis & Anglis, tam præſentibus quam futuris, ſalutem. Sciatis, quod ego do † *Jollen de Novilla* filiam meam *Amfeliſe* ad ſponſam, & cum ea do ei *Pikale* & *Monaſterium*, & pertinentias; ſcilicet, ſex carucatas terræ in Dominio, & ſeptimam de *Monaſterio*, & ſervitium de quatuor carucatis terræ in *Witewella*. Hanc terram do ei pro ſervitio unius Militis duodecima parte minus. Hanc terram do ei in maritagium, ei & ſuis hæredibus qui de iſta *Amfeliſe* exibunt, tenendam de me & meis hæredibus libere & quiete de omnibus qui ad me pertinent, ſalvis ſervitiis meorum Dominorum. Hanc prædictam terram do ei pro quindecim libratis terræ cum legali *Eſtoveria*; & ſi aliquid deeſt, ego ei perficiam

* *Picotus de Laſcelles*, A. D. 1224. 8°. Henr. III. & 1239. 23°. ejuſd. R. *M. Angl. T. I. p.* 806. & 661.
† *Follanus de Nevile* unus Juſtitiariorum Itinerantium annis 18. & 24. Henr. III. *Mon. Angl. T. II. p.* 557.

ficiam de mea hæreditate. Hanc terram debeo ego & mei hæredes guarantizare ei & ſuis hæredibus, qui de prædicta Domina exibunt: Quod ſi non potero, debeo exchambire ei ad valentiam de mea hæreditate, & de meo primo incremento de terra quam Dominus mihi dabit centum ſolidatas terræ ei creſcam per tale ſervicium quale mihi eam Dominus dederit. Hanc prædictam terram do ei libere & quiete in boſco & in plano, in *monaſterio*, in molendinis, in pratis, in paſcuis, in viis, in ſemitis, & in omnibus locis. Hiis teſtibus: *Randulfo de Glanvilla, Galfridus de Novilla, Gillielmo de Novilla, Jordan Lenvaiſet, Galtero de Novilla, Roberto de Ormesbi, Henrico* filio *Radulfi, Galfrido de Furnels, Gingano* filio *Cades, Torfin* filio *Roberti, Conano* filio *Eliæ, Rogero de Lacella, Toma de Burc, Roberto de Abbetot.*

N°. XXXVII.

Conceſſio MM *marcarum* Johanni *primogenito Ducis Britanniæ pro Extenta & Valore Comitatus* Richmundiæ.

Lobin. Hiſt. de Bret. T. II. *p.* 394.

*H*Enricus Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hyberniæ & Dux Aquitaniæ, omnibus, &c. Nos conceſſimus dilecto filio noſtro *Johanni* primogenito Ducis *Britanniæ* MCC lib. Sterlingorum, pro Extenta & Valore COMITATUS RICHEMUNDIÆ, & ducentas marcas de dono noſtro; ita quod in univerſo percipiet ad ſtatum noſtrum MM marcarum per annum, videlicet, mille marcas ad feſtum Aſcenſionis Domini, & mille marcas ad feſtum Omnium Sanctorum, donec prædicta Extenta plene fiat, prout in conventione inter nos & prædictum Ducem facta pluribus continetur, &c. In cujus rei teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte meipſo apud* *Vyldeford.* XVII Junii, anno † MCCXLV.

Vid. N°. XLVIII.

N°. XXXVIII.

Charta quam Dominus Rex habet de Roaldo *filio* Alani *filii* Roaldi, *de Manerio de* Aldeburg *in* RYCHEMUNDSHYRA.

R. Cart. A. 32. *H.* 3. *m.* 7. *in dorſo.*

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Roaldus* filius *Alani* filii *Roaldi*, dedi, conceſſi, & quietum clamavi Domino noſtro *H.* Dei gratia Regi Angliæ illuſtriſſimo, totum Manerium meum de *Aldeburg* in *Rychemundeſyre*, cum om-

* Guyldeford. † 31. Henr. III.

nibus

nibus pertinentiis ad dictum Manerium pertinentibus, absque aliquo retinemento, salvis mihi & hæredibus meis feodis Militum de quibus *Roaldus* avus meus fuit seisitus die quo obiit. Habendum & tenendum dicto Domino Regi, vel cuicunque dictum Manerium dare vel assignare voluerit jure hæreditario imperpetuum pro quingentis marcis, de quibus me versus *Dominum de Sabaudia* adquietavit. Et ego *Roaldus* & hæredes mei totum prædictum Manerium cum pertinentiis prædicto Domino nostro Regi Angliæ illustrissimo, vel cuicunque illud assignare voluerit, contra omnes homines imperpetuum warrantizabimus, adquietabimus, & defendemus. Et ut hæc mea donatio, concessio, & quieta clamatio rata & stabilis imposterum permaneant, præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, *Johanne de Lexinton, Paulino Peyvre, Henrico de Hara, Imberto de Salviis, Jeremino de Caxton, Johanne Francigena, Henrico de Bretton, Roberto de Tweng*, & multis aliis.

N°. XXXIX.

Pro Petro de Sabaudia.

R. Cart. A. 32. *H.* 3. *m.* 7. *in cedulâ.*

REX Archiepiscopis, &c. Sciatis nos dedisse, concessisse, & hac charta nostra confirmasse dilecto & fideli nostro *Petro de Sabaudia*, pro homagio & servitio suo, Manerium nostrum de *Aldeburg* in *Richemundeshyra*, cum omnibus pertinentiis suis, quod habuimus de dono, & remissione, & quieta clamatione *Roaldi* filii *Alani* junioris; salvis eidem *Roaldo* & hæredibus suis feodis Militum, de quibus *Roaldus* avus prædicti *Roaldi* fuit seisitus die quo obiit. Habendum & tenendum de nobis & hæredibus nostris eidem *Petro* & hæredibus suis, vel cuicunque de fratribus vel consanguineis suis illud dare, assignare, vel legare voluerit, in qualicunque statu corporis sui fuerit, cum omnibus libertatibus & pertinentiis ad dictum Manerium pertinentibus bene & in pace imperpetuum. Reddendo nobis & hæredibus nostris singulis annis ad Scaccarium nostrum Sancti Michaelis unam *Sagittam barbalatam* pro omni servitio, consuetudine & demanda. Nos autem & hæredes nostri totum prædictum Manerium de *Aldeburg*, cum omnibus pertinentiis, libertatibus & liberis consuetudinibus ad illud pertinentibus, eidem *Petro* & hæredibus, assignatis, sive legatariis suis contra omnes homines & fœminas warrantizabimus imperpetuum. Et nullo modo ipsum *Petrum*, vel hæredes, assignatos sive legatarios suos disseisiemus, nec aliquo modo disseisire permittemus, donec excambium rationabile sibi prius inde assignaverimus. Concessimus etiam eidem *Petro*, & hac charta nostra confirmavimus, quod ipse, & hæredes, assignati, vel legatarii sui, imperpetuum habeant *Liberam Warennam* in omnibus dominicis terris suis ejusdem Manerii: Ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis, vel aliquid capiendum quod ad *Warennam* pertineat, sine licentia & voluntate ipsius *Petri*, hæredum, assignatorum, vel legatariorum suorum, super forisfacturam nostram decem librarum. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus nostris, quod prædictus *Petrus*, & hæredes sui, vel cuicunque de fratribus vel consanguineis suis Manerium illud de *Aldeburg* dare, assignare, vel legare voluerit, in qualicunque statu corporis sui fuerit, habeant & teneant Manerium illud de *Aldeburg* in *Rychemundeshyra*, cum omnibus pertinentiis suis quod habuimus de dono, remissione,

& quieta clamatione *Roaldi* filii *Alani* junioris; ſalvis eidem *Roaldo*, & hæredibus ſuis, feodis Militum, de quibus *Roaldus* avus prædicti *Roaldi* fuit ſeiſitus die quo obiit, libere, quiete & integre, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad prædictum Manerium pertinentibus bene & in pace imperpetuum. Reddendo inde nobis & hæredibus noſtris ſingulis annis ad Scaccarium noſtrum Sancti Michaelis unam *Sagittam barbalatam* pro omni ſervitio, conſuetudine & demanda. Nos autem & hæredes noſtri totum prædictum Manerium, cum omnibus pertinentiis, libertatibus, & liberis conſuetudinibus ad illud pertinentibus, eidem *Petro* & hæredibus, aſſignatis, ſive legatariis ſuis, contra omnes homines & fœminas warrantizabimus imperpetuum. Et nullo modo ipſum *Petrum*, vel hæredes, aſſignatos, vel legatarios ſuos de prædicto Manerio diſſeiſiemus, nec aliquo modo diſſeiſire permittemus, donec excambium rationabile ſibi prius inde aſſignaverimus. Volumus etiam & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædictus *Petrus*, & hæredes, aſſignati, vel legatarii ſui, imperpetuum habeant liberam *Warennam* in omnibus dominicis terris ſuis ejuſdem Manerii de *Aldeburg*, ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum, quod ad *Warennam* pertineat, ſine licentia & voluntate ipſius *Petri*, hæredum, aſſignatorum, vel legatariorum ſuorum, ſuper foriſfacturam noſtram decem librarum, ſicut prædictum eſt. Hiis teſtibus: *Johanne de Pleſſetis* Comite *Warewyci*, *Radulfo* filio *Nicholai*, *Paulo Pevier*, *Drogone de Barentyn*, *Roberto de Mucegros*, *Theobaldo de Englechevillin*, *Roberto le Noreys*, & aliis. Data per manum noſtram apud *Wyndeſoram* duodecimo die Novembris, anno regni noſtri xxxii.

N°. XL.

Pro ALANO *filio* BRIANI *de Mercato & Feria apud* Bedal.

R. Cart. A. 35. H. 3. pars unica, m. 5.

REX Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac charta noſtra confirmaſſe dilecto & fideli noſtro *Alano* filio *Briani*, quod ipſe & hæredes ſui imperpetuum habeant unum *Mercatum* ſingulis ſeptimanis per diem Martis, apud Manerium ſuum de *Bedal* in Comitatu *Eboracenſi:* Et quod habeant ibidem unam *Feriam* ſingulis annis, duraturam per tres dies, videlicet, in Vigiliis & in Die & in Craſtino Aſcenſionis Domini, niſi *Mercatum* illud & *Feria* illa ſint ad nocumentum vicinorum Mercatorum, & vicinarum Feriarum. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædictus *Alanus* & hæredes ſui imperpetuum habeant unum Mercatum ſingulis ſeptimanis per diem Martis, apud Manerium ſuum de *Bedal* in Comitatu *Eboracenſi:* Et quod habeant ibidem unam *Feriam* ſingulis annis, duraturam per tres dies, videlicet, in Vigiliis & in die & in craſtino Aſcenſionis Domini, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad hujuſmodi *Mercatum* & *Feriam* pertinentibus; niſi *Mercatum* illud & *Feria* illa ſint ad nocumentum vicinorum Mercatorum & vicinarum Feriarum, ſicut prædictum eſt. Hiis Teſtibus: Magiſtro *W. de Kilkenny* Archidiacono *Coventrenſi*, *Johanne de Leſſinton*, *Gilberto de Segrave*, *Henrico de Bretton*, *Willielmo de Chaeny*, *Roberto le Noreys*, *Johanni de Geres*, & aliis. Data per manum noſtram apud *Rading* xxvii. die Maii, anno &c. xxxv.

N°. XLI.

Conceſſio Liberæ Warennæ in Eſcrik, Schorveton, & Thyrntoft AMICIÆ DE LASCELLIS.

R. Cart. A. 37. H. 3. pars unica, m. 4.

REX Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac charta noſtra confirmaſſe, dictæ nobis *Amiciæ de Laſcellis*, quod ipſa & hæredes ſui imperpetuum habeant *Liberam Warennam* in omnibus dominicis terris ſuis de *Fuleſtonne* in Comitatu *Lincolniæ*, & de *Eſcrik*, *Schorveton*, &* *Cyrneton* in Comitatu *Eboracenſi*; dum tamen terræ illæ non ſint infra metas Foreſtæ noſtræ: Ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum quod ad Warennam pertineat, ſine licentia & voluntate ipſius *Amiciæ*, vel hæredum ſuorum, ſuper forisfacturam noſtram decem librarum. Quare volumus, &c. Hiis teſtibus: *Johanne de Grey*, Magiſtro *Willielmo de Kilkennia* Archidiacono *Coventrenſi*, *Roberto Walerico*, *Willielmo de Chaweneys*, *Willielmo de Grey*, *Imberto Pugeys*, *Radulpho de Bakepuz*, *Henrico le Peyteuin*, & aliis. Data per manum noſtram apud *Wautham* xxix. die Martii.

N°. XLII.

Archidiacono Richmundiæ, *quod Decimam Beneficiorum in* Archidiaconatu *ſuo, ſecundum debitam exiſtimationem, taxari faciat & levari, & colligi, & Magiſtro* Roſtanno *Capellano* Papæ *aſſignari pro ſubſidio* Terræ Sanctæ.

Rym. T. I. p. 601.

ALEXANDER Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Archidiacono *Richmundiæ*, in Eccleſia *Eboracenſi*, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum Decima Eccleſiaſticorum proventuum regni Angliæ, & aliarum terrarum cariſſimi in Chriſto filii noſtri, illuſtris Regis Angliæ, eidem Regi ubique ad certum tempus, pro *Terræ Sanctæ* ſubſidio, a ſede Apoſtolica ſit conceſſa; ne aliqua fraus poſſit in hujuſmodi Decimæ ſolutione committi in ipſius Regis præjudicium & diſpendium dictæ *Terræ*: Volumus, & præſentium tibi auctoritate, in virtute obedientiæ & ſub pœna excommunicationis, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus omnia Beneficia in *Archidiaconatu* tuo conſiſtentia, debitam & juſtam exiſtimationem (taxatione antiqua nequaquam obſtante) per te vel per alium, ſeu alios diſcretos & fide dignos, taxari procures. Ac nichilominus

A. D. 1256. *A.* 40. *H.* 3. *Ex Autogr.*

* *Ita in Origin. pro* Thyrntoft *V. p.* 92 Regiſt. *l.* 22.

hujuſmodi decimam in eodem *Archidiaconatu* (cum per dilectum filium Magiſtrum *Roſtannum*, Capellanum & Nuncium noſtrum in Anglia, ſuper hoc requiſitus fueris) fideliter colligens, quicquid de ipſa colligeris eidem Capellano (cujuſlibet alterius ſuper hoc non expectando mandatum) ſtudeas aſſignare; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compescendo. Alioquin eidem Capellano litteris noſtris injungimus, ut te ad id, monitione præmiſſa, per cenſuram eandem, appellatione remota, compellat.

Dat. *Anagniæ* decimo Kal. Septembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Plumbeo Sigillo a filo canabeo.

N°. XLIII.

De Matrimonio inter Beatricem *filiam Regis* & Johannem *primogenitum Ducis* Britanniæ.

Rym. T. I. *p.* 675.

A. D. 1259. *An.* 43. *H.* 3. *Pat.* 43. *H.* 3. *n.* 22.

REX omnibus, &c. Noveritis, nos dilectis & fidelibus noſtris, *Ricardo de Clare* Comiti Glouceſtriæ & Hertfordiæ, & *Johanni Maunſell* Thelaurario Eborum, noſtram poteſtatem tradidiſſe ad tractandum, nomine noſtro, & finaliter ordinandum, ſuper Matrimonio contrahendo inter *Johannem*, primogenitum filium & hæredem nobilis Viri Comitis *Britanniæ*, & prædilectam filiam noſtram *Beatricem:* Ratum habituri & firmum quicquid dicti fideles noſtri ſuper hoc ex parte noſtra duxerint faciendum. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Windeſor* 10. die Maji.

N°. XLIV.

De Matrimonio inter Beatricem *filiam Regis*, & J. *primogenitum Ducis* Britanniæ *contrahendo.*

Rym. T. I. *p.* 682.

A. D. 1259. *An.* 43 *H* 3. *Pat* 43. *H.* 3. *n.* 22.

REX omnibus, &c. Sciatis quod nos plenam damus poteſtatem Dominæ *Margaretæ*, Reginæ Franciæ illuſtri, & dilectis & fidelibus noſtris, *Ricardo* Comiti Glouceſtriæ & Hertfordiæ, *Petro de Sabaudia*, & *Johanni Maunſell* Theſaurario Eborum, vel eorum aliquibus, qui præſentes affuerint, ad tractandum de Matrimonio inter *Johannem*, primogenitum filium nobilis viri *J.* Ducis *Britanniæ*, & *Beatricem* filiam noſtram contrahendo, & ad illud firmandum nomine noſtro, prout viderint expedire: Ratum habituri & gratum quicquid ipſi, vel eorum aliqui, quos præſentes adeſſe contigerit, ſuper præmiſſis, una cum dicta Domina Regina, duxerint faciendum. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Windeſor* 24. die Maii.

Consimilem litteram habent prænominati *Regina*, *Ricardus*, *Petrus*, & *Johannes*, sine ratificatione, cum hac clausula.

Et cum ad partes Franciæ venerimus, nos quicquid ipsi omnes, vel aliqui eorum, qui præsentes fuerint, super præmissis, una cum prædicta Regina duxerint faciendum, &c. In cujus. &c.

Teste ut supra.

N°. XLV.

Litera Duci Britanniæ *de* COMITATU RICHMUNDIÆ *sibi, occasione Matrimonii cum filio suo, restituendo.*

Rym. T. I. *p.* 693.

REX nobili viro *Johanni Duci Britanniæ*, salutem & sinceræ dilectionis affectum. Receptis, & diligenter intellectis litteris vestris, per venerabilem patrem *S.* Episcopum *Briocen.* & *Galfridum de Bistyn* Militem, Nuncios vestros nuper ad nos transmissos (& quorum sollicitudinem & industriam specialiter commendamus) perpendimus evidenter quod perpetuæ fœdus amicitiæ nobiscum inire desideratis, *Johannem* primogenitum filium vestrum *Beatrici* filiæ nostræ matrimonialiter copulando: Super quo dilectioni vestræ grates referimus quas valemus, significantes vobis, quod Nos, & Regina Consors nostra, ac *Magnates regni* nostri propositum vestrum, in hac parte, gratum habemus plurimum & acceptum. Cæterum, super eo quod petivistis, quod COMITATUM RICHMUNDIÆ vobis reddi faciemus, vos latere non credimus, quod Comitatum illum dilecto Avunculo nostro, *Petro de Sabaudia*, dudum contulimus, qui adventum Nunciorum vestrorum in Angliam diutius expectavit; tandem vero, urgentibus coactus negotiis, ante ipsorum adventum, partes adiit transmarinas, sicut præfatis Nunciis bene constat. Verum, quia de prædicto *Comitatu*, sine præfato *Petro*, nichil ad præsens facere poterimus, veluti nec deceret; & Nos, & præfata consors nostra, una cum prædicta *Beatrice* filia nostra, Deo permittente, disponimus esse *Parisius* in crastino beatæ Katerinæ Virginis, cum illustri Rege Franciæ, ubi etiam prædictus *Petrus* interercrit; Sinceritatem vestram affectuose rogamus quatinus, dictis die & loco, nobis occurrere velitis, una cum prædictis consorte vestra, & *Johanne* filio vestro, pro expeditione negotii supradicti. Et tunc, habito cum prædicto *Petro* colloquio, prædictum Comitatum, si illum ab eodem *Petro* per voluntatem suam elicere poterimus, vobis habere faciemus secundum formam inter vos & dilectos fideles nostros *Ricardum* Comitem Glouceſtriæ & *Johannem Mansell*, Nuncios nostros, coram illustri Domina *Regina* Franciæ prolocutam. Alioquin de terris, quas a præfato Rege sumus accepturi, seu de aliis terris in Anglia, equivalens vobis escambium, de quo, auctore Domino, contenti eritis, faciemus; dum tamen negotium prædicti fœderis feliciter procedat, prout inter nos & prædictos Nuncios vestros plenius est conventum.

Teste Rege apud *Westm.* 18. die Octobris.

Memorandum, quod litteræ Procuratoriæ dicti *Ducis*, Domino *Regi* directæ, & literæ prædictorum Nunciorum, quas Domino *Regi* fecerunt, ſigillis ſuis ſignatæ remanſerunt Domino *Johanni Manſell*, coram Rege & Concilio ſuo in Capella Dominæ Reginæ apud *Weſtmonaſterium*, die Lunæ proxima poſt feſtum Sancti Lucæ Evangeliſtæ, anno, &c. 43.

N°. XLVI.

Publicatio Intentionis Regiæ ſuper Reſtitutione antedicta.

Rym. T. I. *p.* 693.

A. D. 1259. *An.* 43. *H.* 3. *Rot. Conventionum Pacis*, 43. *H.* 3. *m.* 1. *d.*

REX omnibus, &c. Cum inter Nos & venerabilem patrem *Simonem* Epiſcopum *Briacenſem*, & prudentem virum *Galfridum de Biſtyn* Militem, Nuncios & Procuratores nobilis viri *Johannis* Ducis *Britanniæ*, plenam habentes poteſtatem tractandi & firmandi Matrimonium inter *Johannem* primogenitum & hæredem præfati *Ducis*, & *Beatricem* filiam noſtram, ſuper eodem Matrimonio habitus ſit tractatus, & Dux præfatus COMITATUM RICHMUNDIÆ ſibi a nobis reſtitui petierit; Nos bona fide promittimus & concedimus, quod, ſi *Comitatum* a manibus dilecti avunculi noſtri *Petri de Sabaudia*, cui *Comitatum* illum dudum contulimus, per voluntatem ſuam elicere poterimus, nos *Comitatum* illum dicto *Duci*, tanquam hæreditatem ſuam, reſtituemus in forma, coram illuſtri Domina *Regina* Franciæ, inter prædictum *Ducem*, & dilectos & fideles noſtros *Ricardum* Comitem Glouceſtriæ & *Johannem Manſell*, Nuncios noſtros prolocuta. Alioquin de terris, quas ab illuſtri Rege Franciæ ſumus accepturi, ſeu de aliis terris noſtris in Anglia, eidem *Duci* equivalens eſcambium, de quo contentus eſſe debuerit, concedemus. Et, per unam iſtarum viarum, in prædictum matrimonium conſentimus, & præfato *Johanni*, filio Ducis, prædictam *Beatricem* filiam noſtram concedimus in uxorem. Et hoc per dilectum & fidelem noſtrum *Rogerum de Mortuo Mari* fecimus in animam noſtram jurari; ita tamen quod præſens negotium coram præfata *Regina* Franciæ firmetur, & finaliter conſummetur, prout ſuperius eſt expreſſum. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtm.* 18. die Octobris, anno regni noſtri 43.

N°. XLVII.

Litera Ludovici *Regis* Franciæ *de* Beatrice *filia* Regis, *nupta* Joh. *filio* Ducis Britanniæ.

Rym. T. I. *p.* 696.

A. D. 1260. *An.* 44. *H.* 3. *Ex bundela literarum tempore H.* 3.

LUdovicus, Dei gratia, Franciæ Rex, kariſſimo conſanguineo ſuo, *Henerico*, eadem gratia, Regi Angliæ illuſtri, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitanniæ fideli ſuo ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Rogaſtis nos per . . .

Johannem

Johannem de Britannia, qui veſtram duxit filiam in uxorem, de mille marcis nos . . . . veſtemus ſuper denarios, quos pro valore terræ Agen. vobis aſſeritis nos debere: Verum cum ſuper hoc dictum *Johannem*, ad veſtram requiſitionem, in hominem receepimus, non videtur, quia Vobis principaliter ad ſolutionem dictæ pecuniæ teneamur. Unde nobis, ſi placet, per veſtras Patentes Literas declaretis, quid facere nos volueritis de præmiſſis; vobis quidem, vel aliis de dicto valore terræ Agenenſis, teneri non credimus, niſi ſecundum formam pacis inter nos . . . . terminos in eadem pace contentos, quorum primus incipit in Aſcenſ . . . .

Dat. apud *Compend.* die Lunæ . . . . Epiphaniæ.

N°. XLVIII.

Pro Johanne *primogenito* Ducis Britanniæ.

Rym. T. I. *p.* 723.

REX omnibus, &c. ſalutem. Sciatis quod conceſſimus dilecto filio noſtro *Johanni*, primogenito Ducis *Britanniæ*, mille & ducentas libras Sterlingorum, pro Extenta & Valore COMITATUS RICHEMUNDIÆ, & ducentas marcas de dono noſtro; ita quod, in univerſo, percipiet, ad Scaccarium noſtrum, duo millia marcarum per annum, videlicet, mille marcas ad feſtum Aſcenſionis Domini, & mille marcas ad feſtum Omnium Sanctorum, donec prædicta Extenta plene fiat, prout in Conventione inter Nos, & prædictum Ducem facta plenius continetur. Et ſi prædicta Extenta, rite facta, excedat ſummam prædictarum mille & ducentarum librarum per annum, tunc quantum ſuperfuerit de valore prædicti COMITATUS, ultra prædictas mille & ducentas libras, ei reddere tenebimur de ſingulis annis præteritis. Et ſi extenta illa non aſcendat uſque ad prædictas mille & ducentas libras annuas, tunc tantum, quantum inde ſuperfuerit ultra prædictam extentam, retinebimus nobis, de ſolutione pecuniæ antedictæ, pro annis præteritis. Nolumus autem per hanc conceſſionem noſtram derogari conventioni, prius factæ inter nos, & dictum *Ducem*, ſuper eſcambio faciendo pro COMITATU prædicto, vel aliis conventionem illam tangentibus, ſet ſalvum ſit utrique parti quicquid de jure ſalvari debet, ſecundum formam Conventionis prædictæ. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Gildford* 17. die Junii.

A. D. 1260. *A.* 45. *H.* 3. *Pat.* 45. *H.* 3. *n.* 23.

N°. XLIX.

Pro Petro de Sabaudia & *Executoribus ejus.*

Rot. Pat. A. 45. *H.* 3. *m.* 9.

REX omnibus, &c. ſalutem. Sciatis, quod conceſſimus dilecto & fideli noſtro *Petro de Sabaudia*, quod quocunque tempore de ipſo humanitus contigerit, Executores Teſtamenti ſui habeant & poſſideant uſque ad finem

ſeptem annorum exinde plene ſequentium, ad executionem Teſtamenti prædicti, omnes exitus & proventus HONORIS & COMITATUS RICHEMUNDIÆ, quem prius eidem *Petro* in feodo & hæreditate conceſſimus & dederamus, conceſſimus inſuper eidem *Petro*, quod ſi tempore obitus ſui hæredes ipſius extra regnum noſtrum egerint, nos eorum homagium & fidelitatem, cum ad nos acceſſerint, de dictis COMITATU & HONORE nichilominus abſque difficultate recipiemus. Dum tamen hæredes prædicti ſufficientem ſecuritatem fecerint Executoribus Teſtamenti *Petri* ſupradicti, quod de exitibus ſive proventibus dictorum HONORIS & COMITATUS per dictum ſeptennium prædicti Executores liberam poteſtatem habeant ordinandi. Ita quod per prædictos hæredes nullum prorſus * *paccantur* Executores prædicti ſuper hoc impedimentum. In cujus, &c.

* *Ita.*

Teſte Rege apud *Turrim London.* 11. die Julii.

N°. L.

Conceſſio Petro de Sabaudia *legandi terras ſuas cuicunque voluerit.*

R. Cart. A. 46, *H.* 3. *m.* 4.

REX Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos dudum dediſſe dilecto avunculo noſtro *Petro de Sabaudia* HONOREM RICHEMUNDIÆ, cum pertinentiis ſuis, per cartam noſtram, quam ſibi ſub priori Sigillo noſtro, quo tunc utebamur, fieri fecimus in hæc verba: HENRICUS Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, ſalutem. Sciatis nos dediſſe, conceſſiſſe, & hac Carta noſtra confirmaſſe dilecto avunculo noſtro *Petro de Sabaudia*, pro *Homagio* & *Servitio* ſuo, villas de RICHEMUND & BOGHES, cum *Caſtris* & *Wapentachiis*, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, & Manerium de *Katerig*, & Manerium de *Multon*, & Manerium de *Gilling*, & Manerium de *Forſete*, cum omnibus pertinentiis ſuis in Comitatu *Eboracenſi:* Et in Comitatu *Lincolnienſi Sokam* de *Gaiton*, Villam de *Sancto Bothulpho*, cum Soka & Nundinis, Manerium de *Frampton*, Manerium de *Wikes* & Manerium de *Waſſingburg*, cum omnibus eorum pertinentiis: Et in Comitatu *Norffolciæ* Manerium de *Swapham*, & Manerium & Sokam de *Coſteſey*, cum eorum pertinentiis: Et in Comitatu *Suffolciæ* Manerium & Sokam de *Wiſſete*, Manerium & Sokam de *Kettilberg*, Manerium de *Nettilſted*, & Manerium de *Wikes* ſubtus *Gippeſwicum*, cum omnibus eorum pertinentiis: Et in Comitatu *Cantabrigiæ* Manerium de *Baſſingburn*, & Manerium de *Hinton*, cum omnibus eorum pertinentiis: Et in Comitatu *Hertfordiæ* Manerium de *Ceſterhunt*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Habendum & tenendum de nobis & hæredibus noſtris, ipſi *Petro* & hæredibus ſuis, vel cuicunque de patribus vel conſanguineis ſuis ea dare, aſſignare, vel legare voluerit, in qualicunque ſtatu corporis ſui fuerit, bene & in pace, libere & quiete, imperpetuum, cum foreſtis, boſcis, feodis Militum, wardis, releviis, eſcaetis, maritagiis, & advocationibus Eccleſiarum, & cum omnibus aliis pertinentiis

nentiis, libertatibus & liberis consuetudinibus ad prædicta Maneria, Castra, Sokas, Wapentakias, & HONOREM RICHEMUND. pertinentibus, faciendo inde nobis & hæredibus nostris servitium feodorum quinque Militum pro omni servitio, consuetudine & demanda. Et quod de nullo supradictorum ipsum *Petrum*, vel hæredes sive legatarios suos dissesiemus, vel aliquo modo dissesire permittemus, donec escambium rationabile sibi prius inde assignaverimus. Quare volumus & firmiter præcipimus, pro nobis & hæredibus nostris, quod prædictus *Petrus* & hæredes sui, vel cuicunque de fratribus vel consanguineis suis ea dare, assignare, vel legare voluerit, in qualicunque statu corporis sui fuerit, & hæredes sui habeant & teneant de nobis & hæredibus nostris, omnia Maneria & Castra prædicta, cum wapentakiis, foreſtis, boscis, feodis militum, wardis, releviis, escaetis, maritagiis, & advocationibus Ecclesiarum, & omnibus aliis pertinentiis, libertatibus & liberis consuetudinibus, ad prædicta Maneria, Sokas, Wapentakias, & HONOREM RICHEMUNDIÆ pertinentibus, faciendo inde nobis & hæredibus nostris servitium feodorum quinque Militum pro omni servitio, consuetudine & demanda. Nos autem & hæredes nostri omnia prædicta, cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus, & liberis consuetudinibus ad ipsa pertinentibus, dicto *Petro* & hæredibus, assignatis, sive legatariis suis, contra omnes homines & fœminas, warantizabimus imperpetuum. Et quod de nullo supradictorum ipsum *Petrum*, vel hæredes, assignatos, sive legatarios suos dissesiemus, vel aliquo modo dissesire permittemus, donec escambium rationabile sibi prius inde assignaverimus, sicut prædictum est. Hiis testibus: Venerabilibus in Christo Patribus, *W. Eboracensi* Archiepiscopo, *Angliæ* Primate, *P. Herefordensi* Episcopo, & *N.* Electo *Dunelmensi*, *H. de Bohun* Comite *Herefordiæ*, *Stephano de Segrave*, *Willielmo de Cantilupo*, *Johanne Biset*, *Hugone de Vinon*, *Bertramo de Crioll*, *Johanne de Plessetis*, *Bartholomeo Peche*, *Galfrido de Langele*, & aliis. Data per manum nostram apud *Westmonasterium* sexto die Maii, anno regni nostri vicesimo quinto. Cum igitur nobilis vir *Johannes* Dux *Britanniæ*, qui dictum HONOREM ad se vendicabat hæreditario jure pertinere, nobis postmodum *Honorem* prædictum, cum omnibus pertinentiis suis, & quicquid in eo exigere poterit, pro se & hæredibus suis quietum clamavit, & juri suo, si quod in eodem habuerat, pro se & dictis hæredibus renunciaverit imperpetuum: Volumus & concedimus, quod dicta quieta clamancia nobis facta eidem *Petro* & hæredibus suis, seu etiam quibuslibet assignatis suis valeat, & in ipsis perpetue firmitatis robur optineat, tanquam in nobismetipsis. Ita quod nec Nos, nec hæredes nostri, ipsum *Petrum*, vel hæredes suos, aut quoslibet ejus assignatos, de dicto *Honore* nec aliqua sui parte dissesiemus occasione rectorum hæredum prædictorum, aut alia quavis occasione, neque per escambium nec alio modo, sine voluntate sua, vel hæredum suorum, seu assignatorum suorum. Volumus etiam & concedimus, quod ubi prius per chartam prædictam concessimus eidem, quod ea, quæ superius in eadem continentur, liceat eidem *Petro* dare, assignare, seu legare cuicunque voluerit de fratribus seu consanguineis suis, eandem de cætero habeat potestatem ea omnia alteri, vel aliis quibuscunque & quandocunque voluerit dandi, legandi, seu assignandi, sub eisdem conditionibus & libertatibus, quibus ea alicui seu aliquibus de fratribus seu consanguineis suis per supradictam concessionem nostram dare, legare, seu assignare potuisset. Hiis testibus: Venerabili Patre, *P. Hereford.* Episcopo, *Philippo Basset* Justitiario nostro *Angliæ*, *Reginaldo* filio *Petri*, *Hugone le Bigod*, *Johanne Mansel* Thesaurario Eboracensi, *Waltero de Merton*, *Ebulone de Montibus*, *Imberto Pugeis*, *Ingeramo de Percy*, *Petro de Chauuent*, *Imberto de Muntferant*, *Willielmo de Trubleuil*, & aliis. Data per manum nostram apud *Windelesoriam* xv die Martii.

N°. LI.

De Liberatione Terræ de Ageneys Johanni D. Britanniæ *per Regem* Franciæ.

Lob. T. II. *pag.* 404.

HENRICUS Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hyberniæ & Dux Aquitaniæ, omnibus, &c. Sciatis, quod niſi Dominus Rex Franciæ deliberavit nobili viro *Johanni* Duci *Britanniæ Terram* de *Ageneys*, vel denarios quos idem Rex nobis eſt ſoluturus per annum pro eadem terra, infra annum, poſtquam *Johannes* filius & hæres prædicti *Ducis Beatricem* filiam noſtram deſponſaverit, nos a die deſponſationis eorundem tenemur eidem *Duci* annuatim reddere valorem COMITATUS RICHEMUNDIÆ, quouſque præfatus Rex Franciæ dicto *Duci* dictam terram de *Ageneys*, vel æſtimationem ejuſdem deliberavit: quo facto quieti erimus de iſta ſolutione, ſalvo nobis & hæredibus noſtris quod eidem *Duci* vel hæredibus ſuis eſcambium facere valeamus pro eodem COMITATU RICHEMUNDIÆ, prout inter nos & ipſum *Ducem* conventum eſt per chirographum. In cujus rei teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Parentes.

Teſte meipſo *Pariſius* quindecimo die Decembris anno regni noſtri quadrageſimo ſexto.

N°. LII.

Littera Regi Franciæ, *de Pecunia* Duci Britanniæ *ſolvenda.*

Rym. T. I. *p.* 734.

A. D. 1261. *An.* 46. *H.* 3. *Clauſ.* 46. *H.* 3. *m.* 17. *dorſ.*

REGI Franciæ Rex Angliæ ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum. Cum teneamur exſolvere, annis ſingulis, dilecto nobis *Johanni de Britannia*, qui filiam noſtram duxerit in uxorem, valorem HONORIS RICHEMUNDIÆ, donec ei in aliis terris aſſignaverimus uſque ad valorem HONORIS prædicti, & ex cauſis pleriſque pecunia opus habuerimus temporibus iſtis, ac eidem de proximo termino jam tranſacto ſatisfacere debeamus; Sinceritatem veſtram rogamus, & requirimus attente quatinus, ſi placet, nos erga præfatum *Johannem* de mille marcis ſuper denarios, quas pro valore *Terræ Ageneſii* nobis annuatim debetis, optentu precum noſtrarum, acquietare velitis, ut exinde veſtræ Dominationi ad uberiores teneamur gratiarum actiones.

Teſte Rege apud *Weſtm.* 28. die Decembris.

N°. LIII.

Ejuſmodi littera ad Franciæ *Reginam.*

Ibid.

REGINÆ Franciæ Rex Angliæ ſalutem, & ſinceræ dilectionis ſemper affectum. Cum teneamur, *&c. ut ſupra uſque*, ſinceritatem, cumque per nuncios & litteras noſtras Dominum noſtrum & veſtrum Regem requiramus, ut ipſe nos erga præfatum *Johannem* de mille marcis ſuper denarios, quos pro valore *Terræ Agenenſis* nobis annuatim ſolvere tenetur, optentu precum noſtrarum acquietare velit, ſinceritatem veſtram rogamus attente, quatenus erga præfatum Dominum Regem, ſi placet, modis, quibus expedire noveritis, inſtare velitis, ut ipſe petitioni noſtræ annuat in hac parte, per quod veſtræ dilectioni ſpecialiter teneamur ad grates. *A. D.* 1261. *A.* 46. *H.* 3. *Ibid.*

Teſte ut ſupra.

In margine. Alia littera directa fuit eidem Reginæ, quod ſi Dominus Rex Franciæ non annuat precibus Domini Regis, aut ſuis, quod laboret ad mutuum contrahendum cum Creditoribus conditione & modo quibus negotium illud melius poterit expedire.

N°. LIV.

Littera Duci Britanniæ *ſuper Extenta* Honoris Richemundiæ.

Ibid. p. 735.

REX *Duci Britanniæ* ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Sinceritatem veſtram nolumus ignorare, quod, dilecto nobis *Eudoni de Kaerderian* Militi, & fideli veſtro, ad nos nuper accedenti, optulimus, quod, ſi ſuper Extenta HONORIS RICHMUNDIÆ, ad quam ex parte veſtra fuerat deputatus, cum Milite illo, quem ad hoc aſſignavimus pro parte noſtra, convenire non poſſet in aliquo quod ſibi videtur corrigendum: Nos alium aſſignaremus loco noſtro, qui negotium prædictum plene in omnibus ſecundum formam conventionis inter nos & vos habitæ, expleret cum ipſo. Optulimus inſuper eidem, ut denarios, quos pro valore *Terræ Ageneſii* a Domino Rege Franciæ illuſtri recipere debemus, in partem ſatisfactionis Extentæ prædictæ aſſignaremus, & reſiduum de Scaccario noſtro integre exſolvi faceremus. Quæ ſingula, licet ab eo nondum acceptata, ſumus & erimus explere parati ad veſtræ beneplacitum voluntatis. In hiis & aliis nobis beneplacitum veſtrum ſignificetis.

Teſte Rege apud *Weſtm.* 28. die Decembris.

N°.

N°. LV.

Ejuſmodi Littera Johanni *filio prædicti Ducis* Britanniæ.

Ibid.

REX *Johanni* primogenito *Ducis Britanniæ*. Sciatis quod, dilecto nobis *Eudoni de Kaerderian*, Militi prædicti patris veſtræ, nuper ad nos accedenti, optulimus quod, ſi ſuper Extenta HONORIS RICHEMUNDIÆ, ad quam ex parte prædicti patris veſtri deputatus extiterat, cum Milite illo, quem ad hoc aſſignavimus pro parte noſtra, convenire non poſſet in aliquod, quod ſibi videretur corrigendum. Nos alium aſſignaremus, loco noſtro, qui negotium prædictum ſecundum formam conventionis, inter nos & vos habitæ, plene in omnibus expleret cum ipſo. Et quod denarios, quos pro valore *Terræ Agenenſii* a Domino Rege Franciæ recipere debemus, vobis in partem ſatisfactionis extentæ prædictæ aſſignaremus, & reſiduum de Scaccario noſtro integre faceremus exſolvi: Quæ ſingula, licet a prædicto milite nondum acceptata, parati ſumus & erimus ad beneplacitum dicti Progenitoris veſtri & veſtrum explere. Cæterum Nuncios noſtros ſpeciales uſque *Pariſius* tranſmittimus, ut vobis ibidem, ſine moræ diſpendio, de termino veſtro jam præterito ſatisfacere procurent, ſuper quibus, & aliis ſtatum veſtrum contingentibus, veſtram nobis voluntatem ſignificetis confidenter.

Teſte ut ſupra.

Et mandatum eſt uxori ſuæ quod ſtatum ſuum Regi ſignificet.

N°. LVI.

Litera Regi Franciæ *de ſolvenda Pecunia* Johanni *primogenito D.* Britanniæ.

Lobin. T. II. *p.* 403.

MAgnifico Principi Domino, & Conſanguineo ſuo cariſſimo, *Ludovico*, Dei gratia Regi Francorum illuſtri, *Henricus* eadem gratia Rex Angliæ, Dominus Hyberniæ & Dux Aquitaniæ, ſalutem. Serenitatem veſtram rogamus, quatinus illa *tria millia ſeptingentas viginti libras octo ſolida & ſex denarios Turon.* quæ nobis annuatim ſolvere tenemini pro æſtimatione valoris *Terræ Agenenſis*, quam nobis debetis, prout in forma pacis inter vos & nos habitæ plenius continetur, ſolvi faciatis dilecto filio noſtro *Johanni* primogenito *Comitis Britanniæ*, qui filiam noſtram duxit in uxorem, & cui pecuniam ſupradictam per formam conventionis inter nos & præfatum Comitem patrem ſuum initam, jam aſſignavimus, percipiendam a vobis ad eoſdem terminos ad quos eam recipere debebamus. In cujus rei teſtimonium præſentibus Sigillum noſtrum fecimus apponi.

Datum *London.* die Dominica proxima poſt feſtum Sancti Johannis ante portam Latinam anno Domini MCCLXII.

N°.

N°. LVII.

Pro Petro de Sabaudia.

Rym. T. I. *p.* 77.

REX dilecto & fideli ſuo, *Wychardo de Charun*, ſalutem. Cum nuper commiſerimus vobis omnes terras & tenementa dilecti & fidelis noſtri *Petri de Sabaudia*, in HONORE RICHEMUNDIÆ, cuſtodienda, ad opus noſtrum quamdiu nobis placuerit; Vobis mandamus quod omnes exitus, provenientes de terris & tenementis prædictis, eidem *Petro* vel ſuo certo Atornato, ſine dilatione habere faciatis. In cujus, &c. *A. D.* 1264. *An.* 48. *H.* 3. *Pat. Angl. & Franc.* 48. *H.* 3. *m.* 3.]

Teſte Rege apud Ambian. duodecimo die Januarii.

Conſimilem litteram habet *Johannes de Rud*, de omnibus terris & tenementis prædicti Petri in Comitatu *Suſſex*. In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

N°. LVIII.

Pro Johanne *primogenito* Ducis Britanniæ.

Rym. T. I. *p.* 778.

REX omnibus, &c. Cum teneamur dilecto filio & fideli noſtro *Johanni*, primogenito Ducis *Britanniæ*, in mille & ducentis marcis, de arreragiis illius pecuniæ, quam ei aſſignavimus percipiendo ad Scaccarium noſtrum pro æſtimatione valoris terræ RICHEMUNDIÆ, occaſione maritagii *Beatricis* filiæ noſtræ, ſponſæ ſuæ: unde, per brevia noſtra, quæ inde habuit, nichil recepit, ut dicitur, & de octingentis marcis ei reddendis ad terminum Paſchæ proximo venturum; Conceſſimus eidem *Johanni*, quod medietatem prædicti debiti ei reddemus ad Scaccarium noſtrum, in Quindena Paſchæ venturæ, & aliam medietatem ad Quindenam Sancti Michaelis proximo ſequentis; ita tamen quod, ſi prædictus *Johannes* aliquid receperit de pecunia prædicta, illud ei in prædicta pecunia allocetur. In cujus, &c. *A. D.* 1264. *A.* 48. *H.* 3. *Pat. Angl. & Franc.* 48. *H.* 3. *m.* 2.

Teſte Rege apud *Ambian* 25. die Januarii.

N°. LIX.

Pro Johanne *primogenito Comitis* Britanniæ *de* COMITATU RICHMUNDIÆ.

Rym. T. I. *p.* 835.

A. D. 1266. *An.* 50. *H.* 3. *Pat.* 50. *H.* 3. *n.* 46.

REX dilecto & fideli ſuo *Gwicchardo de Charron*, ſalutem. Cum quaſdam terras, tenementa & maneria noſtra dederimus & conceſſerimus dilecto & fideli noſtro, *Petro* Comiti de *Sabaudia*, Domino veſtro, in eſcambium COMITATUS & HONORIS RICHEMONDIÆ (de quibus quidem terris, tenementis & maneriis iidem Comes & amici ſui eſſe debent merito contenti) ac nos COMITATUM & HONOREM prædictum, cum pertinentiis, dilecto & fideli noſtro, *Johanni* primogenito Ducis *Britanniæ* reddidimus, per quod *Radulphum de Mortein* Militem ipſius Ducis ad vos tranſmittimus, pro COMITATU & HONORE prædictis, nomine Domini ſui prædicti a nobis recipiendis; Vobis mandamus, firmiter injungentes, quatenus prædictos COMITATUM & HONOREM, cum omnibus pertinentiis ſuis, præfato Militi liberetis in forma prædicta; & hoc, ſicut nos & honorem noſtrum, necnon & omnia bona veſtra, quæ in regno tenetis, diligitis, & ſicut indignationem noſtram vitare volueritis, nullo modo omittatis. Scituri quod, niſi feceritis, periculum exhæredationis terræ veſtræ *Chavens* vobis ex hoc poterit imminere; Nos enim erga *Dominum* veſtrum Comitem *Sabaudiæ* prædictum, & quoſcumque alios vos inde conſervabimus indempnes. In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus patentes.

Teſte meipſo apud *Northampton* 6. die Maii.

Et mandatum eſt Militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis tenentibus de CASTRO, COMITATU, & HONORE prædictis, quod eidem tanquam Domino ſuo ſint intendentes, &c.

N°. LX.

Conceſſio COMITATUS RICHMONDIÆ Johanni *Duci* Britanniæ.

Lobin. T. II. *p.* 409.

HENRY par la grace de Deu Rey de Engleterre, Seynur de Yrland, & Duck de Aqytayne, à tous ceus à ki ceſtes Lettres vendrunt, ſaluz. Sachent tous ke nus aurins otreyè e graé à noble Sier *Johan Duck* de *Bretagne*, à li enteryner e à li acumpleyr dedenz le jur de Jouedy prochein devaunt la feſte Sainte Barnabe lapoſtle ou moys de Juyn les diz e la tenur de une lettre ke nus le aurins donneé, en la quele il eſt contenu ke nus li aurins rendu la

KUNTE

KUNTE de RICHMOND o totes les apartenances, e voluins e otreuins ke nus ne puſiuns * acheyſener le avaunt dit Duck ne ſes aloeyz, ne tener defailaunz. en aucune manere Duckes au jour le Jouedy ke eſt contenu en ceſte Letre, ne en outre par reſon de auchun fet kil euſſent fait duske au jour de Jouedy avaunt ditz. E ce fu donné a *Northampton* le jour de Mareſdy avaunt lavaunt dite feſte en l'an del encarnacyun noſtre Seynur mil deux cenz e ſeyſante e ſis, e de noſtre regne cynctantyme.

N°. LXI.

De liberatione COMITATUS & HONORIS RICHMUNDIÆ Radulpho de Morteyn *pro* Duce Britanniæ.

R. Pat. A. 50. *H.* 3. *m.* 15. *dorſo.*

REX *Guichardo de Charrun* ſalutem. Cum de conſilio *Edwardi* primogeniti noſtri, & aliorum fidelium noſtrorum de conſilio noſtro exiſtentium, quædam caſtra, terras & tenementa noſtra dederimus & conceſſerimus dilecto avunculo & fideli noſtro *Petro* Comiti de *Sabaudia* Domino veſtro in eſcambium COMITATUS & HONORIS RICHEMUNDIÆ, qui quidem COMITATUS & HONOR fuerunt de hæreditate anteceſſorum nobilis viri *P. Ducis Britanniæ*, & quos cum caſtris & pertinentiis ſuis jam cepimus in manum noſtram, & eos præfato *Duci* reddidimus. Tenendum de nobis & hæredibus noſtris adeo integre, & cum eiſdem libertatibus, ſicut anteceſſores ſui eos tenuerunt, & ad manum noſtram devenerunt. Et velimus quod prædicti COMITATUS & HONOR *Radulpho de Morteyn* Militi ipſius *Ducis*, ſine dilatione liberentur cuſtodiendi ad opus *Ducis* ſupradicti. Et vobis mandamus in fide & dilectione quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod prædictos COMITATUM & HONOREM, cum caſtris, libertatibus, ut in homagiis, ſervitiis, redditibus, feodis Militum, advocationibus Eccleſiarum, & omnibus aliis pertinentiis ſuis prædictis Vicecomiti noſtro *Eboracenſi* liberetis, cui mandavimus, quod eos in manum noſtram capiat, & eos præfato Militi liberet ad opus *Ducis* ſupradicti. Non impedientes præfatum Militem, vel quantum in vobis eſt impediri permittentes, quominus habere poſſit ſeiſinam eorundem. Et hoc, ſicut vos & honorem veſtrum, necnon & omnia bona & catalla, quæ in regno noſtro tenetis, diligitis, & indignationem noſtram vitare volueritis, nullo modo omittatis. Ita quod per defaltum veſtrum exhæreditationem *Terræ* noſtræ *Agenenſis* non incurramus. Nos enim dictum *Dominum* veſtrum *Comitem Sabaudiæ* & vos erga ipſum in hac parte conſervabimus indempnes. Unde vobis iterato mandamus firmiter injungentes, quod ſtatim expeditis præmiſſis, & omnibus aliis prætermiſſis, ad nos veniatis, Caſtra, Maneria, Terras & Tenementa, quæ præfato Domino veſtro conceſſimus in eſcambium COMITATUS & HONORIS prædicti a nobis recepturi, ad opus Domini veſtri prædicti. Et ſi quid Domino veſtro defuerit in hac parte, nos illud de conſilio noſtro in aliis terris & tenementis noſtris ſuppleri faciemus eidem. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Northt.* 10. die Junii.

* Occaſioner.

N°. LXII.

De COMITATU RICHMUNDIÆ *redditio* Johanni Duci Britanniæ.

Rym. T. I. *p.* 847. Vide etiam *Lobin. T.* II. *p.* 409. ubi totidem fere verbis occurrit.

* *Sic.* *A. D.* 1268. *An.* 52. *H.* 3. *Pat.* 52. *H.* 3. *n.* 27.

HENRI par la grace * Deu Roi de Angleterre, Seign^{r}. de Irlaund, & Duc de Aquitain, a touz ceux q. qui ceſtes lettres vendrount, ſaluz. Sachez ke nus avuns rendu a notre chez & a notre feel *Johan de Britaign fiz Pierres* jadis *Duc de Britaign* la CUNTE de RICHEMUND ove totes les apertenances pour ſuen homage & pour ſuen ſerviſe la quel CUNTE & les queles totes apertenances les Aunceſtres meſmes cel *Duc* autrefoiz tindrent. A avoir & a tenir a meiſmes cel *Duc* & a ces heirs de nus & de nos heirs come leur dreit & leur heritage enſi & en meiſmes la manere, & par meiſmes les franchiſes ke les Aunceſtres al dit *Duc* la tindrent quaunt ele vint premerement a noz meins, feſaunt a nus & a noz heirs les ſerviſes que les Aunceſtres meiſmes cel *Duc* en ſoloient & en devoient fere a nus & a nos Aunceſtres. E quitons meiſmes cel *Duc* & ſes Aunceſtres de touz forfetz, & de tute defaute de ſerviſe, & de tuz arrerages, & de totes autres choſes qui de meiſmes cel *Duc*, ou de ſes Aunceſtres par ‡ acheiſon de co peuſſoms demaunder deſq. al jour que ces lettres furent feites. E nos & noz heirs ſumes tenuz a garauntir al avant dit *Duc* & a ſes heirs lavaundit Cunte oue ſes apartenances encontre tote gent que ren en puiſſent demaunder par notre fet, puis le tens que lavaunt dit CONTE vint en notre mein de la ſeiſine lavauntdit *Pierres* jadis *Duc de Bretaigne*. E en teſmoigne de ces choſes a ceſt eſcrit avunns mis notre ſeel par ices teſmoignes: *Edward* notre fiz einez, Maſtre *Godefray Giffard*, Eſlit de *Wireceſtre*, *Henri* le fiz le Rei de Alemaigne notre † . . . *Willem de Valence*, notre frere, *Phillipe Baſſet*, *Roger de Mortimer*, Meſtre *Johan de Chiſhull* Arcediakne de *Lundres*, *Robert Waleraund*, *Robert Aguillon*, *Johan de la Lynd*, & autres.

Done a *Wodeſtok* le quinzime jour de Joil.

N°. LXIII.

Redditio Comitatus Agenenſis *Regi Angliæ pro* Comitatu Richmondiæ.

Rot. Pat. A. 52. *H.* 3. *m.* 9. *n.* 28. *in cedula.*

A totes ceaus ke ces lettres verront ou orront *Johan de Bretaygne* fuiz eſnè au noble Sier *Johan Duk de Bretaign* ſalut en noſtre Seignur. Sachez ke com mes Sires *Henry* noble Roy Dangleterre eyt ja rendue mercy la

‡ Occaſion. † Frere.

CONTEE de RICHEMUND od les apurtenaunces a Sire *Aleyn de Acherat* Procurur & Attorne mun Seignur mun pere avauntdite assigne par sa lettre patente a recevoir la CONTEE avaundite, e a fere ent kaunt kil feroit seil avoit presente al oes mun Seygnur mun pere avauntdit, e li avauntdit Procurur par le poer kil out de mun Seygnur mun pere avauntdit la CONTEE avauntdite, en nun de mon pere me eyt done, e je en eye fete homage a mun Seygnur le Roy Dangleterre avauntdit, jo ay rendu quiteclame pur moy e pur mes heyrs a mun Seygnur le Roi avauntdite e a ses heirs, tut le droit e tut le claym ke jo ey ou auer poer en la Contee de *Ageneys* od les apurtenaunces e kaunt ke jo poaye demaundez de devers, ou dautre chose, par la resun de mesme la CONTEE ke mes Sires le Roi Dangleterre pur la CONTEE de RICHEMUND avauntdite assigna a mun Seignur mon pere, sil a moy par le gre le noble Roi de Fraunce. A avoir e a tenir en la furme du covenaunt fet entre mon Seignur le Roi Dangleterre & mun Seignur mun pere si come les partres du Cyrographe ke fu fet entre eaus pleinement les tesmoynent [*E surceo Jo aquit de ce Jer & en avant le Roi de Angletere & ses heirs des* *ut rent marcz qil avoiet graunte a moi & a mes heirs jesq. le estente de* RICHEMUND *fust fete selaun la verre value de nuz la* CONTEE.] Et Jo premet en bone fey, ke Jo escriverai al Roi de Fraunce, e par moi e par mes amis procuraira tut mun leau poer ke il me relesse l'omage que jo luy fis de la CUNTEE *de Agenois* avauntdite, e kil eyt estable ceo ke jo en ay crendreit fet de vers mun Seygnur le Roi Dangleterre estre. Ce Jo premet en bon fei e me oblige fermement ke la partie du Cirographe avauntdit ki est devers mun Seygnur mun pere frai livrer e rendre a mon Seygnur le Roi Dangleterre entre †c . . e la procheinne feste Saint Edward [*E si il aveneit par aucun cas qe ge ne peusse rendre la partie de celuy Cyrographe, ge rendreie a mon Segnor le Roi les Letres mon Segnor mon pere e les mees, es queles il seroit contenu que mon pere e ge quitons a toz jouz por nous le por noz eyrs tote le droyture que nous poions avoir e deivons en la Conte de* AGENOIS, *e es deneers qe le Roi de Fraunce me soleit rendre, e en cas de fallee a cele feste devauntdite de parentre la partie dun Cyrographe en les lettres mon Seynor mon pere e les mees de qitance, mon Seygnor le Roi porroit prendre en la maen e sesir la* CONTEE de RICHEMONT *e tenir duques a tant que ge ly eusse rendu la partie avant dite deu Cirographe, ou les letres mon peir e les mees de quytances, ou les letres a celuy de nous deus qi plus virireit.*] En tesmoyne de ceste chose a ceste escrit ay mis mun seil. Done a *Wodestok* le sesime jor de Jul lan du regne le Roi Henri avantdit cincaunte secund.

N°. LXIV.

Guischardo de Charron, *ut liberet* CASTRUM RYCHMONDIÆ Johanni de Britannia.

R. Pat. A. 52. H. 3. m. 9. n. 26.

REX *Guischardo de Charon* salutem. Cum ceperimus homagium *Johannis* primogeniti filii *Ducis Britanniæ* de CASTRO & HONORE de RICHEMUND, & ei Castrum & Honorem illum cum pertinentiis tanquam jus

* ouit. † ceci.

& hæreditatem ſuam reddiderimus: Vobis mandamus quod eidem *Johanni* Caſtrum de RYCHEMUND cum pertinentiis, quod eſt in cuſtodia veſtra, ſine dilatione liberetis, habendum ſicut prædictum eſt. In cujus, &c.

Teſte R. apud *Norh.* xx. die Julii.

N°. LXV.

Pro Johanne de Britannia *in* Terram Sanctam *profecturo, ut dimittat* Honorem Richmundiæ *ad Firmam.*

R. Pat. 53. *Hen.* III. *m.* 23. & *apud Lobin. p.* 410. *T.* II.

HENRICUS Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, omnibus, &c. Cum dilectus filius & fidelis noſter *Johannes de Brytannia*, Comes RICHEMUNDIÆ, de licentia noſtra profecturus ſit ad *Terram Sanctam*, ad quod magna pecuniæ ſumma indiget, & nos rogaverit, ut quaſdam terras & tenementa ſua, quæ ſunt de HONORE RICHEMUNDIÆ, dimittere poſſit ad firmam ad tantum tempus quouſque duo millia marcarum inde receperit: Nos eidem *Johanni* gratiam facere volentes ſpecialem, conceſſimus ei, quod ſi contingat ipſum ante reverſionem ſuam a *Terra Sancta* in fata decedere, quod executores ſui, licet hæres ipſius *Johannis* intra ætatem fuerit, & in cuſtodia noſtra eſſe debeat ratione tenuræ ipſius Johannis a nobis in capite, nihilominus habeant & teneant omnes terras & teneuras ipſius Johannis in Anglia quouſque inde receperint duo millia marcarum ad debita ſua inde acquitanda. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes.

Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium* vigeſimo ſeptimo die Januarii, anno regni noſtri * LIII.

N°. LXVI.

De fidelitate præſtanda Regi Franciæ *pro* Terra Agenenſi.

Rym. T. I. *p.* 856.

A. D. 1269. *An.* 53 *H.* 3. *Pat.* 53. *H.* 3. *n.* 14.

REX dilecto & fideli, *Johanni de la Linde*, ſalutem. Cum dilectus filius *Johannes de Britannia*, pro aſſignatione COMITATUS RICHEMUNDIÆ ſibi per nos facta, nobis remiſerit mille & ducentas Marcas, in quibus Dominus Rex Franciæ illuſtris nobis tenetur, ratione concordiæ, inter ipſum & nos factæ, de *Terra Agenen.* quas præfatus *Johannes de Britannia* ab

* A. D. 1269.

eodem

eodem Domino Rege annuatim ex conceſſione noſtra percipere conſuevit: Et nos poſtmodum kariſſimæ Conſorti noſtræ *Alienoræ*, Reginæ Angliæ, per formam cujuſdam conventionis, inter ipſam & *Edwardum* primogenitum noſtrum initæ, conceſſerimus prædictas mille & ducentas Marcas annuas, habendas & percipiendas ad totam vitam ipſius *Reginæ* a prædicto Domino Rege & ſuis, pro jure quod eadem *Regina* habebit in dicto COMITATU RICHEMUNDIÆ, ex donatione ſibi facta in teſtamento *Petri de Sabaudia*, qui dictum COMITATUM cum ſuis pertinentiis in eodem teſtamento legavit eidem: Dedimus vobis poteſtatem præſtandi fidelitatis juramentum, noſtro & ejuſdem *Reginæ* nomine, prædicto Domino Regi Franciæ, pro prædicta terra *Agenen.* prout hujuſmodi fidelitas a nobis & dicta *Regina* noſtra eidem fieri debebit. Ratum habituri & gratum quicquid in præmiſſis, noſtro & præfatæ Reginæ nomine duxeritis faciendum. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Jutwyk* 9. die Auguſti, anno regni noſtri 53.

N°. LXVII.

Pro Regina, de excambio terrarum pro HONORE de RICHMUND *ei legato per* Petrum de Sabaudia.

R. Pat. A. 53. H. 3. m. 24. n. 54.

REX omnibus tenentibus de Maneriis & Firmis de *Merleberg*, *Ronedon*, *Winterburn*, *Hedendon*, *Haneberg*, *Blodeſham*, *Molendinorum & Prati* Oxon. *Langele*, *Cocham*, *Braye*, *Kemton*, *Wicumbe*, *Kingeſton*, *Boſeham*, *Hadleg*, *Coleceſtre*, *Andovere*, & *Baſingeſtoke*, ſalutem. Sciatis quod, cum *Petrus de Sabaudia*, avunculus noſter dudum defunctus, ante mortem ſuam dediſſet & legaſſet kariſſimæ conſorti noſtræ *Alienoræ Reginæ* Angliæ HONOREM RICHEMUNDIÆ, cum pertinentiis, ſicut poteſtatem habuit per chartam noſtram, & nos HONORE illo indigeamus, ad opus chariſſimi filii noſtri *Johannis de Britannia*, ad tradendum eidem *Johanni*, ſicut tenemur per litteras noſtras patentes, quas ſibi inde dudum fieri fecimus; nos in eſcambium HONORIS prædicti, quem eadem Regina reddiit in manus noſtras, & quietum clamavit imperpetuum; dedimus & conceſſimus eidem *Alienoræ* octingentas Marcas ſingulis annis, ad totam vitam ſuam percipiendas de firmis prædictis, in forma in litteris noſtris Patentibus, quas eidem Reginæ noſtræ inde fieri fecimus patentes, plenius contenta; videlicet, de firma de *Merleberg* quinquaginta libras; de firma *Agnetis de Roneſdon*, ſeptem libras decem ſolidos; de firma de *Winterburn* duodecim libras & novem denarios; de firma de *Hedingdon* decem & octo libras; de firma de *Haneberg* viginti & ſeptem libras; de firma de *Blocteſham* triginta & duas libras; de *Molendinis Oxoniæ* viginti & quinque libras; de *Prato noſtro Oxoniæ* treſdecim libras ſex ſolidos & octo denarios; de villata de *Langelie* ſeptem libras; de *Cocham*, & de *Bray*, & de *Kenigton* quinquaginta marcas; de firma de *Wicumbe* decem & octo libras; de firma de *Kingeſton* cum extenſis viginti & novem libras, treſdecem ſolidos, & ſeptem denarios; de firma de *Boſeham* quadraginta & tres libras, quatuor ſolidos, & ſex denarios; de firma de *Hadleg* treſdecim libras, ſex ſolidos, & octo denarios;

de firma de *Colecestre* quadraginta & unam libram & octo solidos; de firma de *Andovere* quaterviginti & duas libras, sex solidos, & octo denarios; de firma de *Basingestok* quaterviginti libras. Et ideo vobis mandamus, quatinus eidem *Alienoræ*, quoad firmas prædictas sibi vel certo Attornato suo reddendas, de cætero intendentes sitis & respondentes, sicut prædictum est; & firmas prædictas præfatæ Reginæ nostræ, vel certo Attornato suo, ad dies & loca quæ eadem Regina nostra habere faciatis, ex parte nostra reddatis in forma prædicta. In cujus, &c.

Mandatum est *Baronibus de Scaccario*, quod eidem *Alienoræ*, vel certo Attornato suo, firmas prædictas habere faciant in forma prædicta ad Scaccarium, aut alibi, prout eadem Alienora eis scire faciat ex parte Regis, & ad opus suum magis viderit expedire, una cum arreragiis earundem firmarum, de termino Sancti Michaelis proximo præterito. Et si firmæ illæ de eodem termino ad Scaccarium Regis vel alibi fuerint solutæ, tunc præfatæ Reginæ alibi de pecunia Regi debita, usque ad summam firmarum prædictarum termini prædicti provideant, & eam sine dilatione habere faciant. Et hoc nullatenus omittant. T. R.

Per ipsum Regem & totum Consilium.

Et mandatum est cuilibet Maneriorum prædictorum in forma prædicta.

N°. LXVIII.

Concessiones Liberæ Warennæ *in* COMITATU RICHMONDIÆ *sub* Henrico tertio.

REX concessit *Petro de Sabaudia* Liberam Warennam in Manerio suo de *Aldeburgh*, & in *Richmondescira*.

Cart. A°. XXXII. Hen. III. m. 8.

Rex concessit *Henrico* filio *Ranulphi* Liberam Warennam in *Thyrngarth*, *Mickelton*, *Cotherston*, *Burton*, *Ravenswath*, *Berewyck* super *Tese*, *Fremyngton* in Swaledale, *Applegarth*, *Aykeston*, *Staneley*, *Nappay*, **Denet*, *Ingelton*, *Sadbergh*, *Farnham*, *Garsdale*, & *Holwic*.

Cart. A°. XXXV. Henr. III. m. 2.

Rex concessit *Rogero de Magneby* Liberam Warennam apud *Magneby*, & *Kirkby Knoll*.

Cart. A°. XXXVII. Henr. III. m. 4.

Rex concessit *Philippo de Fauconberg* Liberam Warennam apud *Appelton* & †*Colton*.

Cart. A°. XXXVII. Henr. III. m. 7.

Rex concessit *Thomæ de Multon* & *Matildi* uxori ejus Liberam Warennam in omnibus terris suis in *Eboracira*.

Cart. A°. XXXVII. Hen. III. m. 9.

* Dent. † Cowton.

Rex conceſſit *Thomæ Fitz Williams de Woodhalle* Mercatum & Feriam apud * *Emmely*, & Liberam Warennam apud *Woodhalle*.

Cart. A°. XXXVII. Henr. III. m. 15.

Rex conceſſit *Wilielmo Charles* Liberam Warennam apud *Brigenhall* & *Chiffe*.

Cart. A°. XLVIII. Henr. III.

Rex conceſſit *Stephano de Coverham* Liberam Warennam in *Caudbergh* & *Scrafton*.

Cart. A°. LIII. Henr. III. m. 7.

Rex conceſſit *Nicolao de Stapilton* Liberam Warennam in *Stapleton*, *Kirkby*, *Wath*, † *North Duffield* & ‡ *Ouſtwyck*.

Cart. A°. LVI. Henr. III. m. 3.

Rex conceſſit *Willielmo de Grayſtock* Liberam Warennam in *Brunton* & *Ellerton*.

Cart. A°. LVI. Henr. III. m. 7.

N°. LXIX.

Pro Johanne de Britannia COMITE RICHMUNDIÆ, *de Feria apud* RICHMUNDIAM *conceſſa*.

R. Cart. A. 7. *E.* 1. *pars unica*, *m.* 4. *n.* 34.

REX Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac charta noſtra confirmaſſe, dilecto & fideli noſtro *Johanni de Britannia*, COMITI RYCHEMUNDIÆ, quod ipſe & hæredes ſui imperpetuum habeant unam *Feriam* apud Manerium ſuum de RYCHEMUND in Comitatu *Eboracenſi*, ſingulis annis, per quatuor dies duraturam, videlicet, in vigilia, in die, & in craſtino Exaltationis Sanctæ Crucis, & per unum diem ſequentem, niſi *Feria* illa ſit ad nocumentum vicinarum Feriarum. Quare volumus & firmiter præcipimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædictus Comes & hæredes ſui imperpetuum habeant prædictam *Feriam* apud Manerium ſuum prædictum, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad hujuſmodi *Feriam* pertinentibus, niſi *Feria* illa ſit ad nocumentum vicinarum Feriarum, ſicut prædictum eſt. Hiis teſtibus: Venerabili patre *R. Bathoniæ & Wellenſi* Epiſcopo, Cancellario noſtro; *Willielmo de Valencia*, Avunculo noſtro; *Henrico de Lacy*, Comite *Lincolniæ*; *Antonio Beke*, Archidiacono *Dunelmenſi*; Magiſtro *Thoma Beke*, Archidiacono *Dorſettiæ*; *Waltero de Helynn*; *Hugone* filio *Ottonis*, *Johanne de Luvetot*, & aliis. Data, &c.

* Elmely *in the Weſtriding*. † in Com. Derbeienſ. ‡ in Holderneſſe.

N°. LXX.

De Terra & Comitatu Agenenſibus Alianoræ *Matri Regis liberandis.*

Rym. T. II. *p.* 52.

A. D. 1275. *An.* 3. *E.* 1. *L. A. f.* 228. *penes Camerar. Scacc.*

MAgnifico Principi, Domino, & Conſanguineo ſuo kariſſimo, Domino *Philippo*, Dei gratiâ, Regi Franciæ illuſtri, *Edwardus*, eadem gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, ſalutem & ſinceræ dilectionis ſemper augmentum. Cum, celebris memoriæ Dominus *Henricus* Rex, genitor noſter, in redditione illarum mille & ducentarum Marcarum annuarum, quam dilectus & fidelis noſter *Johannes de Britannia*, filius & hæres *Johannis* Ducis *Britanniæ*, dicto patri noſtro fecerat, tempore quo idem *Rex* pater noſter eidem *Johanni* reſtituit Comitatum RICHMUNDIÆ, pro Terra, Comitatu & Redditu *Aginenſibus*, conceſſerit kariſſimæ matri noſtræ *Alianoræ*, Reginæ Angliæ, illas mille & ducentas Marcas, percipiendas ad totam vitam ſuam; ita quod, ſi terra & Comitatus *Agennenſis*, ſuperſtite ipſa Regina matre noſtra, acciderit, eam cum pertinentiis teneret ad totam vitam ſuam, & poſt deceſſum ejuſdem *Alianoræ*, ad ipſum Regem, patrem noſtrum, & hæredes ſuos, integrè reverteretur: Nos conceſſionem illam in forma prædicta acceptamus, Serenitatem veſtram rogantes, quod Terram & Comitatum *Aginenſem* præfatæ Reginæ matri noſtræ deliberari faciatis, ſi placet, in forma prædicta; & hoc dominationi veſtræ, & omnibus quorum intereſt, ſignificamus. In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus patentes.

Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium decimo tertio die Junii, anno regni noſtri tertio.

N°. LXXI.

Pro Johanne *Comite* Britanniæ *ad* Terram Sanctam *iter arrepturo.*

Rym. T. II. *p.* 139.

A. D. 1279. *An.* 7. *E.* 1. *Pat.* 7. *E.* 1. *m.* 15.

REX omnibus, &c. ſalutem. Sciatis quod, de gratia noſtra ſpeciali, conceſſimus dilecto fratri & fideli noſtro, *Johanni de Britannia*, Comiti RICHEMUNDIÆ, qui de licentia noſtra profecturus eſt ad *Curiam Romanam*, & exinde proponit ad *Terram Sanctam* arripere iter ſuum, quod ſi contingat nos, infra quinquennium a tempore confectionis præſentium, alicubi exercitum noſtrum ſummonere, idem *Johannes*, occaſione COMITATUS prædicti, aut aliarum terrarum vel tenementorum, quæ de nobis tenet in capite, non habeat neceſſe exercitui illi perſonaliter intereſſe: Dum tamen ſuum ſervitium inde

debitum, nobis fiat, prout nobis, & anteceſſoribus noſtris, Regibus Angliæ, in hujuſmodi exercitibus, fieri debet & conſuevit. In cujus, &c. per dictum quinquennium duraturas.

Dat. per manum Magiſtri *Th. Bek* apud *Weſtm.* quarto die Junii.

N°. LXXII.

Litera ab Alianora *matre Regis, pro* Johanne Duce Britanniæ, *in remota patria peragente.*

Rym. T. II. *p.* 221.

ALianor, par la grace de Dieu, Roine d'Engleterre, au Roy noſtre filz, ſaluz & noſtre bonoizon. Por ce que *Johan de Bretagne*, noſtre filz, eſt en eſtrange pais, & a nos, com a mere, & a vous, com a Seignur, ait ſes beſoignes recommundez; & de tant plus ke noſtre Sire *Jehan de Maure*, ſon Seneſchall, en Engleterre, doit haſtivement aler a la Doure por oir certains noveles de ſon Seignur; Vos prions & requiroms que voz voillez granter, que mon Sire *Nichol de Stapleton* peuſſe entendre a ſes boſoignes en ceſt pays, & voillez maundez a li par veſtre lettre que il i entende; kar il ne le f'rait pas ſaunz veſtre commandement eſpecial, & por ce vous en prioms, que il porra bien, oveque les voz, feire les ſones. Et, ſi vos pleſt, dones il poair, par veſtre lettre, de eſtre Atorne, & de Fere Atorne, ou toz plaiz, en la manere que vos le grantaſtes a Sire *Dreu de fere*. Et aiez excuſe Sire *Johan de Maurre*, de ce que il ne prent congè de vous a ſon partir; kar il ne le poait faire por la haſte que il fut. A Dieu vous commandoms.

Donees a * *Letergetſel* 8. jor d'Octobr. *A. D.* 1281. *An.* 10. *E.* 1. *In turri.*

N°. LXXIII.

Libera Warenna conceſſa † *Epiſcopo* Bathoniæ & Welliæ, *in terris ſuis* de Morton ſuper Swale, *&c.*

R. Cart. A. 9. *Edw.* I. *n.* 80. *in cedula pendente.*

REX Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac charta noſtra confirmaſſe, venerabili patri, *Roberto Bathoniæ & Welliæ* Epiſcopo, quod ipſe & hæredes ſui imperpetuum habeant *Liberam Warennam* in omnibus

* Ludgerſhall. † Roberto Burnell, *qui terras has non Epiſcopali, ſed jure proprio tenuit.*

omnibus Dominicis terris ſuis de *Acton Burnell*, *Bedleſworthyn*, *Chatewall*, *Wolſtaneſton*, & *Moeles* in Comitatu *Salopiæ*, & in omnibus Dominicis terris ſuis de *Sinkeley*, *Hauleg*, & *Eſthamme* in Comitatu *Wigorniæ*; & in omnibus Dominicis terris ſuis de *Brome* & *Budeford*, cum ſuis membris, in Comitatu *Warrwici*, & in omnibus Dominicis terris ſuis de *Haſelbach* in Comitatu *Northamptoniæ*, & in omnibus Dominicis terris ſuis de *Morton ſuper Swale*, * *Kirkeby Orblawere* & *Oſmunderl*, in Comitatu *Eboracenſi*; & in omnibus Dominicis terris ſuis de *Therning* in Comitatu *Norffolciæ*; & in omnibus Dominicis terris ſuis de *Borham* in Comitatu *Eſſexiæ*; & in omnibus Dominicis terris ſuis de *Ruſindon* in Comitatu *Glouceſtriæ*: Dum tamen terræ illæ non ſint infra metas foreſtæ noſtræ. Ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum, quod ad Warennam pertineat, ſine licentia & voluntate ipſius Epiſcopi vel hæredum ſuorum, ſuper forisfacturam noſtram decem librarum. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædictus Epiſcopus & hæredes ſui imperpetuum habeant *Liberam Warennam* in omnibus Dominicis terris ſuis prædictis: Dum tamen, &c. Ita quod nullus intret, &c. ſuper forisfacturam noſtram decem librarum, ſicut prædictum eſt. Hiis teſtibus: Venerabili Patri, *W. Norwycenſi* Epiſcopo, *Gilberto de Clare* Comite *Glouceſtriæ* & *Hertfordiæ*, *Antonio Bek* Archidiacono *Dunelmenſi*, *Ricardo de Brus*, *Hugone* filio *Ottonis*, *Roberto* filio *Johannis*, *Ricardo de Boſco*, & aliis. Data per manum noſtram apud *Shuldham* XIIII. die Januarii, anno, &c. nono.

N°. LXXIV.

Pro Johanne de Britannia, *Comite* RICHMUNDIÆ *Conceſſio Libertatis* HONORIS RICHM.

Rym. T. II. *p.* 238.

A. D. 1281. *A.* II. *E.* I. *Pat.* II. *E.* I. *m.* 22.

REX omnibus, &c. ſalutem. Sciatis quod conceſſimus dilecto & fideli noſtro, *Johanni de Britannia*, Comiti RICHMUNDIÆ, Libertatem HONORIS RICHMUNDIÆ, cum omnibus ad Libertatem illam pertinentibus, ut in viſu franci plegii, wayviis, † wekkys, & omnibus aliis libertatibus conſimilibus, ad Libertatem HONORIS prædicti, in Comitatibus *Lincoln.* & *Notingh.* ſpectantibus: Habendam quamdiu nobis placuerit. Reddendo inde nobis, per annum, ad Scaccarium noſtrum, viginti libras; unam, videlicet, medietatem ad Scaccarium noſtrum Paſchæ; & aliam medietatem ad Scaccarium noſtrum Sancti Michaelis. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Rothelan.* 12. die Februarii.

* Kirby Overblows, Oſmotherly.

† Wrekkys.

N°. LXXV.

Johannis *Ducis* Britanniæ & *Comitis* RICHEMUNDIÆ *Confirmatio* Cantuariæ *in Eccleſia de* Houghton *Com.* Norfolc. *fundata per* Mariam de Nevill, *Dominam de* Midelham.

Ex autographo inter Collectan. P. [illegible] *Neve Arm. Norroy.*

UNiverſis Chriſti fidelibus præſentes Literas inſpecturis & audituris, JOHANNES Dux *Britanniæ*, Comes *Richemundiæ*, æternam in Domino ſalutem. Noveritis nos inſpexiſſe chartam Dominæ *Mariæ de Nevill*, in hæc verba: Noverint univerſi, quod ego *Maria*, quondam uxor *Roberti* filii Domini *Roberti de Nevill*, Domini de *Medelham*, in pura, libera & legia viduitate mea dedi, conceſſi, aſſignavi, & hac præſenti charta mea chyrographata confirmavi Deo & Beatæ Mariæ, & omnibus Sanctis, & Eccleſiæ de HOUTON, ad ſuſtentationem duorum Capellanorum in eadem divina celebrantium, & officium pro mortuis integre faciendum, ſingulis diebus & annis, niſi cauſa evidens & neceſſaria eos excuſaverit, videlicet, pro animabus *Johannis* filii *Johannis* Ducis *Britanniæ*, & *Beatricis* quondam uxoris ſuæ, anteceſſorum & ſucceſſorum ſuorum, & animabus *Roberti* filii *Radulphi*, quondam Domini de *Medelham*, Domini *Radulphi* fil. *Ranulphi* patris mei, & Dominæ *Anaſtaſiæ* matris meæ, & pro anima Domini *Roberti* filii *Galfridi de Nevill*, & anima *Roberti* filii ejuſdem *Roberti*, quondam mariti mei, & pro anima mea & *Ranulfi* filii *Roberti de Nevill*, primogeniti mei, & pro animabus omnium puerorum meorum & ſpecialium amicorum meorum, anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, & pro animabus omnium fidelium, unum Capitale Meſſuagium in villa de *Suthpykenham*, quod fuit aliquando *Hervei* ultra aquam, & ſexieſviginti & treſdecim acras terræ arabilis in eadem villa, & tres acras prati verſus *Creſſingham* in loco qui vocatur *Dykedmedu*. Tenenda & habenda prædicta Meſſuagium, Terram, cum Prato, & aliis pertinen. in puram, liberam, & perpetuam Elemoſinam, libere & quiete, ſicut liberius & quietius aliqua terra teneri poterit, abſque omni ſervitio ſeculari pro ea faciendo, cum omnibus libertatibus communibus in communiis paſturis, moris, & mariſcis, & in omnibus aliis locis ubi aliquod ayſyamentum habere poterint; ita ſcilicet quod prædicti duo Capellani per me & hæredes meos ſint electi & Ordinario præſentati, & ad præſentationem meam & hæredum meorum admiſſi, quotieſcunque aliquem eorum contigerit in fato diſcedere. Dedi etiam & conceſſi eiſdem Capellanis quandam paſturam meam ſeparabilem inter prædictum Meſſuagium & Pratum de *Styvekay*, jacentem inter Dominicum pratum meum & terram arabilem, & unam liberam *Faldam* in eadem villa ad terram ſuam compoſcendam, & unum mariſcum meum ſeparabile juxta *Creſſingham* ad *Turvas* in eodem, ad focale fodiendas; ſalva communa paſturæ mihi, hæredibus, & hominibus in eodem. Si vero contingat, quod aliquis de prædictis Capellanis ſuper aliquibus criminibus enormibus legitime fuerit convictus, & per decretum Ordinariorum fuerit a beneficio privandus, ſeu aliquo caſu vel morbo incurabili fuerit amovendus, ſeu morte præventus, alius loco ipſius, quotiens evenerit, per me vel hæredes meos erit præſentatus & admiſſus: Et ſi dicti Capellani, vel alter eorum, per me vel per hæredes meos ad Ordi-

narios præſentati aliquo caſu contingente, non ſint digni ad hujuſmodi beneficium admitti, ego & hæredes mei alium vel alios loco ipſorum præſentabimus. Ego vero *Maria*, & hæredes mei, prædicta Meſſuagium, Terram arabilem, Pratum, Paſturam ſeparabilem, Mariſcum, & liberam Faldam, prædictis duobus Capellanis, cum omnibus pertinentiis, libertatibus & ayſiamentis, infra villam & extra de *Suthpykenham*, in puram, liberam & perpetuam Elemoſinam warantizabimus, adquietabimus, in omnibus & ſingulis ſervitiis & demandis, & defendemus contra omnes homines imperpetuum. In cujus rei teſtimonium parti hujus feoffamenti penes prædictos Capellanos remanenti Sigillum meum appoſui, & prædicti Capellani, cum electi, præſentati & admiſſi fuerint, parti penes me & hæredes meos remanenti, ſigilla ſua viciſſim ſuccedentes apponent. Hiis teſtibus: Dominis, *Johanne de Breton de Sporl*, *Ricardo de Belhuſe*, *Johanne de Wyginhale*, Militibus; *Egidio de Holm*, *Edmundo de Illey*, *Alano* tunc Ballivo de *Swafham*, *Waltero Faukpre*, *Rogero Verley*, & aliis. Nos igitur tenorem chartæ ſuperius annotatæ in omnibus & ſingulis articulis in eadem charta contentis ratificare volentes, concedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, tenorem præſentis chartæ, & in perpetuum confirmamus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum fecimus præſenti ſcripto apponi. Hiis teſtibus: Magiſtro *Henrico de Caleſta* Canonico *Arien.* Clerico noſtro, *Stephano de Grangia* Valleto, Camerario noſtro, & aliis pluribus.

Dat. menſe Februarii, anno Domini MCCLXXX ſeptimo.

N°. LXXVI.

De pardonatione pro Johanne *Duce* Britanniæ & *Comite* RICHEMUNDIÆ.

Rym. T. II. *p.* 427.

A. D. 1289. *An.* 17. *E.* 1. *Rot. Vaſcon.* 17. *E.* 1. *p.* 1. *m.* 3.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod pardonavimus dilecto & fideli noſtro, *Johanni de Britannia*, Duci *Britanniæ*, & Comiti RICHEMUNDIÆ, tranſgreſſionem, quam fecit non faciendo nobis ſervitium ſuum in tribus guerris ultimo habitis in *Wallia*; ac etiam totam pecuniam, quæ ab eodem Duce & Comite & ſuis exigitur, ad opus noſtrum, pro ſcutagio nobis debito, pro tribus guerris antedictis; & ipſum omnino abſolvimus de eiſdem: Nolentes quod idem *Dux* & *Comes*, vel hæredes ſui, occaſione tranſgreſſionis & ſcutagii prædictorum, vel alterius eorundem, per nos, vel hæredes noſtros, Theſaurarium, Juſticiarios, Vicecomites, ſeu alios quoſcunque Miniſtros noſtros inde occaſionentur in aliquo, vel graventur. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Ambian.* 28. die Julii.

N°. LXXVII.

Pro Custodibus regni Scotiæ *de feodis suis.*

Rym. T. II. *p.* 541.

REX & superior Dominus Regni *Scotiæ*, eidem Episcopo, Cancellario *Scotiæ*, salutem. Mandamus vobis quod, per literas sigillo regimini *Scotiæ* deputato sigillatas, dilecto & fideli nostro *Alexandro de Balliolo*, Camerario Scotiæ, nomine nostro, detis in mandatis, quod venerabilibus Patribus *W.* & *R.* Sancti Andreæ & Glasguensi *Episcopis*, & dilectis & fidelibus nostris, *Johanni Comyn*, & *Jacobo Senescallo Scotiæ*, & BRIANO filio ALANI, Custodibus regni *Scotiæ*, per nos deputatis, habere faciatis per annum, cuilibet, videlicet, ipsorum quadringentas Marcas, a die Dominica proxima ante festum Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, pro Custodia prædicta, ad voluntatem nostram, donec aliud inde duxerimus ordinandum. Et nos id, quod in hoc apposuerit, ei in compotis suis per annum, volumus plenius allocari. In cujus, &c.

Teste Rege apud *Alnewik* 16. die Augusti.

A. D. 1292. *An.* 20. *E.* 1. *Rot. Scot.* 20. *M.* 1. *m.* 11.

N°. LXXVIII.

De Rotulis liberandis Johanni *Regi* Scotiæ.

Rym. T. II. *p.* 602.

REX, & superior Dominus regni *Scotiæ*, venerabilibus in Christo Patribus, *W.* & *R.* Sancti Andreæ & Glasguen. *Episcopis*, & dilectis & fidelibus suis, *Johanni Comyn*, *Jacobo* Seneschallo *Scotiæ*, & BRIANO filio ALANI, nuper Custodibus prædicti regni *Scotiæ*, salutem. Mandamus vobis, quod omnes Rotulos, de placitis & querelis quibuscunque, coram vobis habitis & placitatis, de tempore quo vos ad hoc deputavimus in eodem regno, dilecto & fideli nostro *J.* Regi *Scotiæ*, sine dilatione liberetis, & hoc nullatenus omittatis. In cujus, &c.

Teste Rege apud *Novum Castrum* super *Tynam* quarto die Januarii.

A. D. 1293. *An.* 21. *E.* 1. *Rot. Scot.* 21. *E.* 1. *m.* 5.

N°.

Nº. LXXIX.

De Custodia terræ Scotiæ *commissa* BRIANO *filio* ALANI.

Rym. T. II. *p.* 877.

A. D. 1297. *An.* 25. *E.* 1. *Rot. Scot.* 25. *E.* 1. *m.* 1.

REX, &c. Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Vicecomitibus, Ministris, & omnibus aliis Ballivis, & fidelibus suis, per regnum & terram *Scotiæ* constitutis, salutem. Sciatis quod constituimus dilectum & fidelem nostrum BRIANUM filium ALANI, Custodem nostrum regni & terræ *Scotiæ*, quamdiu nobis placuerit. Ita quod omnia castra & fortalitia nostra, in eodem regno existentia, quotienscunque voluerit ingredi, & in eis morari, & aisiamenta habere possit pro suæ libito voluntatis. Et ideo vobis mandamus, quod præfato BRIANO, tanquam Custodi nostro regni & terræ prædictæ, in omnibus, quæ ad Custodiam illam & fidem nostram pertinent, intendentes sitis & respondentes, sicut prædictum est. In cujus, &c.

Teste Rege apud *Odimere* 14. die Augusti.

Per Breve de Privato Sigillo.

Et mandatum est Vicecomitibus, ac universis ac singulis de Comitatibus *Northumbriæ*, *Cumbriæ*, & *Westmerlandiæ*, Quod eidem BRIANO, tanquam Custodi regni & terræ prædictæ, in omnibus quæ ad custodiam & salvationem prædictorum regni & terræ pertinent, intendentes sint & respondentes, cum equis & armis, & toto posse Comitatuum prædictorum, quotiens necesse fuerit, & per ipsum BRIANUM ex parte Regis fuerint requisiti. In cujus, &c.

Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

Et mandatum est *Johanni de Warenna* Comiti *Surr.* quod Custodiam prædictorum regni & terræ, cum omnibus ad Custodiam illam spectantibus, eidem BRIANO liberet, habendam in forma prædicta. In cujus, &c.

Teste Rege apud *Wynchelse* 20. die Augusti.

Nº. LXXX.

De potestate præsentandi Ecclesias in Regno Scotiæ.

Rym. T. II. *p.* 793.

A. D. 1297. *A.* 25. *E.* 1. *Rot. Scot.* 25. *E.* 1.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod, de circumspectione & industria dilecti & fidelis nostri BRIANI filii ALANI, Custodis nostri regni & terræ *Scotiæ*, plenius confidentes, sibi plenam concessimus & commisimus potestatem, quod ipse, de consilio dilectorum Clericorum nostrorum *Walteri*

Walteri de * *Agnodeſham* Cancellarii, & *Hugonis de Creſſinghaw* Theſaurarii dictorum regni & terræ, præſentare poſſit ad Eccleſias, & alia quæcunque beneficia ad collationem ſeu donationem noſtram ſpectantia, quæ vacant ad præſens, & quæ, in prædictis regno & terra, in poſterum vacare contigerit, uſque ad valorem quadraginta Marcarum, perſonas idoneas in ſervitio noſtro videlicet exiſtentes ibidem, ſeu perſonas alias, prædicti BRIANI, & ipſorum Cancellarii & Theſaurarii, diſcretionis arbitrio; dummodo *Anglici* fuerint, & in regno commorentur eodem; ſeu etiam Eccleſias & Beneficia hujuſmodi perſonis conferre, in forma prædicta; donec aliud ſuper hoc duxerimus ordinandum. In cujus, &c.

Teſte *Edwardo* filio Regis apud *Tunbrigg.* 23. die Auguſti.

N°. LXXXI.

Pro Johanne de Britannia, *de Manerio de* Hynton *Com.* Cantab. *ei reddendo*, &c.

Rym. Tom. II. *p.* 857.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem. Inſpeximus litteras patentes, quas, bonæ memoriæ, Dominus *H.* Rex Angliæ, pater noſter, dilecto fratri & fideli noſtro *Johanni de Britannia*, ſigillo ejuſdem patris noſtri ſignatas, in hæc verba: *A. D.* 1299. *An.* 27. *E.* 1. *Ex Autogr.*

Henricus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, omnibus ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem. Cum teneamur reddere cariſſimo filio noſtro, *Johanni de Britannia*, Manerium de *Hyneton*, in Comitatu *Cantebrigiæ*, quod eſt de Honore RICHEMUNDIÆ, & corpus Caſtri & Villam de *Haſtinges*, & Advocationes Eccleſiæ & Præbendarum in eodem Caſtro exiſtentium; vel facere eſcambium ad valorem eorundem, prout in conventione inter nos habita plenius continetur: Et Manerium prædictum, corpus Caſtri, & Villam & Advocationes ad præſens reſtituere, vel eſcambium inde facere nequeamus: Volumus & concedimus, quod idem *Johannes*, a die Dominica, in Octabis Sancti Hilarii, anno regni noſtri 53. uſque ad tempus quo prædictum Manerium de *Hyneton*, corpus Caſtri, & Villam de *Haſtinges*, & Advocationes prædictas reddi, vel eſcambium fieri fecerimus, juxta formam conventionis prædictæ, habeat & percipiat tantum de exitibus Maneriorum de *Aldeburgh*, *Lydeneham*, & *Wermele*, quantum exitus prædicti Manerii de *Hyneton*, corporis Caſtri, & Villæ de *Haſtinges*, & Advocationum prædictarum, valeant in omnibus exitibus: Ita quod (ſi exitus Maneriorum de *Aldeburgh*, *Lydenham*, & *Wermle*, ad valentiam Manerii de *Hyneton*, corporis Caſtri, & Villæ de *Haſtinges* non attingant) tunc id quod inde defuerat, ſibi alibi reddi faciemus. Et ſi exitus Maneriorum prædictorum de *Aldeburgh*, *Lydenham*, & *Wermele*, excedant valentiam exituum prædictorum Manerii, corporis Caſtri, & Villæ, tunc id, quod inde ſuperfuerit, nobis remaneat. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes.

* Agmondeſham.

Teſte meipſo apud *Weſtm.* decimo die Julii, anno regni noſtri quinquageſimo tertio.

Nos autem litteras illas propter rupturam prædicti Sigilli, ad requiſitionem ejuſdem Johannis, duximus exemplandas. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtm.* decimo octavo die Octobris.

Per ipſum Regem.

N°. LXXXII.

Ex Teſtamento Johann. II. *D.* Britann. & *Com.* RICHM. *A.* 1302.

Lobin. T. II. *p.* 449, & 450.

ITem as Freres Meneurs de *Londres* ou le corps de *Bieautrix* jadis ma chere compoigne, dont Dex ayt l'ame, giſt, v *livres deſterlins*; as Freres Meneurs de Sainte Boutolf v *livres deſterlins*; as Freres Preſcheurs de Sainte Boutolf v *livres deſterlins*; as Freres dou Chaſtiau de Richemont v *livres deſterlins*; as Freres Meneurs de Richemont *cinque livre deſterlins*. Item c *cottes* de Buriau e c *paires de Solers* a donner a c poures en la Baillie de Richemont. Item c *cottes* e c *paires de ſolers* a donner a c poures a Sainte Boutolf, a * *Wigs*, a † *Framous*, *Waſſinbourne*, e en nos autres Villes de environ ces leus. Item xxx *cottes* e xxx *paires deſolers*, a donner a ‡ *Seraphm* a xxx poures, e autres tant a ** Cheſtront*. Item LX *cottes* e L *paires de ſolers* a donner a ma terre de †† *Surceſſe*.

Donne & fait au mois de Septembre en l'an de Grace MCCCII.

N°. LXXXIII.

Pro Johanne *Duce* Britanniæ *de terris reſtitutis.*

Rym. T. II. *p.* 945.

A. D. 1304. *An.* 32. *E.* 1. *Pat.* 32. *E.* 1. *m.* 18.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod, cum, in forma pacis inter Excellentiſſimum Principem *Philippum*, Regem Franciæ illuſtrem, conſanguineum noſtrum kariſſimum, & nos, ſuper diſcordiis & guerris motis inter eundem Regem & nos, initæ & firmatæ, contineatur, quod omnes terræ & redditus hominum & ſubditorum dicti Regis Franciæ, per nos aut noſtros, occaſione dictæ guerræ, in manum noſtrum capti, occupati, ſeu detenti fuerint, religioſorum aut aliorum quorumcunque, plenarie & integre illis, quorum fuerunt,

* *Wykes.* † *Frampton.* ‡ *Swafham.* ** *Cheſtrehunt.* †† *Suſſex.*

ante captionem eorundem in manum noſtram, a viceſimo die Maii, anno regni noſtri triceſimo primo reddantur & reſtituantur, prout in dicta forma plenius continetur. Nos formam dictæ pacis ratam habentes in omnibus & acceptam, dilecto fratri & fideli noſtro *Johanni* Duci *Britanniæ* & Comiti RICHMUNDIÆ, qui eſt de poteſtate dicti Regis Franciæ, Caſtrum RICHMUNDIÆ, & omnes terras & tenementa ipſius Ducis, cum pertinentiis in Anglia, quæ occaſione dictæ guerræ nuper capta fuerunt in manum noſtram: Et quæ poſtmodum, capta ſufferentia inter dictum Regem & nos, ſuper diſcordiis & guerris prædictis, prædicto *Duci* conceſſimus, de gratia noſtra ſpeciali, tenenda durante ſufferentia illa, reddimus & reſtituimus, habenda & tenenda, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, adeo plene & integre, ſicut ea tenuit ante captionem eorundem in manum noſtram. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Stryvelin* primo die Maii.

N°. LXXXIV.

De Cuſtodia terræ Scotiæ *commiſſa* Johanni de Britannia, *&c.*

Rym. T. II. *p.* 970.

REX dilectis & fidelibus ſuis, venerabili in Chriſto Patri eadem gratia Epiſcopo Sancti Andreæ *J. de Sandale*, Camerario noſtro *Scotiæ*, *Roberto de Keth*, & *Johanni de Kingeſton*, ſalutem. Sciatis quod conſtituerimus dilectum nepotem & fidelem noſtrum *Johannem de Britannia* juniorem, Locum noſtrum tenentem in *Scotia*, & Cuſtodem noſtrum terræ prædictæ, quamdiu nobis placuerit: Et idem *Johannes* ante primam Dominicam quadrageſimæ proximo futuram intendere non poſſit, ad dictam cuſtodiam faciendam, commiſſimus vobis terram noſtram prædictam cuſtodiendam uſque ad diem prædictum, niſi aliud interim duxerimus ordinandum. Et ideo vobis mandamus, quod ad cuſtodiam illam faciendam intendatis in forma prædicta; & ſi forte videatur vobis aliquando expediens eſſe vos ab invicem ſeparari pro cuſtodia illa ſecurius facienda, tunc vos præfati *Epiſcopus* & *Johannes de Kingeſton*, ſimul per vos, & vos prædicti *Johannes de Sandale* & *Robertus de Keth*, ſimiliter conjunctim per vos, dictæ Cuſtodiæ intendatis, prout pro ſecuritate terræ prædictæ melius videritis faciendum. In cujus, &c. *A. D.* 1305. *A.* 33. *E.* 1. *Pat.* 33. *E.* 1. *m.* 4. *a.*

Teſte Rege apud *Weſtmon.* 26. die Octobris.

Et mandatum eſt Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, & omnibus Ballivis & fidelibus Regis in *Scotia*, ac toti Communitati terræ ejuſdem, quod præfatis *Epiſcopo*, *Johanni*, & *Roberto*, & *Johanni*, vel duobus eorum, in omnibus quæ ad cuſtodiam illam pertinent, uſque ad diem prædictum intendentes ſint & reſpondentes, juxta tenorem literarum Regis prædictarum. In cujus, &c.

Teſte Rege ut ſupra.

N°.

N°. LXXXV.

Pro Gilberto de Wauton, *de* Mercato & Feria *apud* Kerperby.

R. Cart. A. 33. *E.* 1. *n.* 59.

REX Archiepiſcopis, &c. Salutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac charta noſtra confirmaſſe, dilecto nobis *Gilberto de Wauton*, quod ipſe & hæredes ſui imperpetuum habeant unum Mercatum ſingulis ſeptimanis, per diem Jovis apud Manerium ſuum de *Kerperby* in Comitatu *Eboracenſi*, & unam *Feriam* ibidem ſingulis annis, per tres dies duraturam, videlicet, in vigilia, & in die & in craſtino Sancti Jacobi Apoſtoli, & unam *Feriam* ibidem ſingulis annis ſimiliter, per tres dies duraturam, videlicet, in vigilia, & in die, & in craſtino Sancti Andreæ Apoſtoli; niſi, &c. Quare volumus, &c. niſi, &c. Hiis teſtibus: Venerabilibus Patribus, *A. Dunelmenſi & W. Coventrenſi & Lychfeldenſi* Epiſcopis; *Henrico de Lacy*, Comite *Lincolniæ*; *Thoma* Comite *Lancaſtriæ*; *Humfrido de Bohun*, Comite *Herefordiæ & Eſſexiæ*; *Johanne de Britannia* juniore; *Adomaro de Valencia*; *Roberto* filio *Rogeri*; *Roberto de la Warde*, Seneſcallo Hoſpitii noſtri, & aliis.

Data, &c. apud *Weſtmonaſterium* XIIII. die Martii.

Per ipſum Regem.

N°. LXXXVI.

Conceſſio terrarum & tenementorum Johannis de Roſſevet *in* Couton Roberto Haſtang.

R. Cart. A. 34. *E.* I. *n.* 22.

REX Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos pro bono ſervitio, quod dilectus & fidelis noſter *Robertus Haſtang* nobis impendit, dediſſe & conceſſiſſe pro nobis & hæredibus noſtris, eidem *Roberto*, omnes terras & tenementa, cum pertinentiis, quæ fuerunt *Johannis de Roſſevet* in *Couton* in Comitatu *Eboracenſi*, & quæ per inimicitiam & rebellionem ejuſdem *Johannis* forisfacta exiſtunt. Habend. & tenend. eidem *Roberto* & hæredibus ſuis, de Capitalibus Dominis feodi illius, per ſervitia inde debita & conſueta, imperpetuum. Quare volumus, &c. quod prædictus *Robertus* habeat & teneat omnes terras & tenementa prædicta, cum pertinentiis, ſibi & hæredibus ſuis, de Capitalibus Dominis feodi illius, per ſervitia prædicta, imperpetuum, ſicut prædictum eſt. Hiis teſtibus: Venerabili Patre, *W. Coventrenſi & Lychfeldenſi* Epiſcopo; *Henrico de Lacy*, Comite *Lincolniæ*; *Adomaro de Valencia*; *Hugone le Deſpenſer*; *Roberto* filio *Rogeri*; *Willielmo le Latymer*; *Roberto de la Warde*, Seneſcallo Hoſpitii noſtri, & aliis.

Data, &c. apud *Lanrecoſt* primo die Octobris.

Per Breve de Privato Sigillo.

N°. LXXXVII.

Bulla, de bono ſtatu ſuo, & de morte Ducis Britanniæ, *ad ſolempnia Coronationis ſuæ contingente.*

Rym. T. II. *p.* 981.

CLemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio, *Edwardo* Regi *Angliæ* illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Litteras, quas nobis nuper, pro noſtra ſcienda ſtatus continentia, zelus Regius, de noſtra ſalute ſolicitus, deſtinavit, affectione paterna recepimus, diligentiam devotionis tanti filii, quem brachiis intimæ caritatis amplectimur, exinde cum gratiarum benedictionibus plurimum in Domino commendantes. Reſcribimus igitur quod a caſu, ad noſtræ Coronationis ſolennia, ex preſſura multarum gentium, accedente, nos Altiſſimus, per ſui miſericordiam, ſalvos fecit, & valemus incolumes ex ſui habundantia pietatis. Verum doluimus de *Duce Britanniæ* (ad quem paternam habebamus benevolentiam) qui ex hujuſmodi caſu deceſſit. Rogamus inſuper, fili prædilecte, quatinus devotus ores illum, cujus gerimus vices in terris, ut nobis donet præeſſe ſalubriter, & incrementer proficere populo Chriſtiano.

A. D. 1306. *An.* 3. *E.* 1. *Ex Autogr.*

Dat. *Lugdun.* 10. Kal. Februar. Pontif. noſtri anno primo.

Sigillo avulſo.

N°. LXXXVIII.

Pro * Jollano de Nevill *de* Mercato, Feria, & Libera Warenna *in* Pickale.

R. Cart. A. 35. *E.* 1. *m.* 1. *n.* 4.

REX Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac charta noſtra confirmaſſe *Jollano de Nevill*, quod ipſe & hæredes ſui imperpetuum habeant unum *Mercatum* ſingulis ſeptimanis per diem Sabbati apud Manerium ſuum de *Pikehale* in Comitatu *Eboracenſi*, & unam *Feriam* ibidem ſingulis annis per decem dies duraturam, videlicet, in vigilia & in die Nativitatis beatæ Mariæ, & per octo dies proximo ſequentes; niſi *Mercatum* illud & *Feria* illa ſint ad nocumentum vicinorum *Mercatorum* & vicinarum *Feriarum*. Quare volumus & firmiter præcipimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædictus *Jollanus* & hæredes ſui imperpetuum habeant prædicta *Mercatum* & *Feriam* apud Manerium ſuum prædictum, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad hujuſmodi *Mercatum* & *Feriam* pertinentibus; niſi, &c.

* *Filio forte* Jollani, *cujus ſit mentio p.* 111.

ſicut prædictum eſt. Hiis teſtibus: Venerabili Patre, *J. Karleolenſi* Epiſcopo; *Humfrido de Bohun* Comite *Hereford*iæ & *Eſſexiæ*; *Adomaro de Valencia*; *Henrico de Percy*; *Johanne de Haſtynges*; *Roberto de Clifford*; *Johanne de Thorp*, Seneſcallo Hoſpitii noſtri, & aliis.

Data per manum noſtram apud *Karleolum* XXVI. die Maii.

Per ipſum Regem.

Conceſſio Liberæ Warennæ *eidem* J. de Nevil.

Ibid.

Rex Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac charta noſtra confirmaſſe *Jollano de Nevill*, quod ipſe & hæredes ſui imperpetuum habeant liberam *Warennam* in omnibus Dominicis terris ſuis de *Pikehale* in Comitatu *Eboracenſi*, *Roldeſton* in Comitatu *Nottinghamiæ*, & *Riggesby* in Comitatu *Lincolniæ*; dum tamen terræ illæ non ſint infra metas foreſtæ noſtræ. Ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum, quod ad Warennam pertineat, ſine licentia & voluntate ipſius *Jollani*, vel hæredum ſuorum, ſuper forisfacturam noſtram decem librarum. Quare volumus, &c. dum tamen, &c. Ita, &c. Hiis teſtibus: Venerabili patre *J. Karleolenſi* Epiſcopo, &c. ut ſupra. Data ut ſupra.

Per ipſum Regem.

N°. LXXXIX.

Pro Abbate de Jerovall, *de* Mercato & Feria *apud* Eſtwitton.

R. Cart. A. 35. *E.* 1. *m.* 17. *n.* 46.

REX Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac charta noſtra confirmaſſe, dilectis nobis in Chriſto, *Abbati & Conventui de Jerovall*, quod ipſi & eorum ſucceſſores imperpetuum habeant unum *Mercatum* ſingulis ſeptimanis per diem Lunæ, apud Manerium ſuum de *Eſtwitton* in Comitatu Eboracenſi, & unam *Feriam* ibidem ſingulis annis per octo dies duraturam, videlicet, in vigilia & in die Sancti Martini in hyeme, niſi *Mercatum* illud & *Feriæ* illæ ſint ad nocumentum vicinorum *Mercatorum* & vicinarum *Feriarum*. Quare volumus, &c. quod prædicti *Abbas & Conventus*, & eorum ſucceſſores, imperpetuum habeant prædicta *Mercatum* & *Ferias*, apud Manerium ſuum prædictum, &c. niſi, &c. Hiis teſtibus: Venerabilibus patribus, *W.* Archiepiſcopo *Eboracenſi*, Angliæ Primati; *W. Coventrenſi* & *Lychfeldenſi*, *J. Karleolenſi*, *J. Ciceſtrenſi*, *R. Londonenſi*, Epiſcopis; *Henrico de Lacy*, Comite *Lincolniæ*; *Thoma* Comite *Lancaſtriæ*; *Hugone le Deſpenſer*; *Rogero de Mortuo Mari*; *Rogero le Brabanzun*; *Johanne de Inſula*, & aliis.

Data per manum noſtram apud * *Lauretoſt* XX. die Feb.

Per finem XX li.

* Lanreçoſt.

N°. XC.

Pro Jacobo de Wandeſleye *de* Mercato & Feria *apud* Wandeſley.

R. Cart. A. 35. *E* 1. *m.* 17. *n.* 47.

REX Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos, pro bono ſervitio quod *Jacobus de Wandeſleye* in partibus *Scotiæ* nobis impendit, conceſſiſſe & hac charta noſtra confirmaſſe eidem *Jacobo*, quod ipſe & hæredes ſui imperpetuum habeant unum *Mercatum* ſingulis ſeptimanis per diem *Mercurii*, apud Manerium ſuum de *Wandeſleye* in Comitatu *Eboracenſi*, & unam *Feriam* ibidem ſingulis annis per tres dies duraturam, videlicet, in Vigilia, & in Die, & in Craſtino Sanctæ Trinitatis; niſi *Mercatum* illud & *Feria* illa ſint ad nocumentum vicinorum *Mercatorum* & vicinarum *Feriarum*: Et quod habeant *Liberam Warennam* in omnibus Dominicis terris ſuis Manerii prædicti; dum tamen terræ illæ non ſint infra metas foreſtæ noſtræ. Ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum quod ad *Warennam* pertineat, ſine licentia & voluntate ipſius *Jacobi*, vel hæredum ſuorum, ſuper forisfacturam noſtram decem librarum. Quare volumus, &c. quod prædictus *Jacobus* & hæredes ſui habeant imperpetuum prædicta *Mercatum* & *Feriam* apud Manerium ſuum prædictum; niſi *Mercatum* illud & *Feria*, &c. Et quod habeant *Liberam Warennam*, &c. dum tamen, &c. Ita, &c. Hiis Teſtibus: Venerabilibus Patribus, *W.* Archiepiſcopo *Eboracenſi* Angliæ Primate, *W. Coventrenſi* & *Lychfeldenſi*, *R. Londonenſi*, *J. Karleolenſi*, Epiſcopis; *Henrico de Lacy*, Comite *Lincolniæ*; *Th.* Comite *Lancaſtriæ*; *Hugone le Deſpenſer*; *Roberto de Clifford*, & aliis.

Data per manum noſtram apud * *Lauretoſt* xx. die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

N°. XCI.

Pro Johanne de Moubray, *de* Mercatis & Feriis *apud* Burton & Kirkby Malaſart.

R. Cart. A. 35. *E.* 1. *m.* 13. *n.* 30.

REX Archiepiſcopis, &c. Salutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac charta noſtra confirmaſſe, dilecto & fideli noſtro *Johanni de Moubray*, quod ipſe & hæredes ſui imperpetuum habeant unum *Mercatum* ſingulis ſeptimanis, per diem Lunæ, apud Manerium ſuum de *Burton in Loneſdale*, in Comitatu *Eboracenſi*, & unam *Feriam* ibidem ſingulis annis, per tres dies duraturam, videlicet,

* Lanrecoſt.

licet, in die Pentecoſtes & per duos dies proximo ſequentes, & unam aliam *Feriam* ibidem ſingulis annis per tres dies duraturam, viz. in Vigilia, & in Die & in Craſtino Sancti Jacobi Apoſtoli, & unum aliud *Mercatum* ſingulis ſeptimanis, per diem Lunæ, apud Manerium ſuum de *Kyrkeby Malaſart* in Comitatu prædicto, & unam *Feriam* ibidem ſingulis annis, per tres dies duraturam, videlicet, in Vigilia, & in Die, & in Craſtino Sancti Michaelis Archangeli; niſi *Mercata* illa & *Feriæ* illæ ſint ad nocumentum vicinorum *Mercatorum* & vicinarum *Feriarum*. Quare volumus, &c. niſi, &c. Hiis teſtibus Venerabilibus Patribus, *W. Eboracenſi* Archiepiſcopo, Angliæ Primate; *W. Coventrenſi* & *Lychfeldenſi*, *W. Wigornenſi*, & *J. Karleolenſi*, Epiſcopis; *Henrico de Lacy*, Comite *Lincolniæ*; *Guidone de Bello Campo* Comite *Warwicæ*; *Hugone le Deſpenſer*; *Roberto* filio *Rogeri*, & aliis.

Data per manum noſtram apud *Karleolum* xx. die Martii.

Per ipſum Regem.

N°. XCII.

Conceſſiones Liberæ Warennæ *in Comitatu* RICHMUNDIÆ *ſub* Edwardo I.

REX conceſſit *Abbati de Jorevalle* Liberam Warennam in *Terris ſuis*.

Cart. A°. 18. E. I. n. 3.

Rex conceſſit Liberam Warennam *Johannæ de Marmyon* in *Eſtwitton*, *Etlington* ſuperiori & inferiori, *Rokewyk*, *Aykesby*, *Fingale*, *Hotton Hang*, & *Horton* in *Ribbleſdale* *.

Cart. A°. 18. Ed. I. n. 59.

Rex conceſſit Liberam Warennam *Edwardo Charles*, unà cum Mercato & Feria apud *Brigenhale* & *Cliffe*.

Cart. A°. 22. Ed. I. n. 7.

Rex conceſſit Magiſtro Hoſpitalis S. *Leonardi Ebor.* Liberam Warennam in *Brunflete*, *Howe*, *Eskelby*, *Hunton*, & *Boghes*.

Cart. A°. 22. Ed. I. n. 27.

Rex conceſſit *Willielmo le Scrope* Liberam Warennam in *Eſtbolton*, *Bolton parva*, *Fencotes* & *Yarnwick*.

Pat. A°. 24. E. I. m. 13.

Rex conceſſit *Johanni de Hertford* Liberam Warennam in *Hertford* & *Weſtby* juxta *Tunſtall*.

Pat. A°. 25. Ed. I. m. 18.

Rex conceſſit *Waltero de Langton* Magiſtro, & Fratribus Hoſpitalis S. *Leonardi Ebor.* unum *Mercatum* die Veneris, in Manerio eorum de *Lemyng*, per Chartam ſuam dat. apud *Northalverton* 10. die Jan. A°. reg. ſui 28.

* Com. Lancaſtriæ.

Idem Rex conceſſit iiſdem M. & F. eodem anno unam Feriam apud Manerium prædictum, duraturam pro tribus diebus, ſcil. in Vigilia, Die, & Craſtino Nativitatis S. Johannis Baptiſtæ; & *Robertus de Wythred* Vicecomes hanc Feriam proclamavit in Julio A°. 20. Ed. I. *Ex libr.* Le Coucher *Hoſp. S. Leonardi.*

Ex Collect. R. Dodeſworth. in Bibl. Harleyano.

N°. XCIII.

Johannes de Britannia, *Comes* RICHMUNDIÆ, *Cuſtos* Scotiæ *conſtitutus.*

Rym. T. III. *p.* 10. *Vide etiam pag.* 50. *ubi ejuſdem ferè tenoris habetur* Conſtitutio *data* XV. *Januarii.*

A. D. 1307. *An.* 1. *E.* 2. *Pat.* 1. *E.* 2. *p.* 1. *m.* 20.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod conſtituimus dilectum conſanguineum & fidelem noſtrum, *Johannem de Britannia*, Comitem RICHMUNDIÆ, Locum noſtrum tenentem in *Scotia*, & Cuſtodem noſtrum ejuſdem terræ, quamdiu nobis placuerit. Ita quod habeat & retineat de propria familia ſua in eadem terra ſexaginta homines ad arma pro cuſtodia terræ ſupradictæ. Et a feſto Sancti Michaelis proximo futuro, uſque ad feſtum Purificationis beatæ Mariæ proximo ſequens, utroque die computato, capiat a nobis ſingulis diebus decem Marcas per manus Camerarii noſtri terræ prædictæ, qui pro tempore fuerit, pro prædictorum hominum ad arma ſuſtentatione. In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud *Eborac.* octavo die Septembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Et mandatum eſt Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Vicecomitibus, Miniſtris, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, ac toti communitati terræ *Scotiæ*, quod eidem Comiti, tanquam Locum Regis tenenti in eadem terra & Cuſtodi Regis ejuſdem terræ, in omnibus quæ ad Cuſtodiam terræ illius pertinent, intendentes ſint & reſpondentes, ſicut prædictum eſt. In cujus, &c.

Teſte Rege ut ſupra.

Et mandatum eſt Vicecomitibus *Lancaſtriæ*, *Weſtmerlandiæ*, *Cumbriæ*, & *Northumbriæ*, Militibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus aliis Regis fidelibus in dicta terra *Scotiæ*, quod, &c. Nec non ad ea quæ repulſionem & inſecutionem dictorum inimicorum noſtrorum poterunt pertinere, cum equis & armis, & toto poſſe ſuo, intendentes ſint & reſpondentes, quotiens neceſſe fuerit, & ſuper hoc ex parte Regis per præfatum Cuſtodem fuerint præmuniti. Et hoc ſicut Regem & Honorem ſuum diligunt nullatenus omittant. In cujus, &c.

Teſte Rege ut ſupra.

N°. XCIV.

Pro Johanne de Britannia, *Comite* Richemundiæ, *de* COMITATU RICHMUNDIÆ *conceſſo.*

Rym. T. III. *p.* 82.

A. D. 1308. *An.* 1. *E.* 2. *Clauſ.* 1. *E.* 2. *m.* 3.

REX Theſaurario & Baronibus ſuis de Scaccario, ſalutem. Cum, celebris memoriæ Dominus *Edwardus*, quondam Rex Angliæ, per chartam ſuam dedit & conceſſit, pro ſe & hæredibus ſuis, dilecto conſanguineo & fideli noſtro *Johanni de Britannia*, COMITI RICHMUNDIÆ, Comitatum de RICHMUND & de BOWES, & omnes terras & tenementa, quæ *Johannes* quondam Dux *Britanniæ* defunctus in Anglia tenuit, & quæ per mortem dicti Ducis ad manum dicti patris noſtri devenerunt. Habenda & tenenda de nobis & hæredibus noſtris, eidem *Johanni* & hæredibus ſuis, in feodis Militum, advocationibus Eccleſiarum, & omnibus aliis ad Comitem, caſtra, terras & tenementa prædicta pertinentibus, prout in charta prædicta plenius continetur. Vobis mandamus, quod præfatum *Johannem*, pro debitis, in quibus idem *Dux* die obitus ſui dicto patri noſtro tenetur, nullatenus diſtringatis; & diſtrictionem, ſi quam ei ea occaſione feceritis, ſine dilatione relaxari faciatis.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* viceſimo quarto die Maii.

N°. XCV.

Pro Johanne de Britannia, COMITE RICHEMUNDIÆ, *de Bonis & Catallis patris ſui in* Anglia *ſibi donatis.*

Ibid. p. 83.

A. D. 1308. *A.* 1. *E.* 2. *Clauſ.* 1. *E.* 2. *m.* 2.

REX Theſaurario & Baronibus ſuis de Scaccario, ſalutem. Sciatis quod, cum celebris memoriæ, Dominus Edwardus, quondam Rex Angliæ, pater noſter, omnia bona & catalla, quæ fuerunt *Johannis*, quondam *Ducis Britanniæ*, & COMITIS RICHEMUNDIÆ, in Anglia die quo obiit, pro debitis, in quibus idem Dux die obitus ſui præfato patri noſtro tenebatur, capi feciſſet in manum noſtram, eademque bona & catalla, per præceptum ejuſdem patris noſtri, liberata fuiſſent, ut intelleximus, dilecto conſanguineo & fideli noſtro, *Johanni de Britannia*, COMITI RICHEMUNDIÆ, per Vicecomites ejuſdem patris noſtri *Lincolniæ* & *Norfolciæ*, juxta rationabile pretium eorundem, quæ ſic in manu ſua exiſtunt. Nos, volentes eidem *Johanni* gratiam in hac parte facere ſpecialem, conceſſimus ei omnia bona & catalla prædicta; ita videlicet, quod de bonis & catallis illis levet & habeat, uſque ad ſummam debitorum prædictorum, de Domino noſtro, ſi ad tantam ſummam attingant: Et ſi valor

valor ſive pretium bonorum illorum ſummam illam excedant, tunc id executoribus teſtamenti præfati *Ducis* liberetur ad executionem teſtamenti ſui inde faciendam. Et ideo vobis mandamus, quod eundem *Johannem* omnia bona & Catalla prædicta habere permittatis in forma prædicta.

Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium* vigeſimo quarto die Maii.

Per ipſum Regem.

N°. XCVI.

Roberto *filio* Rogeri, *ut reddat homagium & fidelitatem* Johanni de Britannia *pro terris ſuis.*

Rym. T. III. *p.* 132.

REX dilecto & fideli ſuo *Roberto* filio *Rogeri*, ſalutem. Cum, celebris memoriæ, Dominus *E.* quondam Rex Angliæ, pater noſter, nuper per chartam ſuam dederit & conceſſerit, pro ſe & hæredibus ſuis, dilecto nepoti, & fideli noſtro, *Johanni de Britannia*, COMITI RICHMUNDIÆ, Comitatum RICHEMUNDIÆ, Caſtra de *Richemundia* & de *Bowes*, & omnes Terras, & omnia Tenementa, quæ fuerunt *Johannis* quondam *Ducis Britanniæ* in Anglia, defuncti, quæ per mortem prædicti *Ducis* ad manum dicti patris noſtri devenerunt. Habenda & tenenda eidem *Johanni*, & hæredibus ſuis, de ipſo patre noſtro, & hæredibus ſuis, *Comitatum* prædictum, nomine *Comitis*, Caſtra, & omnia Terras & Tenementa prædicta, cum feodis Militum, advocationibus Eccleſiarum, Domorum Religioſarum & Hoſpitalium, & ſervitiis libere Tenentium, ac cæteris pertinentiis ſuis univerſis, per ſervitia inde debita & conſueta, imperpetuum, adeo libere & integre, ſicut prædictus *Dux*, pater ſuus, ea de ipſo patre noſtro tenuit in vita ſua, prout in charta prædicta plenius continetur. Et mandaverit, per litteras ſuas Patentes, Militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Comitatu, Caſtris, Terris & Tenementis prædictis, quod eidem *Johanni* homagia, fidelitates, & alia ſervitia ſua faciant, & ei, tanquam Domino ſuo, in omnibus, quæ ad *Comitatum*, Caſtra, Terras, & Tenementa prædicta pertinent, intendentes ſint & reſpondentes. Vos nichilominus, ut intelleximus, eidem *Comiti* de homagio, & aliis ſervitiis veſtris, quæ debetis ratione Terrarum & Tenementorum, quæ de dicto *Comitatu*, Caſtris, Terris & Tenementis prædictis tenetis, parere & intendere hactenus non curaſtis, in ipſius Comitis præjudicium manifeſtum: Nos, volentes mandata dicti patris noſtri in hac parte debito effectui mancipari, vobis mandamus, quod eidem *Comiti* de homagio & fidelitate, & aliis ſervitiis veſtris, quæ debetis ratione Terrarum & Tenementorum, quæ de *Comitatu*, Caſtris, Terris & Tenementis prædictis tenetis, ſic, ut prædictum eſt, intendentes ſitis & reſpondentes, in forma prædicta.

A. D. 1309. *An.* 2. *E.* 2. *Pat.* 2. *E.* 2. *p.* 1. *m.* 1.

Teſte Rege apud *Langele* 16. die Aprilis.

N°. XCVII.

Pro Johanne de Sandale, *de Jure Coronæ manutenendo contra* Bullas Papales.

Rym. T. III. *p.* 145.

A. D. 1309. *An.* 3. *E.* 2. *Pat.* 3. *E.* 2. *m.* 43.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Cancellariis, Sacriſtis, Præbendariis, in Eccleſiis Cathedralibus ſeu Collegiatis, & omnibus aliis perſonis Eccleſiaſticis, in quacunque dignitate vel officio conſtitutis, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem. Ad conſervationem Juris Coronæ noſtræ eo diligentius extendimus mentem noſtram, quo ad hoc juramenti vinculo aſtricti ſumus, nec non & alios conſpicimus dictum Jus noſtrum nitentes pro viribus impugnare. Cum igitur *Archidiaconatum* RICHEMUNDIÆ, in Eccleſia beati Petri *Eborum*, vacantem, & ad noſtram donationem ſpectantem, dilecto Clerico noſtro *Johanni de Sandale* pleno contulerimus jure noſtro: Et quoſdam, effectum collationis noſtræ prædictæ impedientes, inde ſecundum legem & conſuetudinem regni noſtri in Curia noſtra fecerimus ſummoneri: Ac jam intellexerimus, quod quidam jura coronæ noſtræ prædictæ enervare, & cognitionem hujuſmodi, quæ ad nos mero jure noſtro pertinet, impedire præſumentes, commiſſiones, per quas nobis de facili præjudicari & effectus collationis noſtræ prædictæ, ac cognitio ſupradicta minus juſte impediri poterit, alicui veſtrum fieri procurarunt: Nos, volentes Jura noſtra prædicta in omnibus manutenere, quatenus bono modo poterimus, & tueri, vobis omnibus & ſingulis injungendo firmiter inhibemus, ne, prætextu alicujus commiſſionis, vobis vel alicui veſtrum per quemcunque factæ vel faciendæ, ſuper *Archidiaconatu* prædicto, aut aliquibus ad eum pertinentibus, quicquam nobis inconſultis facere præſumatis, per quod Juri Coronæ noſtræ derogari, aut effectus collationis noſtræ prædictæ, ſeu cognitio mero inde jure noſtro pertinens, ad nos, ut eſt dictum, indebite impediri valeat quovis modo: Scientes pro certo quod, ſi ſecus feceritis, ad vos, tanquam ad violatores Juris noſtri regii, non immerito graviter capiemus. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Langele* 15. die Julii.

N°. XCVIII.

De Feriis & Mercatis COMITI RICHEMUNDIÆ *conceſſis.*

Rym. T. III. *p.* 213.

A. D. 1310. *An.* 3. *E.* 2. *Cart.* 3. *E.* 2. *m.* 1.

REX Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac charta noſtra confirmaſſe, dilecto conſanguineo & fideli noſtro, *Johanni de Britannia*, COMITI RICHEMUNDIÆ, quod ipſe & hæredes ſui imperpetuum

petuum habeant unum Mercatum ſingulis ſeptimanis per Diem Lunæ apud Manerium ſuum de *Newebiggyng* in Comitatu *Northumbriæ*, & unam *Feriam* ibidem ſingulis annis per quatuor dies duraturam, videlicet, in Vigilia & in Die ſanctæ Trinitatis & per duos dies ſequentes. Et quod habeant unum *Mercatum* ſingulis ſeptimanis per diem Veneris apud Manerium ſuum de *Boghes* in Comitatu *Eborum*. Et unam *Feriam* ibidem ſingulis annis per quatuor dies duraturam, videlicet, in Vigilia & in Die Tranſlationis Sancti Swethini, & per duos dies ſequentes. Et quod habeant unum *Mercatum* ſingulis ſeptimanis per diem Mercurii apud Manerium ſuum de *Burgherſh* in Comitatu *Suſſexiæ*, & duas *Ferias* ibidem ſingulis annis per octo dies duraturas, unam videlicet in Vigilia & in Die Apoſtolorum Philippi & Jacobi, & per duos dies ſequentes, & unam aliam in Vigilia & in Die Sancti Bartholomæi Apoſtoli & per duos dies ſequentes. Et quod habeant unum *Mercatum* ſingulis ſeptimanis per diem Lunæ apud Manerium ſuum de *Bulewarbithe* in eodem Comitatu *Suſſexiæ*, & unam *Feriam* ibidem ſingulis annis per quatuor dies duraturam; videlicet, in Vigilia & in die Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, & per duos dies ſequentes: Niſi *Mercata* illa & *Feriæ* illæ ſunt ad nocumentum vicinorum *Mercatorum* & vicinarum *Feriarum*, Quare volumus, &c. niſi, &c. ſicut prædictum eſt. Hiis teſtibus: Venerabilibus patribus, *R. Londonienſi* & *W. Wygornienſi*, Epiſcopis; *Gilberto de Clare* Comite *Glouceſtriæ* & *Herefordiæ*, *Henrico de Lacy* Comite *Lincolniæ*, *Johanne de Warenne* Comite *Surriæ*, *Edmundo* Comite *Arundell*, *Henrico de Percy*, *Roberto de Clifford*, *Roberto* filio *Pagani*, Seneſcallo Hoſpitii noſtri, & aliis.

Dat. per manum noſtrum apud *Weſtmonaſterium* 16. die Junii.

Per ipſum Regem, nunciante Theſaurario.

N°. XCIX.

De COMITATU RICHMUNDIÆ Arthuro *Duci* Britanniæ *concedendo.*

Rym. T. III. *p.* 221.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod, de gratia noſtra ſpeciali, conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, dilecto conſanguineo & fideli noſtro, *Johanni de Britannia*, COMITI RICHEMUNDIÆ, quod ipſe COMES RICHMUNDIÆ Caſtra de *Richmundia* & de *Bowes*, & omnes terras & tenementa in Anglia, quæ Dominus *Edwardus* quondam Rex Angliæ, pater noſter, per chartam ſuam dedit & conceſſit dicto conſanguineo noſtro, habenda ſibi & hæredibus ſuis imperpetuum, dare poſſit & concedere dilecto conſanguineo noſtro *Arthuro* Duci *Britanniæ*, fratri ipſius Comitis, habenda & tenenda eidem *Arthuro* & hæredibus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris, per ſervitia inde debita & conſueta imperpetuum. Et eidem *Duci* ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem, quod ipſe, habita inde ſeiſina, Comitatum, Caſtra, terras & tenementa prædicta, cum pertinenciis, dare poſſit & concedere præfato *Johanni*, habenda ſibi & hæredibus ſuis de corpore ſuo legitime procreatis, de nobis & hæredibus noſtris per ſervitia prædicta imperpetuum.

A. D. 1310. *An.* 4. *E.* 2. *Pat.* 4. *E.* 2. *p.* 1. *m.* 18.

Ita quod ſi idem *Johannes* obierit ſine hærede de corpore ſuo legitime procreato, tunc Comitatum, Caſtra, terræ & tenementa prædicta, cum pertinentiis, poſt mortem ejuſdem *Johannis* ad præfatum *Arthurum* & hæredes ſuos integre revertantur, tenenda de nobis & hæredibus noſtris per ſervitia prædicta imperpetuum. Nolentes quod prædictus *Comes*, vel hæredes ſui de corpore ſuo legitime procreati, aut præfatus *Arthurus* vel hæredes ſui, ratione præmiſſorum, per eſchaetores aut alios ballivos ſeu miniſtros ſuos, occaſionentur, moleſtentur in aliquo, ſeu graventur. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Northampton*. ſecundo die Auguſti.

Per Breve de Privato Sigillo.

N°. C.

Pro Johanne de Merkingfeld & Andrea de Merkingfeld, *de Libera Warenna in terris ſuis.*

R. Cart. A. 5. E. H. n. 46.

REX Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & hac charta noſtra confirmaſſe dilecto Clerico noſtro, *Johanni de Merkingfeld*, & *Anareæ de Merkingfeld*, quod ipſi & hæredes ſui imperpetuum habeant liberam Warennam in omnibus Dominicis terris ſuis de * *Skurveton*, *Erghum*, & *Aſmondreby* in Comitatu *Eboracenſi*; dum tamen terræ illæ non ſint infra metas Foreſtæ noſtræ. Ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum quod ad *Warennam* pertinet, ſine licentia & voluntate ipſorum *Johannis* & *Andreæ*, vel hæredum ſuorum, ſuper forisfacturam noſtram, decem librarum. Quare volumus & firmiter præcipimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædicti *Johannes* & *Andreas*, & hæredes ſui, imperpetuum habeant *Warennam* in omnibus Dominicis terris ſuis: Dum tamen, &c. Ita, &c. ſicut prædictum eſt. Hiis teſtibus, venerabili patre, *W. Wigorniæ* Epiſcopo, Cancellario noſtro, *Gilberto de Clare* Comite *Glouceſtriæ & Hertfordiæ*, *Johanne de Warenna* Comite *Surriæ*, *Henrico de Percy*, *Roberto de Clyfford*, *Radulfo de Monte Hermerii*, *Willielmo de Latimer*, & aliis.

Datum ut ſupra [per manum noſtram apud *Berewicum* ſuper Twedam xiiii. die Julii.]

Per Breve de Privato Sigillo.

* Scruton, Aryholm, Oſmotherly.

N°. CI.

Pro Henrico le Scrop, *de Advocatione Capellæ de* Uckerby.

R. Cart. A. 7. E. III. n. 39.

REX eiſdem ſalutem. Sciatis, quod cum celebris memoriæ Dominus *Edwardus*, nuper Rex Angliæ, pater noſter, per chartam ſuam dediſſet & conceſſiſſet dilecto & fideli noſtro *Henrico le Scrop*, Manerium de *Uckerby*, cum pertinentiis in Comitatu *Eboracenſi*, quod fuit *Andreæ de Harcla*, nuper inimici & rebellis dicti patris noſtri, & quod per forisfacturam ipſius *Andreæ* ad manus dicti patris noſtri devenit, habendum & tenendum eidem *Henrico* & hæredibus ſuis imperpetuum: Nos pro bono & laudabili ſervitio dicto patri noſtro & nobis per præfatum *Henricum* multipliciter impenſo, volentes ſibi gratiam facere uberiorem, dedimus & conceſſimus præfato *Henrico* advocationem *Capellæ beatæ Mariæ de Uckerby*, quæ fuit prædicti *Andreæ*, & quæ per forisfactum ſuum ad manus Domini patris noſtri devenit, & in manu noſtra adhuc exiſtit. Habendum & tenendum eidem *Henrico* & hæredibus ſuis, una cum Manerio prædicto, de nobis & hæredibus noſtris, & aliis capitalibus Dominis feodi illius, per eadem ſervitia, per quæ dicta advocatio tenebatur antequam ad manus dicti patris noſtri devenit, imperpetuum. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædictus *Henricus* habeat & teneat advocationem prædictam ſibi & hæredibus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris, & aliis capitalibus Dominis feodi illius, per eadem ſervitia per quæ dicta advocatio tenebatur antequam ad manus dicti patris noſtri devenit, imperpetuum, ſicut prædictum eſt: Hiis teſtibus: venerabilibus patribus, *W.* Archiepiſcopo *Eboracenſi*, Angliæ Primati; *J. Wyntonienſi* Epiſcopo, Cancellario noſtro; *Johanne de Eltham* Comite *Cornubiæ*, fratre noſtro cariſſimo; *Johanne de Warenna* Comite *Surriæ*; *Henrico de Bello Monte*; *Henrico de Percy*; *Radulfo de Nevill* Seneſcallo Hoſpitii noſtri, & aliis. Data per manum noſtram apud *Eboracum* quarto die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

N°. CII.

Pro Johanne de Britannia, COMITE RICHEMUNDIÆ *confirmatio conceſſionis Wapentachiorum* de Gilling, Hang, & Hallikeld.

Rym. T. III. p. 736.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod cum dilectus conſanguineus & fidelis noſter, *Johannes de Britannia*, COMES RICHEMUNDIÆ, tenuerit ad feodi formam Wapentachia de *Gilling*, *Hang*, & *Hallikeld*, *A. D.* 1318. *An.* 12. *E.* 2. *Fin.* 12. *E.* 2. *m.* 12.

keld, pro triginta & ſex libris nobis annuatim ad Scaccarium noſtrum reddendis, abſque aliqua charta a nobis ſeu progenitoribus noſtris inde optenta. Nos volentes ſecuritati ipſius *Comitis* in hac parte providere, conceſſimus ei, pro nobis & hæredibus noſtris, quod ipſe Wapentachia prædicta habeat & teneat ad totam vitam ſuam, de nobis & hæredibus noſtris, reddendo inde nobis per annum ad Scaccarium noſtrum triginta & ſex libris ſupradictis. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Eborum* duodecimo die Novembris.

Per ipſum Regem, nunciante Magiſtro Johanne Walewayn.

N°. CIII.

Pro eodem Comite *Pardonatio.*

Rym. Tom. III. *p.* 736.

A. D. 1318. *An.* 12. *E.* 2. *Pat.* 12. *E.* 2. *p.* 1. *m.* 18.

REX de gratia ſpeciali ſua pardonavit dilecto conſanguineo & fideli ſuo *Johanni de Britannia*, COMITI RICHEMUNDIÆ, arreragia annuæ firmæ *triginta & ſex librarum*, in quibus Regi tenebatur, pro Wapentachiis de *Gilling*, *Hang*, & *Halikeld*, & ipſum *Comitem* de arreragiis uſque ad diem confectionis præſentium, tenore præſentium, Rex quietat. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Eborum* duodecimo die Novembris.

Per ipſum Regem.

N°. CIV.

De Villis per Scotos *combuſtis, & Taxatione non levanda.*

Rym. T. III. *p.* 801.

A. D. 1319. *A.* 13. *E.* 2. *Clauſ.* 13. *E.* 2. *m.* 13.

REX Taxatoribus & Collectoribus Decimæ octavæ in *Weſtrithingo* in Comitatu *Eborum*, ſalutem. Quia *Alianora*, quæ fuit uxor *Henrici de Piercy*, nobis dedit intelligi pro ſe, hominibus & tenentibus Villarum de *Spofford*, *Wetherby*, *Lynton*, *Lethelay*, *Kerby*, *Gisburn in Cravene*, *Setil*, *Gikelſwik*, *Ickelay*, *Weſtby*, *Staynford*, *Langclif*, & *Routhewell*, quod prædictæ Villæ per *Scotos*, inimicos & rebelles noſtros, ſunt combuſtæ, & bona & catalla hominum de prædictis Villis per eoſdem inimicos in parte deſtructa & in parte deprædata, per quod iidem, *Alianora*, homines & tenentes Villarum prædictarum de bonis illis taxationem dictæ decimæ octavæ nobis ſolvere non poſſunt. Nos ad eorum deſtructionem conſiderationem habentes, vobis mandamus

damus quod facta taxatione decimæ octavæ prædictæ de bonis ſuis ibidem remanentibus juxta formam Commiſſionis, vobis nuper inde factæ, Levationi ejuſdem ſuperſedeatis omnino, quoulque aliud a nobis inde habueritis in Mandatis.

Teſte Rege apud *Eborum* 25. die Novembris.

Per ipſum Regem & Conſilium.

Eodem modo Mandatum eſt Taxatoribus & Collectoribus dictæ decimæ octavæ in *Northtrithingo* in Comitatu *Eborum*, pro dicta *Alionora*, hominibus & tenentibus Villarum de *Topclif*, *Newby*, *Carleton*, *Criſtwayt*, *Aſtenby*, *Kirkelevyngton*, *Dyfford* & *Renyngton*.

Item, Eiſdem taxatoribus & Collectoribus dictæ decimæ octavæ in *Northtrithingo*, &c. pro *Johanne de Merkingfeld*, *Ricardo de Kirkbryde*, pro ſe, hominibus & tenentibus Villæ de *Eryum*, &c.

Item, Eiſdem taxatoribus, &c. pro *Andrea de Merkyngfeld* & hominibus Villæ de *Scurveton*.

Teſte ut ſupra.

Item, Eiſdem taxatoribus, &c. pro *Johanne de Kilvyngton* & hominibus Villarum de *Suthkilvyngton* & * *Suthorington*.

Teſte ut ſupra, *cum illa adjectione* quod ſi ita eſt tunc facta, &c.

Item, Eiſdem taxatoribus, &c. pro Abbate de *Fontibus*, hominibus & tenentibus Villarum de *Kirkebywisk*, *Neuſum*, *Melmorby*, *Raynyngton*, *Difford*, *Aynderby*, *Rukeby*, *Pikal*.

Teſte ut ſupra.

Item taxatoribus, &c. in Weſtrithingo, &c. pro dicto *Abbate*, hominibus & tenentibus Villarum de *Riggeton*, *Staynburgh* & *Rippelay*, &c.

Item, Eiſdem taxatoribus, &c. pro hominibus Villarum de *Sedbergh* in *Lonneſdale*, *Burton*, *Thornton*, *Twyſildon*, *Ingelton*, *Clapham*, *Auſtewick*, & *Bentham*, &c.

Item taxatoribus, &c. in *Northtrithingo*, &c. pro *Hugone de Miton* & hominibus Villarum de *Maunby*, *Solbergh*, *Neuby Super Wysk* & *Kirtlington*.

Item taxatoribus, &c. in eodem *Trithingo* pro *Johanne de Haneby* & hominibus Villarum de *Northalverton*, *Broumpton*, *Romundeby*, † *Thornton in Vinas*, *Nonyngton*, *Berghby*, *Sourby*, *Northkilvyngton*, ‡ *Thornton in Theſtrede*, ** *Northorington*, *Bretteby*, *Sigſton*, *Thymelby*, *Hotton parva*, *Smytheton*, *Hornby*, & *Grisby*, & †† *Oſmunderlare*, &c.

Item taxatoribus, &c. in *Northtrithingo* pro *Abbate de Fontibus*, pro ſe & tenentibus ſuis Villarum de *North Couton*, *Kirkbywisk*, *Neuſom*, *Melmorby*, *Difford*, *Raynnington*, *Sutton Howgrave*, *Sandhoton*, *Skipton ſuper Swale*, *Neuton ſuper Swale*, *Rokeby*, *Pical*, *Aynderby* & ‡‡ *Thornton ſuper More*, &c.

---

* South Otrington.
** North Otrington.
† Thornton *in the Beans.*
†† Oſmotherly.
‡ Thornton *in the Street.*
‡‡ Thornton *in the More.*

Item taxatoribus, &c. in *Weſtrithingo* pro eodem *Abbate* & tenentibus ſuis Villarum de *Riggeton*, *Staynburn*, *Rippeleye* & *Grafton*.

N°. CV.

De Terris nuper Rogeri de Clifford, Johannis de Moubray, & Rogeri Damori *datis* COMITI RICHMUNDIÆ.

Rym. T. III. *p.* 940.

A. D. 1322. *An.* 15. *E.* 2. *Rot. in Tur.*

REX viceſimo tertio die Martii pro bono & laudabili ſervitio quod *Johannes de Britannia* COMES RICHMUNDIÆ Regi hactenus impendit & impendet in futurum, dedit & conceſſit, ut ſupra eodem Comiti Manerium de *Hert* & Villam de *Hertelpol* cum pertinentiis in Epiſcopatu *Dunelmenſi* quæ fuerunt, *Rogeri de Clifford*, inimici & rebellis Regis: Manerium de la *Woodhall* & Villam de *Tresk* cum pertinentiis in Comitatu *Eborum* quæ fuerunt *Johannis de Moubray*, inimici & rebellis Regis: Manerium de *Catthorp*, cum pertinentiis & in Comitatu *Lincolniæ*, quod fuit *Rogeri de Damory*, inimici & rebellis Regis. Quæ quidem Maneria & Villæ cum pertinentiis, per forisfacturam eorumdem *Rogeri*, *Johannis* & *Rogeri* tanquam Eſcaeta Regis ad manus Regis devenerunt. Habenda & tenenda præfato *Comiti* & Hæredibus ſuis de Corpore ſuo legitime procreatis de Rege & Hæredibus Regis & aliis capitalibus Dominis feodorum illorum, per eadem ſervitia per quæ prædicta Maneria & Villæ tenebantur antequam ad manus Regis ſic devenerunt, imperpetuum. Et ſi idem Comes obierit, &c. ut ſupra tunc prædicta Maneria & Villæ cum pertinentiis ad Regem & Hæredes Regis integre revertantur.

Per ipſum Regem.

N°. CVI.

Pro Galfrido Le Scrop *de Mercato & Feria apud* Burton Coneſtable, & *Lib. Warenna apud* Anderby with the Steeple.

R. Cart. A. 15. *E.* 2. *n.* 30.

REX Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac charta noſtra confirmaſſe dilecto Valetto noſtro *Galfrido le Scrop*, quod ipſe & hæredes ſui imperpetuum habeant unum Mercatum ſingulis ſeptimanis per diem Veneris

Veneris apud Manerium ſuum de *Burton Coneſtable* in Comitatu *Eboracenſi*, & unam *Feriam* ibidem ſingulis annis per duos dies duraturam, videlicet, in vigilia & in die beatæ Mariæ Magdalenæ; niſi *Mercatum* illud & *Feria* illa ſint ad nocumentum vicinorum Mercatorum & vicinarum Feriarum. Et quod habeant *Liberam Warennam* in omnibus Dominicis terris ſuis Manerii prædicti, & de *Aynderby with the Steepele* in eodem Comitatu; dum tamen terræ illæ non ſint infra metas foreſtæ noſtræ. Ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis vel ad aliquid capiendum, quod ad *Warennam* pertineat ſine licentia & voluntate ipſius *Galfridi* vel hæredum ſuorum, ſuper forisfacturam noſtram decem librarum. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædictus *Galfridus* & hæredes ſui imperpetuum habeant prædicta *Mercatum* & *Feriam* apud Manerium ſuum prædictum, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad hujuſmodi Mercatum & Feriam pertinentibus; niſi Mercatum illud & Feria illa ſint ad nocumentum vicinorum Mercatorum & vicinarum Feriarum. Et quod habeant *Liberam Warennam* in omnibus dominicis terris ſuis prædictis; dum tamen terræ illæ non ſint infra metas foreſtæ noſtræ. Ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis vel ad aliquid capiendum, quod ad *Warennam* pertineat ſine licentia & voluntate ipſius *Galfridi* vel hæredum ſuorum ſuper forisfacturam noſtram decem librarum ſicut prædictum eſt. Hiis teſtibus Venerabilibus Patribus, *W. Archiepiſcopo Cantuarienſi totius Angliæ Primate*; *J. Norwicenſi*; *J. Bathonienſi* & *Wellenſi*; *R. Sarisburienſi, Epiſcopis*; *Johanne de Britannia* Comite Richmondiæ; *Adomaro de Valencia Comite Pembrochiæ*; *Edmundo Comite Arundelliæ*; *Johanne de Segrave*, & aliis.

Data per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium* x. die Auguſti.

Per ipſum Regem.

N°. CVII.

De ARCHIDIACONATU RICHMUNDIÆ *Collatio Papalis.*

Rym. T. III. *p.* 972.

JOhannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio *Edvardo* Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Promptitudo Regiæ devotionis & fervor fidei quibus erga Deum & Romanam fulges Eccleſiam, nobis fiduciam repræſentat, quod libenter animum præpares Regium ad ea quæ nobis grata fore cognoveris favorabiliter adimplenda. Cum itaque nos dudum dilecto filio *Heliæ Talairandi*, Germano dilecti filii, nobilis viri, *Archambaudi Comitis Petragoricenſis*, juxta ſuorum meritorum exigentiam, volentes gratiam facere ſpecialem ARCHIDIACONATUM RICHEMUNDIÆ, in Eccleſia *Eboracenſi* tunc vacantem per Conſecrationem Venerabilis fratris noſtri *Rogeri Epiſcopi Conventrenſis & Lichefeldenſis*, & ad diſpoſitionem noſtram ex præcedenti reſervatione ſpectantem præfato *Heliæ* duxerimus conferendum. Serenitatem Regiam rogamus attentius, & hortamur, quatinus eun-

A. D. 1322. *An.* 16. *E.* 2. *Ex Autogr.*

dem *Heliam*, Archidiaconum ARCHIDIACONATUS prædicti, habens pro noſtra & Apoſtolicæ ſedis reverentia propenſius Commendatum, ſuper dicto ARCHIDIACONATU, univerſiſque ipſius Juribus, habendis & pacifice retinendis, eum vel procuratorem ſuum, ſic velit benigno favore proſequi Regia celſitudo, quod nos eam exinde debeamus cum gratiarum Actionibus merito commendare.

Dat *Avinion*, decimo ſeptimo Kalendarum Septembris, Pontificatus noſtri anno ſexto.

N°. CVIII.

Pro Henrico Le Scrop, *Conceſſio ei & Hæredibus ſuis Terrarum* Andreæ & Michaelis *de* Harccla.

R. Pat. A. 16. Ed. 2. m. 2.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod cum pro bono ſervitio quod dilectus & fidelis noſter *Henricus Le Scrop* Miles nobis impenderat; dederimus & conceſſerimus pro nobis & hæredibus noſtris omnes terras & tenementa cum pertinentiis quæ fuerunt *Andreæ de Harccla* inimici & rebellis noſtri in *Caldwell*, & *Uckerby* in partibus de *Richmundſhire*, nec non & omnes terras & tenementa cum pertinentiis quæ fuerunt Magiſtri *Michaelis de Harccla* ſimiliter inimici & rebellis noſtri in *Herneby*, & quæ per forisfacturam eorumdem *Andreæ* & *Michaelis* ad manus noſtras tanquam Eſcaeta noſtra devenerunt, habend. ad totam vitam ipſius *Henrici* de nobis ac aliis capitalibus Dominis feodi illius, per eadem ſervitia per quæ terræ & tenementa prædicta tenebantur antequam ad manus noſtras ſic devenerunt. Ita quod poſt mortem ipſius *Henrici* prædicta terræ & tenementa cum pertinentiis, ad nos & hæredes noſtros integre reverterentur prout in Litteris noſtris Patentibus eidem *Henrico* inde confectis plenius continetur. Nos intuitu obſequii prædicti nobis impenſi volentes eidem *Henrico* gratiam in hac parte facere ampliorem, conceſſimus & pro nobis & hæredibus noſtris, quod habeat & teneat ſibi & hæredibus ſuis omnia terras & tenementa prædicta cum pertinentiis, ſimul cum feodis Militum & reverſionibus quibuſcumque, ad terras & tenementa prædicta ſpectantibus de nobis & hæredibus noſtris ac aliis capitalibus Dominis feodorum illorum per Servitia prædicta imperpetuum. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Eboracum* 3. die Julii.

Per ipſum Regem.

Nº. CIX.

Pro COMITE RICHEMUNDIÆ *per* Scotos *Capto.*

Rym. T. III. *p.* 978.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. ſalutem. Cum dilectus conſanguineus & fidelis, noſter *Johannes de Britannia* COMES RICHMUNDIÆ nuper in obſequio noſtro per *Scotos* inimicos noſtros & rebelles captus, penes ipſos adhuc exiſtat. Nos volentes hiis quæ ad ipſius Comitis Conſolationem pertinere poterunt annuere prout decet, volumus & concedimus quod idem COMES, dum apud dictos inimicos noſtros moram fecerit uſque ad ſeptem perſonas de familia ſua vel aliunde, quas nominare voluerit pro recreatione & obſequiis ſuis ſecum valeat retinere. In cujus, &c. uſque ad Feſtum Penteeoſtes proximo futurum duraturas.

A. D. 1322. *An.* 16. *E.* 2. *Pat.* 16 *E.* 2. *p.* 1. *m.* 19.

Teſte Rege apud *Eborum* viceſimo ſeptimo die Octobris.

Per ipſum Regem.

Nº. CX.

Super COMITE RICHMUNDIÆ *& Domino de* SULIACO *per* Scotos *Captis liberandis.*

Rym. T. III. *p.* 995.

JOhannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio *Eduardo*, Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Inſonuit nuper Auribus noſtris, Fili cariſſime, rumor implacidus & infeſtus, quod dudum in quodam Conflictu, quem *Scotorum* hoſtium tuorum & rebellium præſumpſit ſuperbia, dilecti filii, nobiles Viri, *Johannes de Britannia* COMES RICHMUNDIÆ & *Henricus* dominus de SULIACO *Hujus Fratres* Tranchas pro tuo & Regni tui honore ſe ſtrenue & fideliter exponentes capti Deo permittente fuerunt. Cum autem honoris interſit Regii pro liberatione tantorum virorum tibique & eodem Regno conſtantia invicta fidelium, vias exquirere per quas celeriter & captivitate hujuſmodi liberentur. Serenitatem tuam rogamus attentius & hortamur quatinus circa liberationem eandem ſic velit adhibere Regia providentia opem, & operam efficaces, quod inde tuæ ſublimitati honoris accreſcat cumulus, aliique tui & Regni prædicti fideles hujuſmodi rei invitati exemplo accendantur ferventius ad tui devotionem & obſequia, ſpretis periculis & laboribus non vitatis. Pro prædictis autem dilectus filius *Aymo de Jovenzano*, Canonicus *Auguſtenſis* prædicti *Comitis* Clericus ad tuam præſentiam cum

A. D. 1323. *A.* 16. *E.* 2. *Ex Autogr.*

præſentibus dirigit greſſus ſuos, quem patienter audire & recommendatum habere velit Regia Celſitudo.

Dat. *Avinion* 15. Kal. Martii Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

N°. CXI.

Pro COMITE RICHMONDIÆ *in* Scotia *Captivo Licentia Attornatos conſtituendi.*

Rym. Tom. III. *p.* 1209.

A. D. 1323. *An.* 16. *E.* 2. *Pat.* 16. *E.* 2. *p.* 2. *m.* 8.

REX omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod, cum dilectus conſanguineus & fidelis noſter *Johannes de Britannia* COMES RICHEMUNDIÆ in obſequio noſtro nuper per Scotos captus fuerit & per eoſdem in Scotia adhuc detentus exiſtit. Nos volentes indempnitati ipſius *Comitis* proſpicere, conceſſimus quod *Thomas de Fencotes* & *Ricardus de Swafham* ſub alternatione, ſint Attornati ipſius *Comitis* ad lucrandum vel perdendum in omnibus placitis & querelis motis vel movendis pro ipſo *Comite* vel contra ipſum in quibuſcunque Curiis Angliæ. Et etiam conceſſimus quod prædicti *Thomas* & *Ricardus*, vel eorum alter qui præſens fuerit loco ipſius *Comitis*, facere poſſint vel poſſit Attornatos vel Attornatum quos vel quem voluerint vel voluerit in Curia noſtra, coram nobis ad omnia prædicta placita & querelas proſequenda, & ad lucrandum vel perdendum in eiſdem ſicut prædictum eſt. In cujus rei Teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes per unum annum duraturas, præſentibus minime valituris poſt adventum ipſius *Comitis* in Angliam, ſi contingat ipſum interim deliberari a manibus *Scotorum* prædictorum.

Teſte Rege apud * *Thorp Epiſcopi* quinto die Junii.

Per ipſum Regem.

N°. CXII.

Pro COMITE RICHMUNDIÆ *in* Scotia *captivo Conceſſio terrarum* Johannis de Northwode.

Rym. T. IV. *p.* 15.

A. D. 1323. *An.* 17. *E.* 2. *Pat.* 17. *E.* 2. *p.* 1. *m.* 21.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus, dilecto conſanguineo, & fideli noſtro *Johanni de Britannia*, COMITI RICHMUNDIÆ, nuper per Scotos, inimicos & rebelles

* Biſhopthorp *prope* Eboracum.

noſtros,

noſtros, in obſequio noſtro capto, & adhuc penes eos detento, quod in ſubventionem Redemptionis ſuæ, dictis inimicis noſtris, pro Deliberatione ſua, faciendæ, cuſtodiam terrarum & tenementorum, quæ fuerunt *Johannis de Northwode*, defuncti, qui de nobis tenuit in capite, & quæ, ratione minoris ætatis hæredis prædicti *Johannis*, in manu noſtra exiſtunt; nec non & maritagium ejuſdem hæredis, quæ nuper per litteras noſtras patentes, dedimus præfato conſanguineo noſtro, vendere poſſit cuicumque voluerit, habenda adeo plene & integre ſicut ea conceſſimus præfato conſanguineo noſtro. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Grenham* triceſimo primo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

N°. CXIII.

De ſubſidio pro Redemptione dicti COMITIS RICHMUNDIÆ.

Rym. T. IV. *p.* 16.

REX univerſis & ſingulis tenentibus, *Johannis de Britannia*, COMITIS RICHMUNDIÆ, conſanguinei noſtri cariſſimi ſalutem. Recolentes, non ſine cordis amaritudine, qualiter præfatus conſanguineus noſter, dum noſtris obſequiis intendebat, per inopinatum & repentinum *Scotorum* inimicorum & rebellium noſtrorum aggreſſum, captus extitit, & ad partes *Scotiæ* ductus per eoſdem & adhuc penes ipſos eſt detentus. Nec ab eorum manibus, ſine magna & intolerabili Redemptione, poterit deliberari; de ipſius anguſtiis eo fortius moleſtamur, quo noſtris affectibus intimius conjungitur & ipſius fidelitatis & induſtriæ ſemper in noſtris agendis evidentius probavimus puritatem. Et quia, ad Deliberationem dicti Domini veſtri a manibus dictorum inimicorum, tam naturali æquitate, quam ex fidelitatis veſtræ debito, manus extendere tenemini adjutrices; Vos, & quemlibet veſtrum rogamus, & requirimus ex effectu, quatenus unus quiſque veſtrum, juxta facultates ſuas, & quantitatem tenuræ ſuæ, pro Redemptione dicti Domini veſtri, tale & tantum ſubſidium ſtudeat miniſtrare, ut idem Dominus veſter, veſtro auxilio mediante, a dictorum inimicorum manibus celeriter deliberari valeat, de quo veſtram poſſimus benevolentiam & fidelitatem erga dictum Dominum veſtrum, ex merito commendare, & vobis etiam grates referre debeamus; & ut idem Dominus veſter, cum redierit, veſtris profectibus ob impenſum ſibi a vobis, in tanto neceſſitatis articulo, præſidium, ſpecialiter aſtringatur.

A. D. 1323. *An.* 17. *E.* 2. *Pat.* 17. *E.* 2. *p.* 1. *m.* 15.

Teſte Rege apud *Grenham* primo die Septembris.

Per ipſum Regem.

N°. CXIV.

Lettre de l'Eſchange d'Ed. Fils du Roy d'Angleterre & du Comte de RICHEMONT.

Ex Origin. in Bibl. Cotton.

EDdouart fuiz ainzue du Roy d'Angleterre, duc d'Acquitaine, Conte de Ceſtre & de Pontyu. A Touz ceus qui ces preſentes Lettres verront ſalut. Nous faiſons ſauoir. Que comme noſtre treſchier & tres ame Couſin Monſ. *Jehan de Bretaingne*, ait eſchangè a nous, & pour cauſe deſchange Bailliè quittè delaiſſiè & deliurè perpetuelment, & hereditablement a touz Jourz a nous, noz hoirs, & a ceuls qui auront cauſe de nous, toute ſa CONTE De RICHEMONT, aſſiſe en Angleterre, les villes, Chaſtiaus, Chaſtellenies, Juſtices, Seigneuries, & touz autrez droiz apperten. a la dite *Conte*, aueques toutes les autres appertenances & appendences d'icelle quelles que elles ſoient, & en quell que lieu que elles ſoient aſſiſes, ſanz compter ne priſier ence aucuns edefices, Tout pour. Dis mil Liures Tourñ petiz, de Rente annuel & perpetuel, que nous lui deuons & auons promis a aſſeoir, en noſtre Duchie *d'Acquitaine* ou aillieurs, en lieus couenables ou Royaume de *France*, aueques toute Juſtice, & Seigneurie haute & baſſe. Nous approuuanz, aggreanz, & acceptanz le dit Eſchange pour noſtre profiſt euident, auons Baillè, aſſis, aſſignè, quittiè, delaiſſiè, & deliurè, Baillons, quittons, aſſignons, delaiſſons & deliurons perpetuelmẽt & heritablement a touz Jourz a noſtre dit *Couſin*, a ſes hoirs, & a ceus qui auront cauſe de lui pour la dit *Contè*, & ſes dites appertenances Dis mil Liures Tourñ petiz de Rent annuel & perpetuel, a prendre & Receuoir deſores en auant, par lui, & par ſes hoirs, ou par ceuls qui auront cauſe de lui, ſur toutes noz Rentes, revenues, touz proufiz, emolumenz de noſtre Duchie *d'Acquitaine*, & de toutes ſes appertenances. Et eſpecialment ſur la Couſtume, les Couſtumes, ou les Rentes de noſtre Ville de *Bordeaus*, & de nos autres Villes, ou Chaſtiaus de *Saint Maxayre*, de Saint *Melion*, *de Bourc de Blene* & de leur apperten. Des quelles Diz mil Liures Tourñ de Rente il prendra la moiſtie chaſcun an au terme de Paſques, & lautre moitie au terme de la Saint Michiel a commencier le premier paiement, a Paſques prouchen venanz. Juſques a tant, que nous aions aſſis & aſſignè, ces choſes a noſtre dit *Couſin*, en terres, & en domains a prendre par ſa main en lieus convenables ou dit Royaume de *France*, les quelles Dis mil liurs de terre, ou de Rente, annuel, nous ſommes tenu & promettons par noſtre ſerment fait pour ce a Saintes Euangiles, a aſſeoir, aſſigner, Bailler, & delivrer, en terre en demoines, & autres Rentes au pris ancien, & ſelon lancienne couſtume du pais, gardee en aſſiete de terre ou de Rente anciennement, aueques toute Juſtice, & Seignurie haute & baſſe, a noſtre dit Couſin, a ſes hoirs ou a ceuls qui auront auiſe de lui, a leur propre Requeſte, ſanz autre dilacion, demander, ou Requerre, en lieus counenables, & a noſtre dit Couſin prouſitables, & au plus preſque nous pourons de la Cite de *Saintes* & de la terre de *Xanttonge*, ſans priſier, en ce Edifices, Caſtiaus ne Meſons, les quex nous lui quittons, donnons, & delaſſons, a touz Jourz de certaine Science. Ceſſanz des maintenant, & tranſportanz, en noſtre dit *Couſin*, en ſes hoirs, & en ceulz qui auront cauſe de lui, tout le droit, toute la ſeignourie, propriete, & ſaiſine, & toute Juſtice haute & baſſe, & toute l'accion

Reelle

reelle & perſonelle toute autre que nous auions, poions auoir & deuions en ces choſes ainſiñc Bailliees, & eſchangiees, ſans y Riens y retinir. Exceptè foy, homage, ſouuerainete, & reſſort que nous y retenons tant ſeulement. Des quelles choſes nous auons ia receu noſtre dit Couſin, en noſtre foy & en noſtre homage. Et proettons par noſtre dit ſerement que contre ces choſes, ou aucune dicelles nous ne vendrons, ne venir ferons par nous ne per autre ou temps a venir. A racois toutes les Diſ. mil. libr. Tourñ de Rente deſſus dites & touts leur apperten. & appendences, a noſtre dit *Couſin* a ſes hoirs, & a ceuls qui auront cauſe de lui, Garantirons, deliuerrons, & defendrons, en Jugement, & dehors, encontre touz, a nos propres Cour & deſpens. Et Voulons eſtre contraint, a ce tenir, garder, & acomplir par voie de execucion, ou en la maniere que il plerra mieulz a noſtre dit *Couſin*, par noſtre treſchier & tres redoute Seignure & oncle Monſeigneur le *Roy de France*, ſes ſucceſſeurs, & per leurs Juſticiers, ou par cellui deuls, que noſtre dit *Couſin* voudra eſlire, ſanz ce que nous puiſſions leur Juriſdiction deſeliuer pour cauſe de ſouuerainentè ne autrement. Et ne voulons pas noſtre *dit Couſin* eſtre tenu, a nous garentir, ou deliurer la dicte *Contè*, contre noſtre treſchier & tres redoute ſeign & Pere Monſeigneur *Eddouart* par la grace de dieu Roy d'Angleterre, ne contre ſes Genz, ne des empeſchemenz ſe aucuns y eſtoient mis par euls, ou par aucuns deuls, a leur pourchaz ou de leur coumandement que ja naueigne, ainz le quittonz a tous Jourz de toute Garantie, en ce cas. Sauf ce que il ſein tenu a nous garentir la dite *Contè* quant a ſa perſone & quant a ſes hoirs & a ceulz qui auront cauſe de lui tant ſeulement. Et pour ces choſes tenir, garder & acompliz ſanz venir encontre Nous auons obligiè & obligions a noſtre dit *Couſin* nous, noz hoirs, noz biens, & de noz hoirs, muebles & non muebles preſenz & auenir, ou que il ſoient & eſpecialment noſtre dite *Duchie*, & noſtre *Conte* de *Pontif*, & toutes leurs appurtenences, tout pour vendre & deſpendre a cel fuer telle vente, Juſques a plain acompliſſemẽt de ces choſes per noſtre dit ſeigneur le *Roy de France*, ſes Succeſſeurs & leurs Juſticiers ou de leur commandemãt. Renoncanz en ce fait par noſtre dit ſerement, au Benefice de menuer eage, & a lexcepcion de la deceuance, oultre la moitiè de Juſte pris & a toutes autres excepcions, Leſions, Raiſons ou defences de fait, ou de droit, que contre ces choſes pourroient eſtre dites, ou oppoſees, & au droit qui dit general Renonciacion non valoir. Et ſupplions a noſtre dit Seigneur *Le Roy de France*, que toutes les choſes deſſus dites & chaſcune dicelles, il vueille louer, & approuuer, & non contreſtãt noſtre meneur aage par l'interpoſicion de ſon decret confermer de ſon auctorite Real, en ſouppleant de ſa pleniere puiſſance, tous les deffauz qui y pourroient eſtre trouuez, ou oppoſez en ce cas pour cauſe de noſtre Meneur Aage ou autrement. En teſmoing de ce nous auons fait mettre noſtre ſeel in ces preſentes lettres. Ce fu fait a *Paris* le dimanche deuant Noel. lan de grace mil trois cenz vint & cinq.

N°. CXV.

De COMITE RICHMUNDIÆ *Attachiando.*

Rym. T. IV. p. 193.

A. D. 1326. *An.* 19. *E.* 2. *Clauſ.* 19. *E.* 2. *m.* 12. *d.*

REX *Vicecomiti Suſſexiæ.* Salutem præcipimus tibi quod attachies *Johannem de Britannia*, COMITEM RICHMUNDIÆ, quod ſit, coram nobis, a die Paſchæ in tres Septimanas, ubicunque tunc fuerimus in Anglia, ad reſpondendum nobis, quare cum pluries mandaverimus, per litteras noſtras, ſub privato Sigillo noſtro eidem Comiti, quem nuper, pro magnis & arduis Negotiis, nos & Regnum noſtrum tangentibus, ad partes Flandriæ, unà cum quibuſdam aliis Nunciis noſtris deſtinavimus in Nuncium noſtrum, quod ad nos perſonaliter indilatè accederet, nos ſuper Nuncio ſuo prædicto informaturus, facturuſque ulterius, & recepturus quod per nos & conſilium noſtrum inde contigerit ordinari, & idem *Comes* aliquas Excuſationes, ſuper non adventu ſuo ad nos, nobis reſcripſerit, quas omnino frivolas reputavimus. Eique mandaverimus, in Fide & Ligeantia quibus nobis tenetur quod, non obſtantibus excuſationibus illis, ad nos perſonaliter accederet ad certum Diem, in eodem mandato noſtro contentum, jam præteritum, ad informandum nos ſuper negotiis antedictis, alioquin ipſum tanquam nobis Inobedientem, & Mandatorum noſtrorum Contemptorem non immerito reputaremus; idem *Comes* ſpretis mandatis noſtris, ac Fide, & Ligeantia prædictis, ad nos venire, ſeu nos ſuper Nuncio prædicto informare, hactenus non curavit, in noſtri inobedientiam, ac Mandatorum noſtrorum prædictorum contemptum manifeſtum & contra Fidem & Ligeantiam ſuam prædictas.

Teſte Rege apud *Tamworth* decimo quarto die Martii.

N°. CXVI.

Papæ litteris, in gratiam COMITIS RICHMUNDIÆ *Scriptis, Reſponſum Regis.*

Rym. T. IV. *p.* 209.

A. D. 1326. *An.* 19. *E.* 2. *Rom.* 19. *E.* 2. *m.* 2.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum. Tranſmiſſæ nobis veſtræ Manſuetudinis literæ inter alia continebant, qualiter non latet in abdito ſincera fidelitas, quâ *Johannes de Britanniâ*, COMES RICHMUNDIÆ, erga Genitorem noſtrum & nos dinoſcitur viguiſſe, perſonam ſuam, in quibuſlibet guerris, contra dictum Patrem noſtrum, & nos hactenùs ſuſcitatis, relictis propriis Parentibus & Propinquis, exponendo periculis, preſſuras etiam & carceres tolerando. Propter quod veſtra benignitas mirabatur, quod, dicto *Comite* in *Regno Franciæ* (ad quod, pro proſecutione negotiorum noſtrorum, de mandato noſtro venerat) conſtituto, Terras & Poſſeſſiones COMITATUS RICHMUNDIÆ,

RICHMUNDIÆ, & alias Terras; quas idem Comes in Regno noſtro optinuit, ſeiſiri, & alia bona ſua fecimus areſtari. Et nos, per eaſdem litteras, veſtra pia Paternitas requiſivit, ut præmiſſa, ac proximæ Conſanguinitatis, Fidelitatis & Homagii vinculum (quibus nobis aſtrictus eſt idem *Comes)* in examen debitæ conſiderationis adducere, & eum in Gratiæ & Dilectionis noſtræ plenitudine conſervare (revocatis Seiſina & Areſto prædictis) curaremus. Super quo ſanctitati veſtræ duximus reſcribendum, quod impenſa per præfatum *Comitem* dicto Genitori noſtro & nobis obſequia, quæ etiam Dampna, quaſve Preſſuras perpeſſus eſt, ſatis recolimus, & quæ ſibi, tam per ipſum Genitorem noſtrum, quam etiam per nos, Retributionum viciſſitudines factæ fuerunt, temporibus ſucceſſivis, nullatenus ignoramus. Scimus enim, & omnibus notum eſt quod dictum *Comitatum*, ac cæteras Terras ſuas, quæ habuit in dicto Regno noſtro, ex liberalitate ipſius Patris noſtri & noſtra, extitit aſſecutus, nec a Parentibus ſuis, aut propinquis quicquam habuit aliunde. Et, ſi in ſcrutinium debitæ conſiderationis impenſa per ipſum obſequia, ac beneficia ei a regia munificentia collata deducantur, nulli poteſt venire in dubium quin longe majora perceperit, quam conſtat ipſum potuiſſe promereri. Et, ut, Pater ſanctiſſime, commonitionis noſtræ cauſa contra eundem *Comitem* veſtræ manſuetudini denudetur, veſtræ innoteſcimus ſanctitati, quod cum negotia noſtra, pro quibus dictus *Comes* ad dictas partes *Franciæ* miſſus fuerat, deducta fuiſſent ad exitium, quem vos noſtis, præfato *Comiti* litteratorie mandavimus, vicibus repetitis, ut ad nos accederet in Angliam, nos ſuper expeditione negotiorum illorum informaturus, & conſilium ſuum etiam impenſurus. Et, pro eo quod nec ad primum, nec ad ſecundum Mandatum noſtrum, ad nos venire curavit, ſet quaſdam frivolas excuſationes ſuper non adventu ſuo, ad nos prætendebat, nos, adjectis verbis Comminatoriis in noſtris literis, videlicet, quod ipſum, ſi venire contempneret, non ſolum inobedientem, ſed etiam Homagii & Fidelitatis ſuæ violatorem deberemus, non immerito, reputare, & quod excuſationes illas nullas omnino reputavimus atque fictas. Idem tamen *Comes*, ſpretis hujuſmodi Mandatis noſtris & contemptis, ad nos accedere non curavit; ſet, quod nequius eſt, erecta contra nos cervice, quibuſdam contra nos rebellantibus aſtitit, ut fertur, Conſiliis & auxiliis, & aſſiſtit. Propter quæ nos, ipſius ingratitudinem & inobedientiam non ferentes, Terras & Bona ſua poni fecimus ad manum noſtram, non ea intentione, ut ea, tanquam incuria habeamus, ſet ipſius proterviam per hoc cohiberi, mediante Juſtitia, faciamus. Conſervet vos, &c.

Dat. apud *Turrim Londoniæ* decimo octavo die Junii.

N°.

N°. CXVII.

Pro COMITE RICHMUNDIÆ *de Reſtitutione* Chaceæ *de* Wenſlydale

Rym. T. IV. *p.* 242.

A. D. 1327. *An.* 20. *E.* 2. *Clauſ.* 20. *E.* 2. *m.* 3.

REX, dilecto ſibi, *Willielmo de Synythwayt*, ſalutem. Licet nuper vobis commiſerimus Cuſtodiam *Chaceæ de Wenſlydale*, quibuſdam de cauſis, in manu noſtra tunc exiſtentis, habendum quamdiu nobis placeret; prout in litteris noſtris Patentibus vobis inde confectis, plenius continetur; quia tamen *Chaceam* prædictam, una cum Caſtris, Maneriis, Terris, & Tenementis, dilecti & fidelis noſtri, *Johannis de Britannia*, COMITIS RICHMUNDIÆ, quæ nuper in manum noſtram, quibuſdam de cauſis, capi fecimus, eidem Comiti jam reſtituimus. Vobis mandamus, quod vos, de Cuſtodia *Chaceæ* prædictæ, ulterius non intromittatis, ſet *Johannem de Scargill* (cui præfatus Comes, Cuſtodiam illam per Litteras ſuas Patentes, ut dicitur, prius commiſſerat) eandem Cuſtodiam, abſque impedimento, habere permittatis.

Teſte Rege apud *Kenilworth* duodecimo die Januarii.

N°. CXVIII.

Conceſſiones Liberæ Warennæ *in* COMITATU RICHMUNDIÆ *ſub* Edwardo II. *nec non* Mercati & Feriæ *apud* Wath Reynero Le Flemming.

REX conceſſit *Ranulpho de Manneby* Lib. War. in *Thorgramby*, *Weſt Cotingwith*, *Manneby*, & *Neuby* ſuper *Wisk*.

Cart. A°. 4. Ed. II. m. 26.

Rex conceſſit *Henrico Filio Conani* L. W. in *Lyverton*, *Kilkefeld*, & *Fletham*.

Ibid. m. 41.

Rex conceſſit *Henrico Le Scrop* L. W. in *Fencotes*, *Fletham*, *Eſtboulton*, *Boulton parva*, & *Pathom*.

Cart. A°. 5. E. II. n. 27.

Rex

Rex conceſſit *Galfrido Le Scrop* L. W. in *Coverham, Caldebergh, & Agglethorp.*

Ibid. n. 36.

Rex conceſſit *Mercatum & Feriam Reynero Le Flemming* apud Manerium ſuum *de Wath.*

Cart. A°. 6. E. II. n. 59.

Rex conceſſit *Henrico Le Scrop* L. W. apud *Diſford, Ellerton* ſuper *Swale, Donoum, & Walbron.*

Cart. A°. 7. E. II, n. 15.

Rex conceſſit *Roberto de Haſtang* L. W. apud *Clesby, Cloubek, Bereford* ſuper *Teſe, Thorp Underſtane, Tanefeld, & Couton.*

Cart. A°. 8. *Ed.* II. n. 41.

Rex conceſſit *Galfrido Le Scrop* L. W. in *Clifton* ſuper *Yore, & Yarnwik.*

Cart. A°. 11. Ed. II. m. 70.

Rex conceſſit *Ranulphò Filio Radulphi* L. W. in *Wodehale, Speingthorn, Swaynby, Newton Pigots, & Dyksforth.*

Ibid. m. 71.

Rex conceſſit *Henrico Le Scrop* L. W. in *Weſtbolton* in *Wendeſlaghdale, & Sledmore.*

Cart. A°. 14. Ed. II. m. 17.

N°. CXIX.

Pro COMITE RICHMUNDIÆ *de Reſtitutione habenda Feodorum Militum, & Advocationibus Eccleſiarum.*

Rym. T. IV. *p.* 336.

REX, dilecto ſibi, *Symoni de Grymesby*, Eſcaetori ſuo citra *Trentam*, ſalutem. Cum Dominus *E.* nuper Rex Angliæ, Pater noſter, viceſimo quinto die Decembris, anno regni ſui viceſimo, Caſtra, Maneria, Terras & Tenementa, Bona & Catalla, dilecti conſanguinei & fidelis noſtri, *Johannis de Britannia*, COMITIS RICHMUNDIÆ, quæ idem Pater noſter capi fecerat in manum ſuam, eidem *Comiti*, una cum exitibus inde medio tempore perceptis, reſtituiſſet, eaque ſibi mandaſſet liberari. Ac jam intellexerimus quod vos ipſum *Comitem*, ſuper Feodis Militum, & advocationibus Eccleſiarum, ejuſdem *Comitis* (pro eo quod in reſtitutione prædicta inde nulla mentio facta fuit) inquietatis & gravatis. Et quia volumus quod idem *Comes* habeat & teneat Caſtra, Maneria, Terras & Tenementa, prædicta, una cum dictis Feodis Militum,

A. D. 1328. *An.* 2. *E.* 3. *Clauſ.* 2. *E.* 3. *m.* 35.

2

tum, & advocationibus Eccleſiarum, prout ea tenuit ante captionem prædictam. Vobis mandamus quod ipſum *Comitem*, ſuper Feodis & Advocationibus prædictis occaſione prædicta non occaſionetis ſeu gravetis, ſet ipſum ea tenere permittatis, prout ante Captionem tenuit ſupradictam.

Teſte Rege apud *Ebor.* viceſimo ſexto die Februarii.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt eidem *Simoni* Eſcaetori Regis ultra *Trentam*, &c. ut ſupra.

N°. CXX.

Pro Galfrido Le Scrop, *de* Libera Warenna *in Terris ſuis*, & Mercato & Feria *apud* Maſham.

R. Cart. A. 2. *E.* III. *n.* 27.

REX eiſdem ſalutem. Sciatis nos de Gratia noſtra ſpeciali conceſſiſſe, & hac charta noſtra confirmaſſe dilecto & fideli noſtra *Galfrido Le Scrop*, quod ipſe & hæredes ſui imperpetuum habeant *Liberam Warennam*, in omnibus Dominicis terris ſuis de *Maſham*, *Bellerby*, *Gertheſton*, *Hunton*, *Silton*, *Thirne*, *Aglethorp*, *Upſale*, *Thornbergh*, & *Kylvyngton* in Comitatu *Eboracenſi*, & *Muskham* in Comitatu *Nottinghamenſi*, dum tamen terræ illæ non ſint infra metas foreſtæ noſtræ. Ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis vel ad aliquid capiendum, quod ad *Warennam* pertineat ſine licentia & voluntate ipſius *Galfridi* vel hæredum ſuorum, ſuper forisfacturam noſtram decem librarum. Et quod habeant unum *Mercatum* ſingulis ſeptimanis per diem Mercurii apud Manerium ſuum de *Maſham* in dicto Comitatu *Eboracenſi* & duas *Ferias* ibidem ſingulis annis per quatuor dies duraturas, unam, videlicet, in Vigilia & in die Sancti Barnabæ Apoſtoli, & unam aliam feriam ibidem in Vigilia, & in die aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis: niſi *Mercatum* illud & *Feriæ* illæ ſint ad nocumentum vicinorum Mercatorum & vicinarum Feriarum. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædictus *Galfridus* & hæredes ſui, imperpetuum habeant *Liberam Warennam* in omnibus dominicis terris ſuis prædictis; dum tamen terræ illæ non ſint infra metas foreſtæ noſtræ. Ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis vel ad aliquid capiendum, quod ad *Warennam* pertineat ſine licentia & voluntate ipſius *Galfridi* vel hæredum ſuorum ſuper forisfacturam noſtram decem librarum. Et quod habeant prædicta *Mercatum* & *Ferias* apud Manerium ſuum prædictum, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad hujuſmodi Mercatum & Ferias pertinentibus; niſi *Mercatum* illud & *Feriæ* illæ ſint ad nocumentum vicinorum Mercatorum & vicinarum Feriarum ſicut prædictum eſt. Hiis Teſtibus venerabilibus Patribus, *S. Cantuarienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ Primate*; *H. Lincolnienſi*, Cancellario noſtro; *Th. Herefordenſi*, Theſaurario noſtro; *R. Coventrenſi & Lichfeldenſi*, *Epiſcopis*; *Edmundo Comite Kanciæ*, Avunculo noſtro; *Johanne de Warenna*, *Comite Surriæ*;

Surriæ; *Henrico de Percy*; *Johanne de Wyſham*, Seneſcallo Hoſpitii noſtri, & aliis.

Data per manum noſtram apud *Novam Sarum* xxviii. die Octobris.

Per Breve de Privato Sigillo.

N°. CXXI.

Pro Burgenſibus de Richemund *de donationibus eis factis confirmandis* *.

Rot. Pat. 3. E. 3. p. 1. m. 11.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem. Donationem & Confirmationem quas *Johannes* quondam *Ducis Britanniæ* primogenitus & Dominus *Richemundiæ*, per Chartam ſuam pro ſe & hæredibus ſuis fecit Burgenſibus de *Richmundia*, de Burgo de *Richemundia* cum foro, nundinis, & tolnetis & cum omnibus redditibus, Aſſiſis, Attachiamentis & placitis dicti Burgi, & quod haberent & tenerent totum dominicum quod fuit ipſius *Johannis de Richmundia* vocatum terra de FONTENAY cum pertinentiis, cum tota paſtura de *Witteklif*, & cum omnibus aliis pertinentiis, Libertatibus, Aiſiamentis & liberis conſuetudinibus ad dictum Burgum & terram de FONTENAY ubique pertinentibus infra Villam & extra ut in moris, boſcis, planis, pratis, viis, ſemitis, aquis, paſcuis & paſturis, excepta tinctaria de *Richemunde*, & tribus acris terræ quas *Jordanus Plumbarius* aliquando tenuit, habendum & tenendum eiſdem Burgenſibus & eorum hæredibus libere, quiete, integre, pacifice & honorifice cum omni jure & diſtrictu dicti Burgi de ipſo *Johanne* & hæredibus ſuis imperpetuum adeo libere & quiete ſicut dicti Burgenſes & eorum Anteceſſores dicta Burgum & terram cum pertinentibus aliquo tempore liberius quietius aut melius habuerunt aut tenuerunt. Reddendo inde annuatim eidem *Johanni* & hæredibus ſuis quadraginta libras, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt præfatis Burgenſibus & eorum hæredibus imperpetuum concedimus & confirmamus prout Carta prædicta rationabiliter teſtatur, & prout iidem Burgenſes & anteceſſores ſui Burgenſes ejuſdem Villæ, dicta Burgum, terram & paſturam & alia eis ut præmittitur data & conceſſa hactenus rationabiliter habuerunt & tenuerunt. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Eltham* xxx. die Junii.

Per finem ſex Marcarum, Ebor.

Vid. N°. CLXI.

N°. CXXII.

Pro Conventu de Coverham, *de Appropriando Eccleſiam de* Sadbergh.

Rym. T. IV. *p.* 417.

A. D. 1330. *An.* 4. *E.* 3. *Rom.* 4. *E.* 3. *m.* 6.

VEnerabili in Chriſto Patri Domino *P.* Dei gratiâ, Epiſcopo * Peneſtrenſi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Vicecancellario, Amico ſuo cariſſimo, *Edwardus*, eâdem gratiâ, Rex, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Compatientes Paupertati, dilectorum nobis in Chriſto, Abbatis & Conventûs de *Coverham*, ordinis Præmonſtratenſis *Eborum* Diœceſis, qui per frequentes *Scotorum* hoſtiles Aggreſſus, in Poſſeſſionibus & Rebus, ad eandem Abbatiam ſpectantibus, alioſque adverſantis fortunæ eventus, in tantum vaſtati ſunt & deſtructi, Ærique ſuppoſiti alieno, quod de deſperſione Canonicorum, ibidem Deo ſervientium, veriſimiliter formidatur, niſi eis celerius per fidelium præſidia ſubveniatur remedio opportuno. Verum quia, dilectus & fidelis noſter, *Galfridus de Scrop*, eorumdem Abbatis & Conventûs Depreſſionem conſiderans, eis Advocationem Eccleſiæ de *Sadbergh* dictæ Diœceſis (quæ per duos Rectores ſolita eſt gubernari) ſuâ liberalitate donavit: &, diſcretus vir, *Archidiaconus Richemundiæ*, in Eccleſiâ Eborum, loci Ordinarius (ad quem inſtitutio & deſtitutio pertinet infra *Archidiaconatum* prædictum, ac uniendi & appropriandi, ut dicitur, Poteſtas) eandem Eccleſiam eiſdem, Abbati & Conventui, & Succeſſoribus ſuis, appropriavit, juris ordine, qui in eâ parte requiritur, obſervato; ut ex ipſius Emolumentis eorum Indigentiæ providere valeant, & incumbentia eis onera ſupportare, Paternitatem veſtram, de qua plenam Fiduciam reportamus, affectione quâ poſſumus cariore, requirimus & rogamus, quatinus Petitionem eorundem, Abbatis & Conventûs, ſuper aliquibus, Appropriationem prædictam tangentibus, quam dilectus nobis, Magiſter *Petrus Vaurelli*, vobis, ſi placet, exhibebit, penes Dominum ſummum Pontificem (cui ſuper hoc literas noſtras deprecatorias deſtinamus) promovere velitis, modo quo veſtræ amicitiæ fore viderit faciendum; &, ut poſtulata ad exauditionis gratiam admittantur, ſicut de veſtra Dilectione confidimus, interponere, cum efficaciâ partes veſtras.

Dat. apud *Turrim Londoniæ* decimo die Februarii.

Conſimiles Literæ diriguntur Domino *Bernardo Stephani* Regen. Electo, Domini ſummi Pontificis *Protonotario.*

---

* *Praneſtenſi.*

N°. CXXIII.

Pro Hominibus Villæ de NORTHALVERTON.

R. Clauſ. A. 7. E. 3. Pſ. 2. m. 3. Dorſo.

REX dilecto & fideli ſuo *Radulfo de Nevill*, nuper Cuſtodi *Epiſcopatus Dunelmenſis* tunc vacantis, & in manu noſtra exiſtentis, vel ejus Locum tunc tenenti, ſalutem, cum nos nuper ad proſecutionem hominum Villæ de *Northalverton* quæ eſt de Temporalibus Epiſcopatus prædicti nobis ſuggerentium quod ipſi *Liberi Homines* exiſtunt, ipſique aliquas Conſuetudines Epiſcopo loci prædicti ſede plena, vel nobis ſede vacante, niſi *certam Firmam* annuatim ſolvere non debuerunt, ſeu tenebantur, nec ipſi ſeu anteceſſores ſui aliquas alias conſuetudines niſi *Firmam* ſuam Epiſcopis loci prædicti vel progenitoribus noſtris temporibus retroactis ſolvere conſueverunt, & quod vos, præfate nuper Cuſtos, pro eo quod Cuſtos Epiſcopatus prædicti per mortem *Antonii* nuper Epiſcopi loci prædicti tunc vacantis, & in manu Domini E. nuper Regis Angliæ patris noſtri exiſtentis, viginti libras nomine *Cognitionis* de Hominibus Villæ prædictæ per extorſionem ad opus dicti patris noſtri levavit, viginti libras de nunc hominibus Villæ prædictæ, nomine *Cognitionis*, ad opus noſtrum exegiſtis, & ipſos ad eaſdem viginti libras nobis ſolvendas per varias diſtrictiones compuliſtis per vos, præfate nuper Cuſtos, Utrum Homines Villæ illius vel eorum anteceſſores aliquas conſuetudines Epiſcopis loci prædicti ſede plena vel de nobis ſeu de progenitoribus noſtris ſede vacante præter certam *Firmam* ſuam annuam ſolvere tenebantur aut facere conſueverunt, nec ne; & ſi ſic, tunc quas conſuetudines qualiter & quo modo, quando & per quantum tempus per Sacramentum proborum & legalium hominum de *Libertate* de * *Allerton* per quos rei veritas ſuper præmiſſis melius ſciri poſſet mandaverimus diligenter inquiri; ac per Inquiſitionem inde per vos de mandato noſtro ſic factam & in Cancellaria noſtra retornatam ſit compertum quod homines dictæ Villæ de *Northalverton* ſunt *Liberi* & *Liberæ conditionis*, quod ipſi homines tenent de Epiſcopis Dunelmenſibus ex conſenſu Capituli Dunelmenſis villam de *Northalverton* cum pertinentiis per ſervitium reddendi Epiſcopis qui pro tempore fuerint ibidem, *Quadragintamarcas* annuatim ad certos terminos in *Alvertonſhire* conſtitutos, quodque iidem homines ad alias conſuetudines vel ſervitia pro eadem Villa faciendas non tenentur de Jure, nec temporibus retroactis facere conſueverunt, & quod præfatus *Antonius* poſt quindecim annos à tempore conſecrationis ſuæ viginti libras de hominibus Villæ prædictæ, nomine *Cognitionis*, per extorſionem levavit, quodque dictus pater noſter poſt mortem ipſius *Antonii* ſede vacante viginti libras de eiſdem hominibus contra voluntatem ſuam ſimiliter levari fecit, & nos nuper ſuper negotio prædicto pro finali diſcuſſione ejuſdem pleniùs certiorari volentes mandaverimus Theſaurario & Camerariis noſtris quod ſcrutatis Rotulis & Memorandis ſcaccarii noſtri nos in Cancellaria noſtra certificarent ſi prædicti homines aliqua ſervitia ſeu aliquas conſuetudines præter *Firmam* ſuam prædictam temporibus vacationum Epiſcopatus Dunelmenſis prædicti aliquibus temporibus retroactis ſolverint, nec ne; jamque ex parte eorumdem hominum nobis ſit ſupplicatum ut cum dictæ viginti libræ, pendente dicto negotio, ſic adhuc indiſcuſſo, ab eis ad opus noſtrum jam exigantur, velimus levationi & diſtrictioni quas eis de prædictis viginti libris ſic fieri intimimini ad

* *Ita*

opus noſtrum ſuperſederi jubere, quouſque ſuper negotio illo per nos & conſilium noſtrum diſcuſſio plena fiat, nos quod juſtum fuerit fieri volentes in præmiſſis vobis mandamus quod ſi iidem homines invenerint vobis ſufficientem veritatem de reſpondendo nobis de prædictis viginti libris die Dominica in medio Quadrageſimæ proximo futuro, niſi ſe interim excuſare poſſint, vel aliud ſuper hoc per conſilium noſtrum interim contigerit ordinari, tunc levationi dictarum viginti librarum ſuperſederi ac diſtrictiones ſi quæ eiſdem hominibus ea occaſione factæ fuerint interim relaxari faciatis per ſecuritatem antedictam: teſte Rege apud *Walingford* vi die *Januarii*.

N°. CXXIV.

Inquiſitio de libertatibus Villæ de Northalverton.

Eſchaet. A. 7. Edw. 3. n. 75.

INquiſitio capta coram Domino *Radulfo de Nevill* Cuſtode Epiſcopatus Dunelmenſis vacantis, & in manu Domini Regis exiſtentis die Jovis in * feſto Sanctæ Katerinæ Virginis, Anno Regni Domini Regis Edwardi tertii poſt conqueſtum ſeptimo, apud *Northalverton* per *Willielmum de Sourby*, *Nicholaum de la Lunde*, *Robertum de Foxton*, *Robertnm de Smythton*, *Thomam Lungeſpey*, *Willielmum de Burton*, *Adam de Kirkeby*, *Gilbertum de Kirkeby*, *Thomam de Smytheton*, *Robertum .... andgode*, *Johannem Barne*; & *Walterium de Rungeton* Juratores, qui dicunt ſuper Sacramentum ſuum quod homines Villæ de *Northalverton* ſunt *liberi* & *liberæ conditionis:* Et quod ipſi homines Villæ prædictæ pro ſe & hæredibus ſuis imperpetuum habent & tenent de Domino Epiſcopo Dunelmenſi, & ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis ex conſenſu & confirmatione Capituli Dunelmenſis prædictam Villam de *Northalverton* cum toftis & croftis in eadem exiſtentibus, ac etiam *Mercatum* & *Feriam* ejuſdem Villæ cum omnibus proficuis inde provenientibus, ſalvis tamen Domino Epiſcopo Dunelmenſi & ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis placitis ac querelis de **Haymſoken, Blodewyte** & **Namii vetiti** cum **Emendatione aſſiſae Panis** & **Cervifiae tractae, Carnificum** & **Forſtallorum**; Reddendo per annum prædicto Domino Epiſcopo Dunelmenſi & ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis Quadraginta marcas argenti, ad quatuor anni terminos in *Alvertonſhire* conſtitutos, videlicet ad feſtum Sancti Michaelis Archangeli, decem marcas; ad feſtum Sancti Andreæ Apoſtoli proximum ſequens, decem marcas; & ad feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli proximum ſequens, decem marcas. Et quoad illas conſuetudines & ſervitia facienda pro prædicta Villa de *Northalverton* habenda & tenenda in forma prædicta ut prædictum eſt, dicunt quod homines Villæ prædictæ nihil faciunt, nec de jure facere conſueverunt, temporibus retroactis: dicunt etiam quod homines Villæ prædictæ faciunt per ſe coram quibuſcumque Juſticiariis Domini Regis *Inquiſitiones*, *Jurata*, & *Aſſiſas de omnibus terris & tenementis infra Villam prædictam implacitatis vel implacitandis*. Dicunt etiam quod ſi aliquis Villæ prædictæ implacitatus

* *Novemb.* 25.

fuerit in Libera Curia Domini Epiſcopi de *Northalverton* ad ſectam alicujus querentis, quod duo PRÆPOSITI Villæ prædictæ, vel unus eorum cum *Ballivo* ſuo ejuſdem Villæ venient ad Liberam curiam Domini Epiſcopi, & exigent Curiam ſuam de Tenentibus Villæ prædictæ implacitando, & habebunt Curiam ſuam ex conceſſione Ballivi dicti Domini Epiſcopi qui pro tempore fuerit, ex conſideratione ſect— Curiæ prædictæ, & aſſignabunt partibus tertium diem placiti in *Theolonio* ſuo de *Northalverton*. Dicunt etiam quod Dominus *Antonius* nuper Dunolmenſis Epiſcopus poſt terminum quindecim annorum a tempore conſecrationis ſuæ levavit viginti libras de hominibus villæ prædictæ non nomine *Cognitionis* ſed per extorſionem. Et poſt deceſſum prædicti Domini *Antonii* Epiſcopi ſede vacante Dominus *Edwardus* Rex, pater prædicti Domini Regis nunc, levavit viginti libras argenti de prædictis hominibus de *Northalverton* contra voluntatem eorumdem. Item Dicunt quod Dominus *Ricardus* Dunelmenſis Epiſcopus Succeſſor ipſius Domini *Antonii* Epiſcopi nichil cepit nec levavit, ſed Dominus *Edwardus* Rex prædictus ſede vacante levavit viginti libras argenti de Hominibus prædictis. Dicunt etiam quod Dominus *Ludovicus* Epiſcopus Succeſſor dicti Domini *Ricardi* tempore ſuo nichil levavit de Hominibus prædictis. In cujus rei Teſtimonium Sigilla Juratorum ſunt appenſa.

Data loco, die, & anno ſupradictis.

N°. CXXV.

Willielmus II. *dat Manerium de* ALVERTUN *Eccleſ.* Dunelmenſi.

Ex Catalogo Benefactorum Eccleſ. Dunelm. &c. in Bibl. Cotton. Domit. A. VII.

POſthæc moderno tempore *Wilielmus* ſecundus cum regnaret, dedit Deo & Sto. Cuthberto, & *Wilielmo Epiſcopo*, & ſucceſſoribus, in perpetuum poſſidendum hoc Manerium, ſcilicet ALVERTUNAM, cum omnibus ſuis appendiciis, excepto hoc quod Comes *Alanus* habuit in ſua Caſtellaria ex alia parte *Wiſci*, ita ſicut comes *Stiwardus* in vita ſua prædictum Manerium melius & quietius tenuit. In *Alvertuna* XII Carr. terræ. In *Romundabi* xii. unde *Ilvyng* & *Colebrand* & *Leiſing* xi. habuerunt, & duodecima ad Dominicum in *Alvertuna* jacuit.

N°. CXXVI.

Præſentatio Will. de Ledes *per* Priorem *Eccl.* Dunelmenſis *ad Scolas Grammat. & Cantuales in* ALVERTON.

Ex Libro Præſentationum & Literarum Prioris & Conventus Eccl. Dunelm. in Bibl. Cotton. Fauſt. A. VI. fol. 80.

ROBERTUS Prior Eccleſiæ Cathedralis *Dunelmenſis* Ordinarius Spiritualitatis Sti. Cuthberti in Dioceſi *Ebor.* dilecto nobis in Chriſto Domino *Wilielmo de Ledis* Capellano, ſalutem in amplexibus Salvatoris. Te ad informandos pueros tam in Cantu quam in Grammatica ex laudabili teſtimonio fide dignorum ſufficientem & ydoneum reputantes, ſcolas noſtras de ALLERTON tam Cantuales quam Grammaticales, prout hactenus conferri conſueverunt, tibi conferimus per præſentes, monitu charitatis, habendas & regendas, à dat. præſentium uſque ad terminum trium annorum proxime ſequentium, dummodo te bene & honeſte habueris, & circa pueros informandos perſonaliter diligentiam adhibueris efficacem. In cujus rei Teſtimonium, ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum.

Dat. XV. die menſ. Decemb. ac Domini * 1385.

Conſimilem habet chartam Joannes Podeſay v. *d. Octob. ad* 1327. *in fol.* 81. *ejuſdem codicis.*

N°. CXXVII.

Conſtitutio Johan. Porter *in officialem & cuſtodem Curiæ de* ALVERTON, *per* Robertum *Priorem* Dunelm.

Ibid. f. 81.

ROBERTUS Prior Eccleſiæ *Dunelmenſis*, Ordinarius Spiritualitatis Sti. Cuthberti in Dioc. Ebor. Domino *Johanni Porter* Presbytero Spiritualitatis noſtræ ſalutem in amplexibus Salvatoris: De tuis circumſpectione & induſtria plenam in Domino fiduciam opiniantes, te Officialem ſeu Cuſtodem Curiæ noſtræ in Eccleſia & Parochia de ALVERTON & Capellis ab ea dependentibus, ſcilicet, *Wurcell*, *Dighton*, *Brumpton*, *Rummaneby*, *Laſyngby*, & in aliis

* VIII. Ric. II.

Eccleſiis,

Eccleſiis, & Parochiis de *Siggeſton* & *Rongton*, Clero & Populo earundem, Spiritualitatis prædictæ præfecimus & creamus, &c.
Dat. *Dunelm.* xxx. die menſ. Jan. A. D. 1386.

N°. CXXVIII.

Pro Comite RICHMUNDIÆ & Maria *de* Sancto Paulo *Comitiſſa* Pembrochiæ.

Rym. T. IV. *p.* 584.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem. Inſpeximus quoddam SCRIPTUM INDENTATUM inter dilectum conſanguineum & fidelem noſtrum *Johannem de Britannia*, Comitem RICHMUNDIÆ, ex parte una, & nobilem Mulierem, *Mariam de Sancto Paulo*, Comitiſſam *Pembrochiæ*, ex altera, CONFECTUM in hæc verba; hoc SCRIPTUM INDENTATUM inter nobilem Virum, Dominum *Johannem de Britannia*, Comitem RICHEMUNDIÆ, ex una parte, &, nobilem Mulierem, Dominam *Mariam de Sancto Paulo* Comitiſſam *Pembrochiæ*, Neptem dicti Domini *Comitis*, ex altera, CONFECTUM TESTATUR, Quod idem Domiuus *Comes*, de ſpeciali Licentia, excellentiſſimi Principis & Domini ſui, cariſſimi Patris noſtri, Domini *Edwardi*, Dei gratia, Regis Angliæ illuſtris, DEDIT, CONCESSIT, &, hoc præſenti SCRIPTO INDENTATO, CONFIRMAVIT, præfatæ Dominæ *Mariæ* Caſtra, Maneria, & Villas de RICHMUNDIA & de BOWES in Comitatu *Eborum*, & omnia alia Maneria, Villas, Terras & Tenementa, quæ ſunt de Comitatu RICHEMUNDIÆ, vel ad eundem Comitatum qualitercumq; pertinent, cum omnibus pertinentiis ſuis, & etiam omnia alia Maneria, Villas, Terras, & Tenementa, quæ idem Dominus Comes habet in Anglia, HABENDA ET TENENDA præfatæ Dominæ *Mariæ* ad TOTAM VITAM SUAM; cum Feodis Militum, Parcis, Warennis, Chaceis, Hundredis, Viſibus Franci Plegii, Feriis, Mercatis, Molendinis, & omnibus aliis Libertatibus, & Liberis conſuetudinibus, ac omnibus aliis pertinentiis quibuſcumque, ad prædictum *Comitatum*, & ad Caſtra, Maneria, Villas, Terras, & Tenementa prædicta, qualitercumque, pertinentibus & ſpectantibus, adeo plene & integre, ſicut præfatus Dominus *Comes* ea tenuit (exceptis Nemoribus, & Patronatibus, & advocationibus Eccleſiarum, Capellarum, Abbatiarum, Prioratuum, Hoſpitalium, & aliarum Domorum Religioſarum quarumcumque, ac Nomine & Honore *Comitis*, quæ idem Dominus *Comes* ſibi, & Hæredibus ſuis, ſpecialiter retinuit, & retinet, & reſervat) faciendo, pro dicto Domino *Comite*, & Hæredibus ſuis, Capitalibus Dominis Feodorum illorum, Servitia inde Debita & Conſueta; Et, pro *Mille & Octingentis Libris Sterlingorum*, præfato Domino *Comiti*, ad TOTAM VITAM SUAM per prædictam Dominam *Mariam* annuatim ſolvendis, ad quatuor anni terminos, per æquales Portiones, videlicet, in quindena Natalis Domini quadringentis & quinquaginta Libris; in quindena Paſchæ quadringentis & quinquaginta Libris; in quindena Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ quadringentis & quinquaginta Libris; & in quindena Sancti Michaelis quadringentis & quinquaginta Libris; & ſic de Anno in Annum, ad Terminum Vitæ *Comitis* ſupradicti, mille & octingentis Libris Sterlingorum. Ad quam quidem ſolutionem, præfato

A. D. 1333. *An.* 7. *E.* 3. *Pat.* 7. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 10.

Domino *Comiti* annuatim, ad totam Vitam ipſius Domini Comitis, Terminis præſcriptis, & in forma præſcripta, bene & fideliter faciendam, prædicta Domina *Maria* obligat ſe, & omnia bona ſua. Et VULT & CONCEDIT prædicta Domina *Maria* quod, ſi ipſa in ſolutione prædicta, in aliquo Terminorum prædictorum, defecerit, quod abſit, in toto, vel in parte, tunc liceat dicto Domino *Comiti*, per ſe, vel ſuos, Caſtra, Maneria, Villas, Terras, Tenementa, & Feoda prædicta, cum pertinentiis, ingredi & illa TENERE, cum omnibus Bonis & Catallis, in eiſdem exiſtentibus, & fructus eorumdem percipere, & de eiſdem diſponere pro libito ſuo, quouſque præfato Domino *Comiti* de eo, quod ei ſit a retro, plenarie fuerit ſatisfactum, ſimul cum dampnis & expenſis, ea occaſione ſuſtentis. Et VULT & CONCEDIT prædictus Dominus *Comes*, pro ſe, & Hæredibus ſuis, quod, ſi ipſa Domina *Maria* ipſum ſupervixerit, extunc eadem Domina *Maria* omnia Caſtra, Maneria, Villas, Terras, Tenementa, & Feoda prædicta, cum omnibus pertinentiis ſuis, HABEAT & TENEAT ad totam vitam ſuam libere & quiete, abſque firma hujuſmodi, vel aliquo alio, Hæredibus prædicti Domini, *Comitis* inde reddendo (exceptis Nemoribus, Patronatibus & Advocationibus prædictis) faciendo ſemper capitalibus Dominis Feodorum illorum ſervitia, inde Debita & Conſueta, ut prædictum eſt. VULT etiam & CONCEDIT prædictus Dominus *Comes*, pro ſe, & Hæredibus ſuis, quod prædicta Domina *Mariæ*, per ſe, & ſuos, nomine ejuſdem *Mariæ*, HABEAT & PERCIPIAT tota vita ſua in Nemoribus prædictis ESTOVERIA, ſua, videlicet, HOUSBOTE & HEYBOTE, quantum neceſſe fuerit pro ſuſtentatione Caſtrorum, Maneriorum, Villarum, Terrarum, & Tenementorum prædictorum, cum pertinentiis. Et, præter hæc, pro mora ſua & Familiæ ſuæ in eiſdem, quotiens ipſam cum Familia ſua, vel miniſtros ſuos ad prædicta Caſtra, Maneria, Villas, vel eorum aliquod, contigerit declinare; id quod ſibi, & Familiæ ſuæ, vel Miniſtris ſuis, Neceſſarium fuerit de Focali, de dictis Nemoribus capiendum, & percipiendum, per viſum miniſtrorum dicti Domini *Comitis*, in eiſdem Nemoribus ſuper hoc præmuniendorum, ſi voluerint intereſſe. Et prædictus Dominus *Comes*, & Hæredes ſui, Caſtra, Maneria, Villas, Terras, Tenementa, & Feoda prædicta, cum omnibus pertinentiis ſuis, prædictæ Dominæ *Mariæ* ad TOTAM VITAM SUAM, ut prædictum eſt, WARANTIZABUNT; ita tamen quod, poſt DECESSUM prædictæ Dominæ *Mariæ*, omnia Caſtra, Maneria, Villæ, Terræ, Tenementa & Feoda prædicta, cum pertinentiis ſuis univerſis, ita integre, ſicut præfata Domina Maria a præfato Domino *Comite* ea recepit, ad prædictum Dominum Comitem, & Hæredes ſuos revertantur. In CUJUS REI TESTIMONIUM Parti iſtius SCRIPTI INDENTATI, penes dictam Dominam *Mariam* remanenti, prædictus Dominus *Comes* Sigillum ſuum appoſuit, & alteri parti ejuſdem SCRIPTI, penes dictum Dominum Comitem remanenti, prædicta Domina *Maria* Sigillum ſuum appoſuit, SCRIPTUM ſeptimo die Menſis Novembris, Anno Domini milleſimo, tricenteſimo, triceſimo tertio, & Anno Regni Regis *Edwardi*, tertii a Conqueſtu, ſeptimo. Nos autem, Donationem, Conceſſiones, & Confirmationem, prædictas, ac omnia alia in dicto Scripto contenta, rata HABENTES & grata, ea pro nobis, & Hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, CONCEDIMUS & CONFIRMAMUS, ſicut Scriptum prædictum plenius teſtatur. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Shirebourn* viceſimo ſecundo die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

N°. CXXIX.

Procuratorium ad tractandum cum Duce Britanniæ *de* COMITATU RICHMUNDIÆ *liberando*, &c.

Rym. T. IV. *p.* 602.

UNiverſis, præſentes litteras inſpecturis, *Edwardus*, &c. ſalutem. Sciatis quod, cum, nobilis Vir, *Dux Britanniæ*, conſanguineus noſter cariſſimus, nobis cum inſtantia ſupplicaverit, ut Terras & Tenementa in Regno noſtro Angliæ, quæ fuerunt *Johannis de Britannia*, nuper Comitis RICHEMUNDIÆ defuncti, qui de nobis tenuit in capite, & quæ, occaſione mortis ejuſdem *Comitis*, capta ſunt in manum noſtram, quæ etiam eidem Duci, tanquam propinquiori Hæredi ipſius *Comitis*, jure Hæreditario deſcendere debent, ut dicit, Velimus eidem *Duci* jubere liberari, nos, ejus ſupplicationi in hac parte annuere volentes gratioſe, ac de Fidelitate probata, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, venerabilis Patris, *Johannis* Cantuarienſis Archiepiſcopi, totius Angliæ Primatis, & *Galfridi le Scrop* Militis plenarie confidentes, Ad tractandum cum eodem *Duce* ſuper aliquibus, nos & ipſum tangentibus, Et ad quædam Scripta, Munimenta, & alia Memoranda, nos tangentia, quæ penes ipſum *Ducem* reſident, præfatis, *Archiepiſcopo* & *Galfrido*, ad opus noſtrum liberanda, ab eodem *Duce* recipiendum; &, dictis Scriptis, Munimentis, & aliis Memorandis, ab eodem *Duce* ſic receptis, Fidelitatem ipſius *Ducis*, quam nobis facere tenetur pro Terris & Tenementis prædictis, hac vice, nomine noſtro, recipiendum, nec non Homagium ſuum, nobis in hac parte debitum, uſque ad certum tempus, prout præfatis, *Archiepiſcopo* & *Galfrido*, fore videbitur faciendum, reſpectuandum; & ad certum diem dicto *Duci*, ad faciendum nobis Homagium prædictum, aſſignandum; nec non ad omnia & ſingula faciendum, quæ in præmiſſis, vel circa ea, neceſſaria fuerint vel opportuna, præfatis *Archiepiſcopo* & *Galfrido* plenam, tenore præſentium, committimus & concedimus poteſtatem, promittentes quod nos, prædictis Scriptis, Munimentis, & aliis Memorandis, præfatis, *Archiepiſcopo* & *Galfrido*, ſic liberatis, captaque Fidelitate prædicta, ac Homagio prædicto ſic reſpectuato (cum per præfatos, *Archiepiſcopum* & *Galfridum*, inde fuerimus plenius certiorati) eidem *Duci* Terras & Tenementa prædicta, abſque dilationis incommodo, liberari faciemus: Ratum & firmum habituri quicquid per præfatos, *Archiepiſcopum* & *Galfridum*, factum, ſeu geſtum, fuerit in præmiſſis, ſeu quolibet præmiſſorum. In cujus, &c.

A. D. 1334. *An.* 8. *E.* 3. *Pat.* 8. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 23.

Dat. apud *Rokyngham* triceſimo die Martii.

Conſimiles litteræ fiunt ſub nominibus, venerabilis Patris, *J.* Cantuarienſis, Electi, Confirmati, & prædicti *Galfridi le Scrop*. In cujus, &c.

Dat. ut ſupra.

N°

N°. CXXX.

De Poteſtate data recipiendi Fidelitatem Johannis Ducis Britanniæ.

Ibid. p. 603.

A. D 1334. *An.* 8. *E.* 3. *Pat.* 8. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 23.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, venerabili in Chriſto Patri, *J.* eadem gratia, Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, *Willielmo de Clynton*, & *Galfrido le Scrop*, ſalutem. Sciatis quod nos (de Fidelitate veſtra plenarie confidentes) vobis, & duobus veſtrum (quorum vos, præfate Archiepiſcope, unum eſſe volumus) plenam tenore præſentium dedimus Poteſtatem recipiendi, hac vice, nomine noſtro Fidelitatem nobilis Viri *Ducis Britanniæ* Conſanguinei & Hæredis *Johannis* de *Britannia*, nuper Comitis RICHEMUNDIÆ defuncti, qui de nobis tenuit in capite, quam nobis facere tenetur pro Terris & Tenementis, quæ idem *Comes* de nobis ſic tenuit, & quæ, occaſione mortis ejuſdem, capta ſunt in manum noſtram; nec non Homagium ipſius *Ducis*, quod nobis ſimiliter facere tenetur pro Terris & Tenementis prædictis, uſque ad certum tempus, prout vobis, vel duobus veſtrum (quorum vos, præfate Archiepiſcope, unum eſſe volumus) fore videritis faciendum, noſtro nomine reſpectuandi. Et ideo vobis mandamus quod, capta dicta Fidelitate, & reſpectuato Homagio prædicto, ſicut prædictum eſt, nos inde ſub ſigillo veſtro, præfate Archiepiſcope, diſtincte & aperte, ſine dilatione, certificetis; hoc breve nobis remittentes.

Dat. apud *Rokyngham* triceſimo die Martii.

Conſimiles litteræ fiunt ſub nominibus, venerabilis Patris, *J.* Cantuarienſis Electi, Confirmati, & prædictorum *Willielmi* & *Galfridi*, & duorum eorum, quorum præfatus electus ſit unus.

Dat. ut ſupra.

N°. CXXXI.

Super Fidelitate Ducis Britanniæ *capta, & de Seiſina* Comitatus RICHMUNDIÆ *danda.*

Rym. T. IV. *p.* 611.

A. D. 1334. *An.* 8. *E.* 3. *Fin.* 8 *E.* 3. *m.* 14.

REX, dilecto ſibi, *Willielmo de Clapham*, Eſcaetori ſuo in Comitatibus *Eborum*, *Northumbriæ*, *Cumbriæ*, & *Weſtmorlandiæ*, ſalutem. Quia teſtificatum eſt, coram nobis, quod dilectus conſanguineus & Fidelis noſter, *Johannes Dux Britanniæ*, qui in partibus tranſmarinis natus, & ibidem Baptizatus fuit, eſt conſanguineus & propinquior hæres *Johannis de Britannia*, nuper

nuper Comitis RICHEMUNDIÆ defuncti, qui de nobis tenuit in capite, & plenæ ætatis, nos, hujuſmodi Teſtimonio fidem præbentes, volenteſque præfato *Duci*, licet inquiſitiones, quas de Terris & Tenementis, quæ fuerunt prædicti *Comitis*, fieri mandavimus, in Cancellaria noſtra nondum retornatæ exiſtant, gratiam facere ſpecialem, cepimus Fidelitatem ipſius *Ducis* de Comitatu RICHEMUNDIÆ, & de omnibus Terris & Tenementis de eodem Comitatu, quæ præfatus *Comes* tenuit de nobis in capite, die quo obiit, & Homagium ipſius Ducis, nobis in hac parte debitum, ad voluntatem noſtram duximus reſpectuandum, dictumque *Comitatum*, cum omnibus Terris & Tenementis de eodem *Comitatu*, eidem Duci reddidimus. Et quia *Thomas de Fencotes*, *Petrus de Richemondia*, & *Thomas de Scotland*, de Comitatu *Eborum*, manuceperunt coram nobis pro præfato *Duce*, de rationabili relevio, nobis de Comitatu prædicto debito, ad Scaccarium noſtrum reddendo, vobis mandamus quod eidem *Duci*, vel ejus in hac parte Attornato, de *Comitatu* prædicto, & de omnibus Terris & Tenementis, de eodem *Comitatu*, cum pertinentiis, de quibus idem *Comes* fuit ſeiſitus in Dominico ſuo, ut de Feodo, in Balliva veſtra, die quo obiit, & quæ occaſione mortis, ejuſdem capta ſunt in Manum noſtram, plenam Seiſinam habere faciatis; ſalvo jure noſtro, & alterius cujuſcumque.

Teſte Rege apud *Beverlacum* viceſimo quarto die Maii.

Per ipſum Regem nunciante Cancellario.

Eodem modo Mandatum eſt Eſcaetoribus ſubſcriptis; videlicet, *Gilberto de Ledred*, Eſcaetori Regis in Comitatibus *Lincolniæ*, *Northamptoniæ*, & *Rotelandiæ*; *Willielmo de Roſteleye*, Eſcaetori Regis in Comitatibus *Norffolciæ*, *Suffolciæ*, *Cantabrigiæ*, *Huntingtoniæ*, *Eſſexiæ*, & *Hertfordiæ*; *Willielmo de Northampton*, Eſcaetori Regis in Comitatibus *Surriæ*, *Suſſexiæ*, *Kantiæ*, & *Middleſexiæ*; *Roberto Selyman*, Eſcaetori Regis in Comitatibus *Southamptoniæ*, *Wiltes*, *Oxoniæ*, *Berks*, *Bedfordiæ*, & *Bucks*; *Willielmo Erneys*, Eſcaetori Regis in Comitatibus *Warwicæ*, *Leyceſtriæ*, *Nottinghamiæ*, *Derbiæ*, & *Lancaſtriæ*.

N°. CXXXII.

Pro Johanne Duce Britanniæ, *de Fidelitate & Homagio captis, & de exitibus* RICHMUNDIÆ *liberandis.*

Rym. T. IV. *p.* 619.

REX dilecto ſibi, *Gilberto de Ledred*, Eſcaetori ſuo in Comitatibus *Lincolniæ*, *Northamptoniæ*, & *Rotelandiæ*, ſalutem. Cum nos nuper, capta Fidelitate, dilecti conſanguinei & Fidelis noſtri, *Johannis Ducis Britanniæ*, & COMITIS RICHEMUNDIÆ, conſanguinei, & propinquioris Hæredis *Johannis de Britannia*, nuper *Comitis* RICHEMUNDIÆ, defuncti, qui de nobis tenuit in capite, de *Comitatu* RICHEMUNDIÆ. & de omnibus Terris & Tene- *A. D.* 1334. *An.* 8. *E.* 3. *Clauſ.* 8 *E.* 3. *m.* 21.

Tenementis in eodem *Comitatu*, quæ præfatus *Comes* tenuit de nobis in Capite, die quo obiit, viceſimo quarto die Maii proximo præterito, vobis mandaverimus quod etiam *Duci*, vel ejus in hac parte Attornato, de *Comitatu* prædicto, & de omnibus Terris & Tenementis, de eodem *Comitatu*, de quibus præfatus *Comes* fuit ſeiſitus in Dominico ſuo, ut de Feodo, in Balliva veſtra, die quo obiit, & quæ occaſione mortis ejuſdem capta fuerunt in manum noſtram, plenam Seiſinam habere faceretis, ſicut per inſpectionem Rotulorum Cancellariæ noſtræ nobis conſtat. Ac jam præfatus *Dux* nobis ſupplicaverit, ut, cum ipſe, octavo die Maii, proximo præterito, Fidelitatem de Comitatu, Terris, & Tenementis prædictis, nobis fecerit, velimus ei omnes exitus, de *Comitatu*, ac Terris, & Tenementis prædictis ab eodem octavo die Maii perceptos (qui quidem *Duci* adhuc detinentur) facere liberari; nos, ejus ſupplicationi in hac parte gratioſe annuentes, vobis mandamus quod eidem *Duci*, vel ejus in hac parte Attornato, omnes exitus, de dictis Terris & Tenementis, de *Comitatu* prædicto, de quibus præfatus *Comes* ſic obiit ſeiſitus in Dominico ſuo, ut de Feodo, in Balliva veſtra, a prædicto octavo die perceptos, ſeu provenientes, liberetis, volumus enim vos inde erga nos exonerari: Præfatumque *Ducem*, pro Homagio ſuo, nobis, de *Comitatu*, Terris ac Tenementis prædictis debito, quod nuper ad voluntatem noſtram reſpectuavimus, & quod jam cepimus, nobis faciendo, nullatenus diſtringatis, ſeu aliqualiter moleſtetis.

Teſte Rege apud *Eborum* quarto die Julii.

Per ipſum Regem.

Conſimilia brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis; videlicet, *Willielmo de Roſteleye*, Eſcaetori in Comitatibus *Norfolciæ*, *Suffolciæ*, *Cantabrigiæ*, *Huntingtoniæ*, *Eſſexiæ*, & *Hertfordiæ*; *Willielmo de Northampton*, Eſcaetori in Comitatibus *Surriæ*, *Suſſexiæ*, *Kantiæ*, & *Middleſexiæ*; *Willielmo de Clapham*, Eſcaetori in Comitatibus *Eborum*, *Northumbriæ*, *Cumbriæ*, & *Weſtmorlandiæ*; *Johanni de Aldeburgh*, de Caſtro & Honore de RICHEMUNDIA; *Willielmo de Swineton* de iiſdem Caſtro & Honore.

N°. CXXXIII.

Inquiſitio ad quod Damnum, *de fundatione Cantariæ, in Eccleſia Parochiali de* Scurveton.

Eſc. A. 9. E. 3. p. 2. n. 3.

INquiſitio capta apud *Lemyng* coram *Willielmo de Clapham* Eſcaetore Domini Regis in Comitatibus *Eborum*, *Northumbriæ*, *Cumbriæ*, & *Weſtmerlandiæ* Die Lunæ proximo poſt Feſtum Beatæ *Mariæ* Anno Regni Regis *Edwardi* tertii poſt conqueſtum *nono*, per Sacramentum *Willielmi Tortemayne*, *Willielmi Maulovell*, *Johannis de Thexton*, *Galfridi de Gormyre*, *Willielmi de Hunton*, *Willielmi de Gilling*, *Thomæ filii Wymeri*, *Johannis Maulovel*, *Roberti Peny*, *Willielmi Fulmard*, *Johannis de Skypton*, & *Thomæ de Gaytanby*, Juratorum, qui dicunt ſuper Sacramentum ſuum quod non eſt

ad

ad dampnum nec præjudicium Domini Regis nec aliorum ſi idem Dominus Rex concedat *Willielmo de Scurveton* quod ipſe tria meſſuagia, octo bovatas terræ, & duas acras prati cum pertinentiis in magna *Langeton* ſuper *Swale*, & *Scurveton* dare poſſit & aſſignare cuidam Capellano divina pro animabus ipſius *Willielmi* & *Matildis* uxoris ejus & anteceſſorum ſuorum, & omnium fidelium defunctorum in Eccleſia Parochiali de *Scurveton* ſingulis diebus celebraturo, habendum & tenendum eidem Capellano & ſucceſſoribus ſuis Capellanis divina in Eccleſiâ prædicta ſingulis diebus celebraturis ut prædictum eſt imperpetuum. Et dicunt quod duo meſſuagia & ſex bovatæ terræ in *Magna Langeton* ſuper *Swale* tenentur de Domino *Galfrido le Scrop* per Servitium unius *Roſæ* per annum pro omnibus Servitiis, & idem Dominus *Galfridus* tenet prædicta tenementa de COMITE RICHEMUNDIÆ & *Comes* de Rege in capite per Servitium militare. Et etiam dicunt quod unum meſſuagium, duæ bovatæ terræ, & duæ acræ prati in *Scurveton* tenentur de COMITE RICHEMUNDIÆ per Servitium militare, & *Comes* tenet prædicta tenementa de Domino Rege in Capite per Servitium militare. Item dicunt quod prædicta meſſuagia terræ & pratum valent per annum in omnibus exitibus juxta verum valorem eorumdem *ſexaginta & ſex ſolidos & octo denarios*, & dicunt quod non ſunt alii medii inter Dominum Regem & præfatum *Willielmum* de meſſuagiis, terris & pratis prædictis, niſi prædicti Dominus *Galfridus & Comes* ut prædictum eſt. Item dicunt quod remanent præfato *Willielmi* decem libræ terræ in *Scurveton* quæ tenentur de Domino COMITE RICHEMUNDIÆ in capite per ſervitium militare, quæ ſufficiunt ad omnia alia onera, conſuetudines, & ſervitia quibuſcumque facienda ſecundum formam *brevis* huic Inquiſitioni conſuti. In cujus rei Teſtimonium ſigilla ſua appoſuere. Data die loco & anno prædictis.

N°. CXXXIV.

Pro Thoma de Rokeby. *Conceſſio Wapentachiorum de* HANG, HALIKELD, & GILLYNG.

Ex Rot. Pat. 12. *Edw.* 3. *p.* 1. *m.* 2.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod cum nuper pro bono & fideli obſequio quod dilectus & fidelis noſter *Thomas de Rokeby* nobis in partibus *Scotiæ* & alibi multipliciter impendit, ſe & ſua pro defenſione terrarum & jurium noſtrorum variis periculis exponendo, conceſſerimus pro nobis & hæredibus noſtris eidem *Thomæ* ſexaginta libras percipiendas ſingulis annis ad ſcaccarium noſtrum ad feſta Sancti Michaelis & Paſchæ per æquales portiones quouſque eidem *Thomæ* de ſexaginta libratis terræ, vel redditus per annum, habendis ſibi & hæredibus ſuis fecerimus provideri, prout in literis noſtris patentibus inde confectis plenius continetur. Nos volentes conceſſionem noſtram prædictam effectui mancipari, conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris præfato *Thomæ Wapentachia* de HANG HALYKELD & GILLYNG cum pertin. in Com. Ebor. quæ dilectus conſanguineus & fidelis noſter *Jo-*

hannes Dux *Britanniæ* & Comes RICHEMONDIÆ tenet ad vitam ſuam ex conceſſione noſtra & quæ poſt mortem ejuſdem *Ducis* ad nos & hæredes noſtros reverti deberent, poſt mortem ejuſdem *Ducis* præfato *Thomæ* & hæredibus ſuis remaneant, tenend. de nobis & hæredibus noſtris per ſervitia inde debita & conſueta imperpetuum, aliquo ſtatuto, ſeu ordinatione de hujuſmodi *Wapentachiis*, & *Hundredis* Comitatibus rejungend. aut quocunque alio ante hæc tempora in contrarium facto non obſtante. Ita quod idem *Thomas* & hæredes ſui dicta *Wapentachia* cum pertin. poſt mortem præfati *Ducis* cuſtodiri faciat juxta formam ſtatuti dudum apud *Lincoln*. inde editi & proviſi. Dedimus etiam & conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris præfato *Thomæ* illas triginta & ſex libras quas præfatus *Dux* nobis ad dictum ſcaccarium noſtrum ſingulis annis reddere tenetur pro *Wapentachiis* prædictis, percipiendas & habendas ſingulis annis per manus dicti *Ducis* ſeu Ballivorum ſuorum *Wapentachiorum* prædictorum, qui pro tempore fuerint ad totam vitam ejuſdem *Ducis* ad terminos conſuetos: dedimus inſuper & conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris eidem *Thomæ* illas quadraginta marcas annuas quas dilecti & fideles noſtri *Johannes de Faucomberge* & *Bertinus Fanacourt* nobis ad dictum ſcaccarium annuatim reddere tenentur pro *Wapentachio* de LANGEBERGH quod de nobis tenent ad feodi Firmam, percipiendas & habendas eidem *Thomæ* & hæredibus ſuis per manus eorundem *Johannis* & *Bertini* & hæredum ſuorum ac aliorum quos Hundredum illud tenere continget in futurum, in plenam recompenſationem dictarum ſexaginta librarum per nos præfato *Thomæ* ut præmittitur conceſſarum, reddendo nobis & hæredibus noſtris ſingulis annis ad ſcaccarium noſtrum & hæredum noſtrorum quatuor marcas quæ extendunt ſummam dictarum ſexaginta librarum, unam videlicet medietatem ad feſtum Sancti Michaelis & aliam medietatem ad feſtum Paſchæ. In cujus &c. Teſte Rege apud *Turrim London.* x. die Maii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Et mandatum eſt dilecto conſanguineo & fideli Regis *Johanni Duci Britanniæ* & Comiti RICHEMUNDIÆ quod eidem *Thomæ* de prædictis triginta & ſex libris ad terminos conſuetos intendat, & eas ei ad eoſdem terminos ſolvat, juxta tenorem literarum Regis prædictarum; vult enim Rex ipſum erga Regem exonerari. Teſte ut ſupra.

Et mandatum eſt *Johanni de Faucombergh* & *Bertino Fanacourt* quod eidem *Thomæ* de prædictis quadraginta marcis ad terminos conſuetos intendant, &c. ut ſupra mutatis mutandis. Teſte ut ſupra.

Et mandatum eſt *Theſaurario* & *Baronibus* Regis de Scaccario quod tam præfatum Ducem & Ballivos ſuos dictorum *Wapentachiorum* de HANG, HALIKELD, & GILLYNG de prædictis triginta & ſex libris quam prædictos *Johannem Faucombergh* & *Bertinum* de dictis quadraginta marcis annuis a prædicto decimo die Maii ad dictum Scaccarium exonerari, & quietos eſſe faciant juxta tenorem mandatorum Regis prædictorum. Teſte Rege apud *Turrim London.* XII die Maii.

Nº. CXXXV.

De Cuſtodia Terrarum quæ fuerunt Ducis Britanniæ *defuncti commiſſa.*

Rym. T. V. *p.* 249.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem, ſciatis quod commiſimus dilectis nobis, *Thomæ de Fencotes* & *Petro de Richemundia* cuſtodiam omnium caſtrorum, Honorum, maneriorum, terrarum, & tenementorum, ac feodorum, & libertatum, cum pertinentiis, in quibuſcumque Comitatibus Angliæ, quæ fuerunt *Johannis Ducis Britanniæ* & *Comitis Richemundiæ* defuncti, qui de nobis tenuit in capite, & quæ per mortem ejuſdem *Comitis* capta ſunt in manum noſtram, habenda, cum omnibus ad cuſtodiam illam ſpectantibus, quamdiu noſtræ placuerit voluntati; ita quod de exitibus, inde proveni-entibus, nobis reſpondeant ad Scaccarium noſtrum: Volumus etiam, & concedimus, quod præfatus *Thomas* Ballivos & Miniſtros idoneos, quot & quos, pro cuſtodia & regimine terrarum & tenementorum prædictorum neceſſarii fuerint (pro quibus idem *Thomas* reſpondere voluerit) ſub ipſis *Thoma* & *Petro*, deputare, & alios, qui inſufficientes fuerint ab officiis ſuis amovere poſſit, prout eidem *Thomæ* pro majori commodo noſtro videbitur expedire. In cujus, &c.

A. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Fin.* 15. *E.* 3. *m.* 16.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* decimo ſexto die Maii.
Per ipſum Regem.

Nº. CXXXVI.

De Fœdere cum Johanne de *Monteforti*, & *de* COMITATU RICHEMUNDIÆ *ſibi conceſſo.*

Rym. T. V. *p.* 280.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Sciatis quod, cum, illuſtris *Johannes*, *Dux Britanniæ*, & *Comes* de *Monteforti*, conſanguineus noſter cariſſimus, attendens injuriam, per Dominum *Philippum de Valeſio*, ſuper detentione Regni *Franciæ*, nobis factam, zelo juſtitiæ contra dictum *Philippum* nobiſcum fœdus pepigerit & amicitiæ firmitatem. Et propter hoc idem *Philippus* dictum *Comitatum* de *Monte Forti*, cum pertinentiis, tanquam ſibi confiſcatum, in manum ſuam ſeiſiri fecerit, & illum detineat ſic ſeiſitum; nos, affectionem multam, quam idem *Dux* nobis gratanter oſtendit, merito ponderantes

A. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Pat.* 15. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 8.

derantes, & proinde volentes indempnitati ſuæ proſpicere, ſicut decet, Conceſſimus ei pro nobis, & hæredibus noſtris, *Comitatum* RICHEMUNDIÆ, habendum & tenendum, cum caſtris, Villis, Hamelettis, Feodis Militum, Advocationibus Eccleſiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Hoſpitalium, Capellarum, & aliarum Domorum Religioſarum, Wardis, Maritagiis, Releviis, Eſcaetis, Piſcariis, Parcis, Boſcis, Warennis, Feriis, Mercatis, Libertatibus, Liberis conſuetudinibus, ſervitiis, tam liberorum tenentium, quam nativorum, & omnibus aliis ad dictum *Comitatum* RICHEMUNDIÆ qualitercumque & ubicumque ſpectantibus ſive pertinentibus, eodem modo quo claræ memoriæ, *Johannes* nuper *Dux Britanniæ*, & *Comes* RICHEMUNDIÆ, eundem tenuit *Comitatum*, quouſque idem *Dux* dictum *Comitatum* de *Monte Forti* recuperaverit, vel ſibi fuerit reſtitutus, ita quod idem *Dux* dictum *Comitatum* RICHEMUNDIÆ, cum prædictus *Comitatus* de *Monteforti*, ſit per eum recuperatus, vel ei reſtitutus fuerit, nobis vel hæredibus noſtris demittere teneatur, niſi uberiorem gratiam (quam, continuando cum augmento penes nos geſtum laudabilem, de exuberantia Regiæ munificentiæ ſperare poterit) ſibi fecerimus in hac parte. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* viceſimo quarto die Septembris.

Per ipſum Regem.

N°. CXXXVII.

Pro Johanne Duce Britanniæ, *de* COMITATU RICHMUNDIÆ *conceſſo.*

Rym. T. V. *p.* 299.

A. D. 1342. *A.* 16. *E.* 3. *pat.* 16. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 35.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod, ob affectionem gratam, quam, illuſtris *Johannes, Dux Britanniæ* & *Comes* de *Monte Forti*, conſanguineus noſter Cariſſimus, nobis oſtendit, nobis contra *Philippum de Valeſio*, adverſarium noſtrum, adhærendo, dedimus & conceſſimus eidem *Comiti* pro nobis, & Hæredibus noſtris, COMITATUM RICHEMUNDIÆ, habendum & tenendum, cum Caſtris, Villis, Hamelettis, Feodis Militum, advocationibus Eccleſiarum, Abbatiarum, Hoſpitalium, Capellarum, & aliarum Domorum Religioſarum, Wardis, Maritagiis, Releviis, Eſcaetis, Piſcariis, Parcis, Boſcis, Warennis, Feriis, Mercatis, Libertatibus, liberis Conſuetudinibus, Servitiis tam Liberorum Tenentium, quam Nativorum, & omnibus aliis ad dictum COMITATUM RICHEMUNDIÆ qualitercumque & ubicumque ſpectantibus ſive pertinentibus, eodem modo quo, claræ memoriæ, *Johannes*, nuper *Dux Britanniæ* & COMES RICHEMUNDIÆ, eundem tenuit *Comitatum*, quouſque eidem *Duci* de Terris, ad Valorem dicti *Comitatus*, quæ per Ducem ſint rationabiliter acceptandæ, in Regno Franciæ fecerimus provideri; ita quod, ſatisfacto præfato *Duce* de dictis Terris ad Valorem dicti *Comitatus*, idem *Comitatus*, cum omnibus pertinentiis ſuis prædictis, ad nos, & hæredes noſtros, integre revertatur. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* viceſimo die Februarii.

Per ipſum Regem.

N°. CXXXVIII.

Pro Johanne de Gandavo *Comite* RICHEMUNDIÆ

R. Cart. A.16. E.3. m.1. n.2.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſtitiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Dum verisimilia, tam decoris corporalis quam moralis, præſagia, quæ in *Johanne de Gandavo* filio noſtro cariſſimo claris relucent auſpiciis læto corde conſpicimus, & tronum noſtrum regium, ac ſubditum nobis populum per propagationem ſobolis de thoro regio prodeuntis firmatum advertimus, fortius armatum gaudemus in Domino qui nos & domum noſtram Regiam viſitavit ſicut ex alto, & cum manus Regia ſe libenter exhibeat perſonis non conjunctis munifice liberalem, quanto magis filium noſtrum proprium attollere nos convenit donis benificentiæ potioris: volentes itaque conſideratione præmiſſa ſuper ſtatu ipſius *Johannis* decenter, ut convenit, providere, ipſum in COMITEM RICHEMUNDIÆ præfecimus, & eum de COMITATU RICHEMUNDIÆ per *Cincturam Gladii* ſolempniter inveſtivimus; & cum deceat ut honori tanti nominis correſpondeat ſufficientia facultatis, dedimus & conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris, & hac Charta noſtra confirmavimus eidem *Comiti* Caſtra, Maneria, Terras, & Tenementa, ac omnia alia loca ad dictum *Comitatum* pertinentia, habenda & tenenda eidem *Comiti* & hæredibus de corpore ſuo exeuntibus, una cum libertatibus & prærogativis omnimodis tam regalibus quam aliis quas *Johannes* nuper *Dux Britanniæ*, & COMES RICHEMUNDIÆ habuit in *Comitatu* Caſtris, Maneriis, Terris, Tenementis, & locis prædictis & etiam cum Feodis militum, advocationibus Eccleſiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Hoſpitalium, Capellarum, & aliarum domorum religioſarum ſimul cum Membris, Hamelettis, Pratis, Paſcuis, Paſturis, Piſcariis, Moris, Mariſcis, Turbariis, Foreſtis, Chaceis, Parcis, Boſcis, Warennis, Hundredis, Feriis, Mercatis, liberis Conſuetudinibus, Wardis, Maritagiis, Eſcaetis, & Servitiis tenentium tam liberorum, quam nativorum, & omnibus aliis ad *Comitatum* Caſtra, Maneria, Terras, Tenementa, & loca prædicta cum pertinentiis qualitercunque & ubicunque ſpectantibus ſive pertinentibus, adeo plene & integre ſicut præfatus nuper *Comes* dum vixit *Comitatum* Caſtra, Maneria, Terras, Tenementa, & loca tenuit ſupradicta, de nobis & hæredibus noſtris per Servitia inde debita & conſueta imperpetuum. Ita quod ſi idem Comes ſine hærede de Corpore ſuo exeunte obierit tunc poſt mortem ſuam *Comitatus* ac omnia Caſtra, Maneria, Terræ, Tenementa, & loca prædicta cum pertinentiis una cum Feodis, Advocationibus, & omnibus aliis prædictis, ad nos & hæredes noſtros integre revertantur. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædictus *Comes* habeat & teneat ſibi, & hæredibus de Corpore ſuo exeuntibus; *Comitatum* prædictum ac omnia Caſtra, Maneria, Terras, Tenementa, & loca ad dictum Comitatum pertinentia ſimul cum libertatibus & prærogativis quibuſque tam regalibus quam aliis quas præfatus nuper *Comes* habuit in Comitatu, Caſtris, Maneriis, Terris, Tenementis, & locis prædictis ac etiam cum dictis Feodis, Advocationibus, Membris,

Membris, Hamelettis, Pratis, Paſcuis, Paſturis, Piſcariis, Moris, Mariſcis, Turbariis, Foreſtis, Chaceis, Parcis, Boſcis, Warennis, Hundredis, Feriis, Mercatis, liberis Conſuetudinibus, Wardis, Maritagiis, Eſcaetis, & ſervitiis tenentium tam liberorum, quam nativorum, & omnibus aliis ad *Comitatum*, Caſtra, Maneria, Terras, Tenementa, & loca prædicta cum pertinentiis qualitercumque & ubicunque ſpectantibus, ſive pertinentibus, adeo plene & integre ſicut præfatus nuper *Comes* dum vixit *Comitatum*, Caſtra, Maneria, Terras, Tenementa, & loca tenuit ſupradicta, de nobis & hæredibus noſtris per Servitia prædicta imperpetuum ſicut prædictum eſt. Hiis teſtibus venerabilibus Patribus *J.* Cantuarienſi Archiepiſcopo totius Angliæ Primate, *R.* Ciceſtrenſi & *Th.* Lincolnienſi Epiſcopis, *Henrico de Lancaſtria* Derbienſi, *Thoma de Bello Campo* Warwicenſi, *Hugone de Audele* Glouceſtrenſi Comitibus, *Roberto Pernyng* Cancellario noſtro, *Willielmo de Cuſancia* Theſaurario noſtro, *Radulpho de Staffordia* Seneſcallo Hoſpitii noſtri, & aliis.

Data per manum Regis apud *Eaſtry* xx. die Septembris.

Per ipſum Regem & Conſilium.

Et mandatum eſt Militibus liberis hominibus & omnibus aliis Tenentibus de COMITATU RICHEMUNDIÆ quod eidem *Comiti* de Homagiis, Fidelitatibus & aliis ſervitiis ſuis in hac parte prout moris eſt ſint intendentes, & reſpondentes. T. *Edwardo* Duce Cornubiæ, & Comite Ceſtriæ, Filio Regis cariſſimo, Cuſtode Angliæ apud *Kenyngton* tertio die Novembris.

Per ipſum Regem & Conſilium.

N°. CXXXIX

Donatio COMITATUS RICHMUNDIÆ, Johanni de Gandavo, 34. *Ed.* III. *A. D.* 1360.

Lob. T. II. *p.* 503.

EDwardus Angliæ & Franciæ non conjunctis munifice liberalem quanto magis filium noſtrum proprium attollere nos con volentes itaque conſideratione præmiſſa ſuper ſtatu ipſius Joahnnis decenter, ut convenit providere, ipſum in COMITEM RICHEMUNDIÆ, ſeu de COMITATU RICHEMUNDIÆ per *Cincturam Gladii* ſolempniter inveſtivimus; & cum deceat ut honori tanti nominis reſpondeat ſufficientia facultatis, *De Aſſenſu prælatorum & procerum in præſenti Parliamento noſtro apud Weſtmonaſterium convocato exiſtentium*, dedimus & conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris, & hac Carta noſtra confirmamus eidem *Comiti* dictum *Comitatum* ac *Honorem*, Caſtra, Maneria, Terras, Teneuras, & omnia alia loca ad dictum *Comitatum* pertinentia, habenda & tenenda eidem *Comiti*, & Hæredibus de Corpore ſuo exeuntibus, una cum libertatibus & prærogativis omnimodis, tam regalibus, quam aliis quas *Johannes*, *nuper Dux Britanniæ*, & COMES RICHEMUNDIÆ habuit in *Comitatu*, Honore, Caſtris, Maneriis, Terris, &c.

J. Wigborn, Cancellar. &c. *Ch. de Nantes. Papiers non inventories.*

N°. CXL.

Remiſſio COMITATUS RICHMONDIÆ Johanni de Gandavo & Edwardo III. *per* Johannem de Monteforti D. Britanniæ.

Ex Originali in officio Ducatus Lancaſtriæ, Londini; extat etiam in Lob. T. II. p. 503. ſed imperfecta admodum.

UNIVERSIS præſentes litteras inſpecturis *Johannes de Monteforti Dux Britanniæ & Comes de Monteforti* ſalutem, in Domino. Cum excellentiſſimus Princeps & Dominus noſter Dominus *Edwardus* Dei Gratia, Rex Angliæ Dominus Hiberniæ, & Aquitaniæ illuſtris, per Chartam ſuam nuper dediſſet & conceſſiſſet nobiliſſimo Domino, Domino *Johanni de Gandavo*, filio ſuo cariſſimo COMITATUM RICHEMONDIÆ ac Honorem, Caſtra, Maneria, Terras, & Tenementa, ac omnia alia loca ad dictum *Comitatum* pertinentia, habendum & tenendum eidem *Johanni de Gandavo* & hæredibus de Corpore ſuo exeuntibus, una cum libertatibus & prærogativis omnimodis tam regalibus quam aliis quas *Johannes nuper Dux Britanniæ* & COMES RICHEMONDIÆ habuit in *Comitatu*, Honore, Caſtris, Maneriis, Terris, Tenementis, & locis prædictis, ac etiam cum Feodis Militum, Advocationibus Eccleſiarum, Abbatiaram, Prioratuum, Hoſpitalium, Capellarum, & aliarum domorum Religioſarum, ſimul cum Membris, Hamelettis, Pratis, Paſcuis, Paſturis, Piſcariis, Moris, Mariſcis, Turbariis, Foreſtis, Chaceis, Parcis, Boſcis, Warennis, Hundredis, Feriis, Mercatis, liberis Conſuetudinibus, Wardis, Maritagiis, Eſcaetis, & ſervitiis tenentium tam liberorum, quam nativorum, & omnibus aliis ad *Comitatum*, Honorem, Caſtra, Maneria, Terras, Tenementa, & loca prædicta cum pertinentiis qualitercumque & ubicumque ſpectantibus, ſive pertinentibus, adeo plene & integre ſicut præfatus nuper COMES RICHEMONDIÆ dum vixit ea tenuit, imperpetuum. Ita quod ſi idem *Johannes de Gandavo* ſine Hærede de corpore ſuo exeunte obierit, tunc poſt deceſſum ipſius *Johannis de Gandavo Comitatus*, Honores, Caſtra, Maneria, Terræ, Tenementa, & loca prædicta cum pertinentiis una cum Feodis, Advocationibus, & omnibus prædictis ad dictum Dominum noſtrum Regem & hæredes ſuos integre revertantur, prout in Charta prædicta plenius continetur, noveritis nos remiſiſſe, relaxaſſe, & omnino pro nobis & de nobis & hæredibus noſtris imperpetuum quietum clamaſſe præfato Domino *Johanni de Gandavo* in COMITEM RICHEMONDIÆ per dictum Dominum noſtrum Regem præfecto, & creato, & hæredibus de corpore ſuo exeuntibus; necnon præfato Domino noſtro Regi & hæredibus ſuis, ſi *Comitatus*, Honor, Caſtra, Terræ, Tenementa & loca prædicta cum pertinentiis una cum Feodis, Advocationibus & omnibus aliis prædictis, deficiente exitu de Corpore prædicti COMITIS RICHEMONDIÆ ad dictum Dominum noſtrum Regem & hæredes ſuos reverti contingat, totum Jus & Clameum ſi quæ in parte, vel in toto habuerimus, habeamus vel aliquo modo habere poterimus in futurum in dictis *Comitatu*, Honore, vel in Caſtris, Maneriis, Terris, Tenementis, & locis prædictis una cum Feodis, Advocationibus & omnibus aliis prædictis, ubicumque in Regno Angliæ fuerint; necnon omnimodas actiones tam reales quam perſonales ſive mixtas quas ad eadem *Comitatum*, Honorem, Caſtra, Maneria, Terras, Tenementa, loca Feoda, Advocationes, & alia prædicta, vel in eiſdem ha-

buimus, habemus ſeu quovis modo habere poterimus in futurum. Ita quod nec nos præfati *Dux Britanniæ* & *Comes de Monteforti*, nec hæredes noſtri, nec aliquis alius nomine noſtro aliquod Jus vel clameum aut aliquam actionem realem, perſonalem ſive mixtam erga dictum *Johannem Comitem Richemondiæ* vel hæredes ſuos de corpore ſuo exeuntes, nec erga dictum Dominum noſtrum Regem nec hæredes ſuos de cætero habere, vendicare, ſeu exigere poterimus quovis modo, ſed inde omnino ſimus excluſi per præſentes imperpetuum. Et nos prædicti *Johannes Dux Britanniæ* & *Comes de Monteforti* ac hæredes & ſucceſſores noſtri totum prædictum *Comitatum* ac Honorem, Caſtra, & Maneria, Terras, Tenementa, & loca prædicta cum pertinentiis una, cum Feodis, Advocationibus, & omnibus aliis prædictis ubicumque in dicto regno Angliæ fuerunt, eidem Domino *Johanni* COMITI RICHEMUNDIÆ & hæredibus de Corpore ſuo exeuntibus, necnon dicto Domino noſtro Regi & hæredibus ſuis contra omnes gentes warantizabimus & defendemus imperpetuum. In cujus rei teſtimonium præſentibus ſigillum noſtrum appoſuimus. Hiis teſtibus venerabilibus Patribus *Simone* Archiepiſcopo Cantuarienſi totius Angliæ Primate, *Johanni* Archiepiſcopo Eboracenſi Angliæ Primate; *Willielmo* Wyntonienſi, *Thoma* Dunolmenſi, *Michaele* Londonienſi, *Roberto* Sarum Epiſcopis, *Edwardo* Principe Walliæ, Duce Cornubiæ, & *Comite* Ceſtriæ, *Henrico* Duce Lancaſtriæ, *Ricardo* Comite Arundelliæ, *Thoma* Comite Warwici & Mareſcallo Angliæ; *Waltero de Manni*, *Reginaldo de Cobham*, *Guidone de Bryan*, & aliis.

Datum in Palatio *Weſtmonaſterienſi* decimo nono die Januarii Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo & Regni dicti Domini noſtri Regis Angliæ triceſimo quarto.

* Et memorandum quod prædictus *Dux Britanniæ* venit in *Cancellariam* Regis apud *Weſtmonaſterium* viceſimo die Februarii præſenti, & recognovit ſcriptum prædictum & omnia contenta in eodem in forma prædicta.

N°. CXLI.

Donatio Quadraginta Librarum *ex Maneriis de* Katrig & Forcet WALTERO DE URSWIC *per* Johannem de Gandavo, COMITEM RICHMUNDIÆ, *pro bono Servitio in Pugna de* Nazarra.

Rym. T. V. *p.* 557.

A. D. 1367. *An.* 41 *E.* 3 *Pat.* 41. *E.* 3

JOhan, Filz du Noble Roy d' Engleterre, Duc de Lancaſtre CONTE DE RICHEMOND, de *Derby*, de *Nicole*, & de Leyceſtre, Seneſchal d' Engleterre, as touz ceux, qi ceſtes Lettres verront & orront, ſalutz. Sachez nouz, pur le bon & greable Service, que noſtre bien Amez Bachiler, *Walter de Urſ-*

* *Hæc ex Rot. Clauſ. An.* 35. *Ed.* III. *p. unica, m.* 39. *in Dorſo.* ubi etiam Habetur & Charta præcedens.

wyk nous ad fait, es parties d'*Eſpaigne*, & aillours ferra en temps advenir, & meement pur miels maintenir l'Ordre de Chaviler, quel il priſt de nous le jour de la *Bataille de Nazarre*, avoir Donè & Grantié a lui *Quarantes Livres* par Ann, a terme de ſa vie, a prendre d'An en An, des iſſues de nos Manoirs de *Katrig* & *Forcet*, deinz noſtre Segnuire de RICHEMOND, par les Mains de noſtre Receivour illeoques, q'eſt, ou qi pur temps ſerra, as Termes illeoques uſuels par Oveles Portions. Et, ſi la dite Rent de xl^{li}. ſoit Adrier par deux Mois apres nul des ditz Terms, bien liſe au dit Monſieur *Wauter* diſtreindre es ditz Manoirs, & la Diſtreſſe Retenir tanque gree lui ſoit fait.

En Teſmoignance de quele choſe nous avons fait faire ceſtes noz Lettres Patentes, enſeales de noſtre Prive Seal.

Don a noſtre Chaſtel de *Hertford*, le xxii. jour de Novembre, l'An du Regne noſtre Treſredoute Sire & Piere le Roy, xli.

N°. CXLII.

Johan. Regis Caſtellæ, *&c. conceſſio* COMITATUS RICHM. *Patri ſuo* [Edwardo III.]

Rym. Tom. V. *p.* 737.

Johannes, Dei Gratia, Rex Caſtellæ & Legionis, Toleti, Galiciæ, Sibiliæ, Cordubiæ, Murciæ, Gyennii, Algarbii, & Algeſiræ, Dux Lancaſtriæ, & Dominus Molinæ, venerabilibus Patribus, univerſis & ſingulis Archiepiſcopis, Abbatibus, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ac dilectis & fidelibus ſuis, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Militibus, & quibuſcumque aliis Hominibus, Vaſſallis, & Feodatariis, de *Caſtro*, *Honore*, & *Comitatu* RICHEMUNDIÆ Tenentibus, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, ſalutem. Cum conceſſerimus & dederimus, ſereniſſimo Regi Patri & Domino noſtro Comitatum, Caſtrum, Villam, & Honorem RICHEMUNDIÆ, nec non omnia Caſtra, Maneria, Terras, & Tenementa, quæcunque & ubicunque exiſtentia, ad dictos Comitatum, Caſtrum, Villam, & Honorem pertinentia, ſicut nos eos habuimus vel tenuimus de Dono dicti Regis Patris & Domini noſtri, in Excambium pro aliis Terris & Tenementis, prout in Cartis Indentatis, ſuper hoc confectis, expreſſius continetur. Nos, volentes Donationem & Conceſſionem noſtras hujuſmodi effectui debito mancipari, omnibus & ſingulis ſupraſcriptis, quibus præſentes Litteræ noſtræ diriguntur, firmiter Injungendo, Mandamus quatinus præfatum ſereniſſimum Patrem & Dominum noſtrum, aut ejus Attornatos ſeu Deputatos, has noſtras Litteras oſtendentes, ad dicta, Comitatum, Caſtrum, Villam, & Honorem RICHEMUNDIÆ, ſic in Excambium eidem Patri & Domino noſtro per nos Data & Conceſſa, & ad ipſorum jura & Pertinentias univerſa, quatenus ad ipſorum quemlibet pertinet, ſine difficultate qualibet recipiant, & eidem Patri & Domino noſtro, tanquam Domino ſuo, obediant de cætero efficaciter & intendant. Ac faciant & præſtent Homagium, Fidelitatem, & omnia alia Servitia & Deveria, eiſdem Comitatu, Caſtro, Villa, & Honori RICHEMUNDIÆ, ſic in Excambium per nos conceſſis, debita & conſueta, & abſque ſubſtractione

A. D. 1372. *An.* 46. *E.* 3.

&

& defraudatione, adeo plene & integre prout nobis facta ſeu præſtita fuerunt, fieri vel præſtare hactenus debuerunt.

Dat. in manerio noſtro de SAUVOYE, ſexto decimo die Julii anno Regni Domini Regis & Patris noſtri prædicti Angliæ quadrageſimo ſexto, Regni vero ſui Franciæ triceſimo tertio.

CXLIII.

De Seiſina COMITATUS *prædicti recipienda.*

Rot. Pat. An. 46. *Edw.* 3. *p.* 2. *m.* 3.

REX univerſis ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod conſtituimus dilectum Clericum noſtrum *Ricardum de Ravenſer* Archidiaconum *Lincolniæ*, & deputandos per eum, attornatum & attornatos noſtros ad recipiendum nomine noſtro *Seiſinam Comitatus* caſtri villæ & *honoris* RICHEMONDIÆ ac omnium aliorum & ſingulorum caſtrorum villarum terrarum & tenementorum, omniumque aliorum jurium & pertinentiarum ſuorum quæ cariſſimus filius noſter *Johannes Rex Caſtellæ & Legionis, Dux Lancaſtriæ* nobis dedit & conceſſit, & ſurſum reddidit in eſcambium pro certis caſtris, maneriis, & tenementis per nos ſibi datis & conceſſis, prout in cartis indentatis huic inde confectis plenius continetur, ratum habituri & gratum quicquid per dictum Clericum noſtrum aut deputatos ſuos in hac parte factum fuerit in præmiſſis: in cujus, &c. Datum in Palacio noſtro *Weſtmonaſterienſi* XIX. die Julii.

Per ipſum Regem & Conſilium.

N°. CXLIV.

Donatio COMITATUS RICHMUNDIÆ Johanni IV. Duci Britanniæ.

Cart. 46. *E.* 3. *n.* 4. *extat etiam in Lob. T.* 2. *p.* 580.

EDwardus Dei Gratia Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hiberniæ Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris & aliis fidelibus ſuis, ſalutem. Chariſſimus & illuſtris & affinis noſter *Johannes Dux Britanniæ & Comes Montisfortis*, qui dudum adoleſcentulus in noſtris laribus exſtitit educatus, deinde in virilis animi robur tranſiens, ut a Regia domo noſtra alienus non foret, bino ſe nobis affinitatis fœdere copulavit; & nedum cunctis ſemper noſtris beneplacitis ſe coaptans, verum etiam a nobis longo terrarum ſpatio ſegregatus,

gregatus, & noſtris adverſariis undique circumſeptus, noſtra non ceſſat ubique pro viribus honores & commoda procurare, & inſuper ad tuitionem ipſorum continuam contra æmulorum noſtrorum impetus & potentiam, prout commodius poteſt, ſe opponens, nobis potenter adſiſtere, ac ſe ac ſua propterea, ſicut indiciis claris accepimus, exponere cum effectu operis, ſtudioſis affectibus elaborat. Unde his & aliis conſiderationibus, ferventius animati, volentes eumdem filium & affinem noſtrum, ut ipſe, grati more filii, paternis affectibus promptius ſemper inhæreat, pro ſuis relevandis expenſarum ſarcinis, dampnis & diſpendioſis periculis & laboribus, quæ ipſum pro nobis opportebit ad ſtatus & honoris ſuorum conſervationem continuam neceſſario ſuſtinere, Regali munificentia, ſicut decet & expedit, liberaliter providere; & maxime ex cauſa aligantiarum & conventionum inter nos & eumdem filium noſtrum factarum, quæ & prout in diverſis aliis inter nos & ipſum inde confectis literis expreſſius continentur; dedimus & conceſſimus, & hac præſenti carta noſtra confirmavimus pro nobis & hæredibus noſtris, eidem filio & affini noſtro *Johanni Duci Britanniæ & Comiti Montis fortis* & chariſſimæ conſanguineæ noſtræ *Johannæ* ejus uxori COMITATUM, Caſtrum, Villam, & Honorem RICHEMUNDIÆ, nec non omnia alia caſtra, maneria, terras, teneuras, &c. ipſis Johanni & Johannæ & hæredibus ipſius *Ducis* de corpore ſuo exeuntibus in perpetuum; una cum prærogativis omnimodis, tam regalibus; quam aliis quas *Johannes* nuper *Dux Britanniæ* & *Comes* RICHEMUNDIÆ, habuit in Comitatu, honore, &c. prædictis cum feodis militum, advocationibus Eccleſiarum, Abbatiarum, &c. fideliter promittentes quod ſi prædicti *Dux* & *Johanna*, aut hæredes, aut aliquis eorum de prædictis Comitatu & locis prædictis, aut de parcella fuerint placitati, & ea amiſerint; nos, pro rata, faciemus eis in aliis terris compenſationem, &c. His teſtibus venerabilibus patribus, *Willelmo* Archiepiſcopo Cantuarienſi. *W.* Winton. *S.* Londonienſi, *Johanne* Bathonenſi & Wellenſi Epiſcopis. *Johanne* Duce Lancaſtriæ, *Edmundo* Comite Cantabrigiæ, filiis noſtris chariſſimis. *Richardo Arondel*, *Edmundo de Mortuomari* Marchiæ Comite, Comitibus. *Johanne Knyvet* Cancellario, *Ricardo Leſcrop*, Theſaurario, *Gulielmo le Latimer* Camerario noſtris. *Johanne de Neuvill* Seneſcallo hoſpitii noſtri, & *Nicholao Carre* * ..... Sigilli noſtri & aliis: datum per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium* XX die Julii, Anno Domini MCCCLXXII. & regnorum noſtrorum Angliæ XLVI. & *Franciæ* XXXIII. *Ch. de Nantes arm. H. Caſſete D. n.* 31.

N°. CXLV.

Super Donatione COMITATUS RICHMUNDIÆ Johanni Duci Britanniæ.

Rym. T. VI. *p.* 743.

REX venerabilibus patribus, Univerſis & Singulis Archiepiſcopis & Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ac, dilectis & fidelibus ſuis, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Militibus, & quibuſ- *A. D.* 1372. *An.* 46. *Ed.* 3. *m.* 33.

* *Cuſtode.*

cumque aliis Hominibus, Vaſſallis, & Feodatariis, & de Caſtro, *Honore*, & *Comitatu* RICHEMONDIÆ tenentibus, ad quos, &c. ſalutem. Cum ob ſpecialis dilectionis prærogativam, quam ad cariſſimum filium & affinem noſtrum, *Johannem Ducem Britanniæ* & *Comitem Mountifortis* ſincera mente concepimus & habemus, & ſpecialiter ut ipſe, & hæredes ſui, de ſuo corpore exeuntes, eorumque filii, & ſubditi, præſentes & poſteri qualeſcumque, certa Alligantias, Conventiones, & Pacta, quæ inter nos & ipſos jam noviter facta ſint, nobis, & hæredibus, ac filiis, & ſubditis noſtris ubique, prout ad ipſos pertinet, fideliter & perpetuo teneant & obſervent: Dederimus & conceſſerimus dicto, filio & affini noſtro, *Johanni Duci Britanniæ*, & cariſſimæ conſanguineæ noſtræ, *Johannæ ejus uxori*, *Comitatum*, Caſtrum, Villam & Honorem RICHEMUNDIÆ, nec non omnia alia Caſtra, Maneria, Terras, Tenementa quæcumque, & ubicumque exiſtentia ad dictos *Comitatum*, Caſtrum, Villam, & Honorem pertinentia, habenda & tenenda, per Homagium Ligium, de nobis, & hæredibus noſtris, eiſdem *Duci* & *Johannæ*, & hæredibus ejuſdem *Ducis* de corpore ſuo exeuntibus imperpetuum, prout hæc & alia in diverſis literis & munimentis, hinc inde confectis, expreſſius continentur; Nos, volentes Donationem & Conceſſionem noſtras hujuſmodi, ex cauſis prædictis ſic factas, effectui debito mancipari, omnibus & ſingulis ſupraſcriptis, quibus præſentes literæ noſtræ diriguntur, firmiter injungendo mandamus quatinus, præfatum filium & affinem noſtrum, *Johannem Ducem Britanniæ*, aut ejus Attornatos ſeu Procuratores, has noſtras literas oſtendentes, ad dicta, Comitatum, Caſtrum, Villam, & Honorem, ſic eidem per nos ex cauſis hujuſmodi Data & Conceſſa, & ad ipſorum jura & pertinentias univerſa, quatenus ad ipſorum quemlibet pertinet, ſine difficultate qualibet recipiant, & eidem, tanquam Domino ſuo, obediant de cætero efficaciter; & intendant, ac faciant & præſtent Homagium, Fidelitatem, & omnia alia Servitia & Deveria *Comitatui*, Caſtro, Villæ & Honori RICHEMUNDIÆ debita & conſueta, & abſque ſubtractione & defraudatione, adeo plene & integre prout *Johanni*, olim *Duci Britanniæ* & *Comiti* RICHEMUNDIÆ, facta ſeu præſtita fuerunt, fieri, vel præſtari hactenus debuerunt.

Dat. in Palatio noſtro *Weſtm.* ſub magni Sigilli noſtri Teſtimonio, viceſimo die Julii.

Per ipſum Regem & Conſilium.

N°. CXLVI.

De Seiſina COMITATUS RICHEMUNDIÆ *liberanda.*

R. Pat. A. 46. *Edw.* 3. *p.* 2. *m.* 33.

OMnibus ad quos, &c. ſalutem. Quia ob ſpecialis dilectionis prærogativam, quam ad cariſſimum filium & affinem noſtrum *Johannem Ducem Britanniæ* & *Comitem Monte Fortis* ſincera mente concepimus & habemus; & maxime uti ipſe & hæredes ſui de corpore ſuo exeuntes, & alii de parte ſua alligancias

cias ac omnia conventiones & pacta inter nos & ipſos jam noviter facta & inita, quæ in diverſis aliis literis expreſſius continentur, cum omnibus eorum capitulis, quatenus partem ipſorum concernunt, aut concernere poterunt in futurum, ubique fideliter teneant perpetuo & obſervent; dedimus & conceſſimus dicto filio & affini noſtro *Johanni Duci Britanniæ* & cariſſimæ conſanguineæ noſtræ *Johannæ* ejus uxori, *Comitatum*, Caſtrum, Villam & *Honorem* RICHEMONDIÆ; nec non omnia alia caſtra, maneria, terras & tenementa quæcumque, & ubicumque exiſtentia, ad dictos *Comitatum*, Caſtrum, Villam & *Honorem* pertinentia; habendum & tenendum per homagium ligium de nobis & hæredibus noſtris eiſdem *Duci* & *Johannæ* & hæredibus ejuſdem *Ducis* de corpore ſuo exeuntibus imperpetuum; prout in carta noſtra ſuper hoc confecta Sigillo noſtro Regio conſignata plane liquet; ac nos de fidelitate & diligentia dilecti Clerici noſtri *Ricardi de Ravenſer* Archidiaconi *Lincolniæ* plenius confidentes conſtituimus ipſum *Ricardum* & deputatos ſuos attornatos & nuncios noſtros ſpeciales, dantes ſibi & deputatis ſuis hujuſmodi plenam & liberam tenore præſentium poteſtatem ad liberandum plenam poſſeſſionem & ſeiſinam ex cauſis ſupradictis præfato filio & affini noſtro *Johanni Duci Britanniæ* aut Attornato vel Procuratori, Attornatis ſeu Procuratoribus ſuis, de *Comitatu*, Caſtro, Villa & Honore RICHEMONDIÆ: necnon de omnibus aliis caſtris, maneriis, terris & tenementis quibuſcumque & ubicumque exiſtentibus, ad dictos Comitatum, Caſtrum, Villam & honorem pertinentibus, adeo plene & integre ſicut *Johannes, olim Dux Britanniæ & Comes* RICHEMONDIÆ ea tenuit vel habuit tempore vitæ ſuæ, ac omnia alia & ſingula facienda & expedienda quæ in prædictis ſeu ad ea neceſſaria fuerint vel opportuna: habituri ratum & firmum quicquid per dictum Clericum noſtrum aut deputatos ſuos factum fuerit in prædictis: datum in Palacio noſtro *Weſtmonaſterienſi* ſub magni Sigilli noſtri Teſtimonio xx die Julii.

Per ipſum Regem & Conſilium.

N°. CXLVII.

Indentura inter Regem Angliæ & Regem Caſtellæ *irrotulata de Eſcambio* COMITATUS RICHMUNDIÆ.

Ibidem.

CESTE Endenture faite parentre le *Roi* d'Engleterre & de France notre Seignoir, & *Johan* Roi de Caſtell & de *Lyon*, *Duc* de Lancaſtre ſon filz teſmoigne que comme le dit *Roi* de Caſtel & de Lyon, *Duc* de Lancaſtre, eit done & graunte & ſurrendu a ſon Seignior & pier le Roi la *Countee*, *le Chaſtelle*, la *Ville*, & *L'onneur* de RICHEMOND oueſque toutes lour apartenances & appendances en eſchange por certeins chaſtieulx, Villes, Manoirs, & Honneurs, & leur appertenantes & appendances les quelx meſme notre Seignoir le *Roi* ad done & grauntee a ſon filz *Roi* de Caſtelle par certeins maners, & fourme, ſi come en les charters endentes faites & ſealles dune part & dautre eſt contenu pluis

pluis & plein; aſſentu & accorde eſt entre le *Roy* Pier, & ſon *Filz* auantditz que tant le dite *Countee* de RICHEMOND, come les Chaſteulx, Villes & Honneurs, & toutes leurs appartenances & appendances ſerront baillez & deliverees, dune couſtee & dautre, de toutes annuitès & autres charges faites par lune partie ou lautre, francs quites & deſcharges; Ceſt aſſavoir le dit *Johan* Roi de Caſtelle & de Lyon, & *Duc* de Lancaſtre lerra au *Roi* ſon ſeignoir & pier, a cauſe de la dite eſchange, le dite *Countee* de RICHEMOND, & toutes ſes appartenances, de toutez annuites ou charges par li faites, francs quites & deſcharges. Sauf tant que Monſire *Wautier de Urſewyk*, Coneſtable de Chaſtel de RICHEMOND & *Gardein de la Novelle Foreſte*, & *Thomas William, Parker de Cheſthunt*, demourront en leur offices par prenant ent les gages & fees auncienement acouſtumez: & par ſemblable Manere le dite *Roi* notre Seignoir lerra aut dit *Roi* de Caſtelle & de *Lyon* ſon filz a cauſe de la dite eſchange les Chaſteulx, Villes, Manoirs, & Honneurs enſi donez par eſchange & leurs appartenances & appendances de toutes annuites ou charges par li faites francs, quites, & deſcharges, ſauf tant que Monſire *Johan atte Wotere Coneſtable de Chaſtel de* Tikhill, *William Gambonn Coneſtable de* Knaresburgh, *Johan del Halle Parker de* Haye, *Piers de Routh chief Foreſtier de* Knaresburgh, *Richard de Lancaſtre Parker de* Grengelay, & *Robert de Morton Gardein de la Chace du* Peek, les quelx tendront leur dites offices, & prendront ent les fees & gages aunciennement acouſtumez. Et le dit notre *Seignoir* ad promys lealment affaire la dite deſcharge tiel come deſſus eſt dit, & ſemblablement ad promys le dit *Roy de* Caſtelle & de Lyon, *Duc de* Lancaſtre, a ſon dit *Seignoir* & Piere affaire autiel deſcharge por ſa partie le pluis toſt qil porra bonement par aucune voie de monde, & a ce il ſad oblige a ſon dit *Seignoir* tout oppoſicion ou countredit ceſſaunt.

En teſtmoignance des quelx choſes les dites parties ont fait mettre entrechangeablement leur Seals a ceſtes endentures & donnees a *Londres* le vint & quint Jour de Juyn lan du regne noſtre *Seignoir* le *Roi* d'Engleterre quarant ſiſme & de France trente & tierce.

N°. CXLVIII.

Conceſſiones Liberæ Warennæ *in* COMITATU RICHMONDIÆ *ſub* Ed. III. *nec non* Mercati & Feriæ *apud* Burton Conſtable.

REX conceſſit *Radulfo de Nevill*, Liberam Warennam in *Middleham*, *Thoraldby*, *Carleton*, *Crakehall*, *Snape*, *Well*, *Raskelf*, *Shirefboton* & *Sutton* in *Galtres*.

Cart. A°. 5. Ed. III. m. 43.

Rex conceſſit *Acriſio de Halnathby*, Lib. War. in *Halnathby*.

Cart. A°. 9. Ed. III. m. 66.

Rex conceſſit *Wilielmo de Concy*, Lib. Warennam in *Middleton* & *Thornton*.

Pat. A°. 14. Ed. III. m. 7.

Rex

Rex dilecto ſuo *Galfrido Le Scrop*, conceſſit unum *Mercatum* die Mercurii apud Manerium ſuum de *Burton Conſtable* Com. *Ebor.* & unam *Feriam* duraturam pro duobus diebus, ſcil. in Vigilia & Feſto Sanctæ Mariæ Magdalenæ, & *Liberam Warennam* in omnibus Dominicis ſuis in Manerio prædicto, & in *Aynderby Le Steeple*.

Pat. A°. Ed. III. n. 30.

N°. CXLIX.

Pro Duce Britanniæ, *ſuper Returnis* Brevium, *de non Gravando.*

Rym. T. VII. *p.* 153.

REX vicecomiti *Lincolniæ*, qui nunc eſt, vel qui pro tempore erit, ſalutem. Querelam, dilecti & fidelis noſtri, *Johannis Ducis Britanniæ*, & Comitis RICHEMUNDIÆ recepimus, continentem, quod, licet ipſe & *Johannes* nuper *Dux Britanniæ* & Comes RICHEMUNDIÆ, & omnes alii Comites ibidem, ſemper hactenus, a tempore quo non extat memoria, habuerint & habere conſueverint retorna omnium *Brevium* noſtrorum, & Progenitorum noſtrorum, quondam Regum Angliæ, & Executiones eorumdem infra HONOREM RICHEMUNDIÆ in Comitatu *Lincolniæ*, ita quod nullus Vicecomes, aut alius Ballivus, ſeu miniſter Regius HONOREM illum ingrediatur, ad Executiones eorumdem Brevium ibidem faciendas, niſi in defectu Comitis RICHEMUNDIÆ pro tempore exiſtentis, aut Ballivorum ſeu Miniſtrorum ſuorum Honoris ſupradicti; idem tamen nunc *Comes*, quo minus hujuſmodi Retorna & Executiones, infra Honorem prædictum, in Comitatu prædicto, habere poſſit, per aliquos miniſtros noſtros, & dictorum Progenitorum noſtrorum, ſæpius impeditus extitit, aliquo defectu in ipſo nunc Comite, ſeu Miniſtris ſuis, ut aſſerit, non comperto, in ipſius, nunc Comitis grave Dampnum & Exhæredationis ſuæ periculum manifeſtum, unde nobis ſupplicavit ſibi per nos Remedium adhiberi, nos (nolentes præfato, nunc *Comiti*, injuriari in hac parte) tibi præcipimus quod ipſum, nunc *Comitem*, Retorna omnium *Brevium* noſtrorum, & Executiones eorumdem, infra HONOREM prædictum, in Comitatu prædicto, habere permittas adeo plenarie & integre, ac eodem modo, ſicut ea habere debet ipſeque & omnes alii *Comites* RICHEMUNDIÆ prædicti, & eorum quilibet, dum Comitatum RICHEMUNDIÆ habuerunt & tenuerunt, Retorna & Executiones prædictas ſemper hactenus a tempore prædicto ibidem rationabiliter habere conſueverunt, ipſum nunc *Comitem* in hac parte non moleſtans indebitè ſive gravans.

A. D. 1377. *An.* 1. *R.* 2. *Clauſ.* 1. *R.* 2. *m.* 41.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* triceſimo die Junii.

Per Conſilium & erat Patens.

N°. CL.

Retorna Brevium *conceſſa* Johanni Duci Britanniæ *in* COMITATU RICHMUNDIÆ.

Lob. T. II. *p.* 592.

Richardus Dei Gratia, Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hiberniæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Juſtitiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Ballivis, Miniſtris, & aliis fidelibus, ſalutem. Sciatis quod de Gratia noſtra ſpeciali, de aviſamento Conſilii noſtri conceſſimus pro nobis & Hæredibus noſtris cariſſimo fratri noſtro *Johanni Duci Britanniæ* & *Comiti* RICHEMONDIÆ, & chariſſimæ ſorori noſtræ *Johannæ* uxori ejus, quod ipſi in omnibus terris & teneuris ſuis quæ ſunt *de Comitatu*, honore & dominio de RICHEMUNDIA, & quæ pertinent ad eadem, ubicumque in * quibuſcumque infra Regnum noſtrum Angliæ, habeant ad totam vitam eorumdem *Comitis* & *Johannæ* per Ballivos & Miniſtros ſuos Retorna omnium *Brevium* noſtrorum, & hæredum noſtrorum, & executionem de eiſdem *Brevibus*, & quidquid quod ad Retornum *Brevium* noſtrorum pertinet, ita quod nullus Vir, aut alius miniſter noſter, ſeu hæredum noſtrorum, intret prædictum *Comitatum*, &c. Hiis teſtibus venerabilibus Patribus *S.* Cantuariæ totius Angliæ Primate, *A.* Eboracenſis Angliæ Primate Archiepiſcopis, *A.* Menevenſi Cancellario noſtro, *Th.* Exonenſi Theſaurario noſtro Epiſcopis, *Johanne* Rege Caſtellæ & Legionis, *Duce* Lancaſtriæ, *Edmundo* Comite Cantibrigiæ, Avunculis noſtris chariſſimis, *Edmundo* Comite Marchiæ, *Henrico* Comite Northumbriæ, &c.

* ita.

Datum per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium* decimo octavo die Decembris anno regnorum noſtrorum primo †.

N°. CLI.

Pro Duce Britanniæ *de Theolonio non præſtando.*

Rym. T. VII. *p.* 221.

A. D. 1379. *An.* 2. *R.* 2. *Clauſ.* 2. *R.* 2. *m.* 2.

REX Univerſis & Singulis, ad quos, &c. ſalutem. Querelam, cariſſimi Fratris noſtri *Johannis Ducis Britanniæ* & Comitis RICHEMUNDIÆ recepimus, continentem quod, licet ipſe & omnes Homines & Tenentes ſui de *Comitatu* RICHEMUNDIÆ quieti eſſe debeant, idemque *Comes*, & omnes alii *Comites* RICHEMUNDIÆ, & eorum Homines & Tenentes de *Comitatu* prædicto a tempore cujus contrarii memoria non exiſtit, ſemper hactenus quieti eſſe conſueverant de *Theolonio*, *Pontagio*, *Muragio*, *Pavagio*, *Paſſagio*,

† *A. D.* 1377.

Laſtagio, *Stallagio*, *Kaiagio*, & *Picagio*, de bonis ſuis præſtandis, per totum Regnum noſtrum Angliæ, idem tamen *Comes*, ac homines & tenentes ſui de *Comitatu* prædicto, ſæpius, ante hæc tempora, pro *Præſtatione* hujuſmodi *Theolonii*, *Pontagii*, *Muragii*, *Pavagii*, *Paſſagii*, *Laſtagii*, *Stallagii*, *Kaiagii*, & *Picagii* infra Regnum noſtrum prædictum, de bonis & rebus ſuis diſtricti fuerunt, & indies diſtringuntur minus juſtè, in ipſius *Comitis* dampnum non modicum & gravamen, & ſtatus hominum & tenentium ſuorum prædictorum oppreſſionem manifeſtam, ſuper quo idem *Comes* nobis humiliter ſupplicavit ut ſibi, ac hominibus & tenentibus ſuis prædictis, de remedio congruo providere velimus, nos nolentes ipſum *Comitem*, aut homines & tenentes ſuos prædictos, indebite onerari, vobis præcipimus quod, ſi præfatus *Comes* ac homines & tenentes ſui prædicti quieti eſſe debeant, idemque *Comes*, & omnes alii *Comites* prædicti, ac eorum homines & tenentes de *Comitatu* prædicto, à tempore prædicto ſemper hactenus quieti eſſe conſueverint de hujuſmodi *Theolonio*, *Pontagio*, *Muragio*, *Pavagio*, *Paſſagio*, *Laſtagio*, *Stallagio*, *Kaiagio*, & *Picagio*, de bonis ſuis præſtandis, per totum Regnum noſtrum Angliæ, ut prædictum eſt, tunc hujuſmodi diſtrictionibus eis de cætero inferendis, penitus deſiſtentes, præfatum *Comitem*, ac homines & tenentes ſuos prædictos, de hujuſmodi *Theolonio*, *Pontagio*, *Muragio*, *Pavagio*, *Paſſagio*, *Laſtagio*, *Stallagio*, *Kaiagio*, & *Picagio*, vobis de bonis & rebus ſuis præſtandis, quietos eſſe permittatis, prout inde quieti eſſe debeant idemque *Comes* & omnes alii *Comites* prædicti, & eorum homines & tenentes de *Comitatu* prædicto, a tempore prædicto ſemper hactenus rationabiliter quieti eſſe conſueverunt.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* decimo octavo die Junii.

Et erat Patens.

N°. CLII.

Conceſſio COMITATUS RICHMUNDIÆ Johannæ Duciſſæ Britanniæ *pro tempore quo infra Regnum* Angliæ *moram traxerit.*

Lob. T. II. *p.* 632.

RIchardus, &c. Omnibus, &c. Sciatis quod per Manucaptionem *Johannis Newill* Domini de *Raaby* & *Johannis Wenos* Chevaler in Servitio noſtro factam, commiſimus dilectis & fidelibus noſtris *Thomæ de Morwele* Militi, & *Wilielmo Windeſore* Clerico, Præpoſito Eccleſiæ de *Wingham*, Cuſtodiam totius COMITATUS RICHEMUNDIÆ una cum Caſtris, &c. in manum noſtram ſeiſitis vel ſeiſendis, &c. adeo integre ſicut *Johannes de Monteforti Dux Britanniæ*, & *Comes* RICHEMUNDIÆ, maritus cariſſimæ ſororis noſtræ *Johannæ Duciſſæ Britanniæ* ea unquam habuit & tenuit, &c. ad opus prædictæ *Duciſſæ* a feſto Sancti Michaelis Archangeli proximo præterito; pro tempore quo eadem *Duciſſa* infra Regnum noſtrum Angliæ moram traxerit, &c. actum apud *Weſtmonaſterium* decimo ſexto die Novembris anno * quinto Regni Ricardi. *Ch. de Nantes roulleau non inventorie.*

* 1382.

N°.

N°. CLIII.

Ulterior conceſſio exituum COMITATUS RICHEMUNDIÆ *Ducisſæ* Britanniæ.

Rym. T. VII. *p.* 405.

A. D. 1383. *An.* 7. *R.* 2. *Pat.* 7. *R.* 2. *p.* 1. *m.* 38.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod, de gratia noſtra ſpeciali, conceſſimus, cariſſimæ ſorori noſtræ, *Johannæ* Duciſſæ *Britanniæ* Exitus & Reventiones de COMITATU RICHEMONDIÆ, a die ultimi Paſſagii ejuſdem ſororis noſtræ extra Regnum noſtrum in Ducatum *Britanniæ*, uſque ad Feſtum Sancti Michaelis proximo futurum provenientes, pro rata illius quod ipſa percepit per Annum de conceſſione noſtra de *Comitatu* antedicto, habendos de dono noſtro, in auxilium ſolvendi debita per eandem ſororem noſtram Ligeis Regni noſtri prædicti debita, volentes quod Miniſtri ejuſdem ſororis noſtræ omnes Exitus & Reventiones prædictos, nomine dictæ ſororis noſtræ levent & percipiant ex cauſa ſupradicta. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Notingham* tertio die Auguſti.

Per Breve de Privato Sigillo.

N°. CLIV.

Conceſſio COMITATUS RICHMUNDIÆ, Annæ *Reg.* Angliæ *ad terminum Vitæ ſuæ.*

Lob. T. II. *p.* 632.

CARTA Regis *Ricardi* facta *Annæ* R. *Angliæ* de COMITATU RICHEMONDIÆ ad terminum vitæ; quem *Joannes Dux Britanniæ*, tenuit ex conceſſione *D. Ed.* nuper Regis *Angliæ*, * & in manus *Ricardi*, occaſione adhæſionis ipſius *Ducis* adverſario ejus *Franciæ*, tanquam eidem *Ricardo* foris factus, advenit. xx. Decemb. an. Regni Ricardi VIII. *Rouleau non inventorie chaſt. de Nantes.*

* *V.* N. CLVII.

N°.

N°. CLV.

De Mercato & Feria conceſſis *Radulfo Nevill apud* Midelham, & *Licentia includendi Boſcum ſuum de* Raskelf.

R. Cart. A. 11. *Ric.* 2. *n.* 21.

REX eiſdem ſalutem. Sciatis nos de gratia noſtra ſpeciali conceſſiſſe & hac Carta noſtra confirmaſſe dilecto & fideli noſtro *Radulfo de Nevill* quod ipſe & hæredes ſui imperpetuum habeant unum *Mercatum* ſingulis ſeptimanis per diem Lunæ apud Villam ſuam de *Midelham* in Comitatu *Eboracenſi*, & unam *Feriam* ibidem ſingulis annis in * Feſto Sanctæ *Alkeldæ Virginis*: Niſi *Mercatum* & *Feria* illa ſint ad nocumentum vicinorum mercatorum & vicinarum *Feriarum*. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus noſtris quod prædictus *Radulfus* & hæredes ſui imperpetuum habeant *Mercatum* & *Feriam* prædicta apud Villam prædictam, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad hujuſmodi *Mercatum* & *Feriam* pertinentibus, niſi *Mercatum* & *Feria* illa ſint ad nocumentum vicinorum mercatorum & vicinarum feriarum ſicut prædictum eſt. Præterea de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis, & hæredibus noſtris, quantum in nobis, eſt præfato *Radulfo* quod ipſe boſcum ſuum de *Raskelf*, vocatum *Raskelfwode*, juxta Foreſtam noſtram de *Galtres* in Comitatu prædicto includere, & parcum inde, & tria ſaltatoria eidem parco adjacentia longitudine cujuſdam eorumdem Saltatoriorum centum pedum facere, & boſcum illum ſic incluſum, & parcum inde, ac tria Saltatoria prædicta facta tenere poſſit ſibi, & hæredibus ſuis prædictis imperpetuum, ſine occaſione vel impedimento noſtri, vel hæredum noſtrorum, Juſticiariorum, Vicecomitum, Eſcaetorum, aut aliorum Ballivorum, ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque, dum tamen boſcus ille infra metas foreſtæ noſtræ non exiſtat hiis teſtibus venerabilibus patribus *W. Archiepiſcopo Cantuarienſi totius Angliæ Primate*, *Tho. Archiepiſcopo Eboracenſi*, *Angliæ Primate*, Cancellario noſtro; *W. Wintonienſi*; *J. Herefordenſi* Thelaurario noſtro; *J. Sarum Cuſtode* privati Sigilli noſtri *Epiſcopis*; *Edmundo Eboracenſi*; *Tho. Gloceſtrenſi Ducibus* Avunculis noſtris cariſſimis; *Ricardo Arundel*; *Tho. Warwici Comitibus*, conſanguineis noſtris cariſſimis; *Ricardo Leſcrop*, & *Johanne Devereux* Seneſcallo Hoſpitii noſtri, & aliis. Data per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium* XVI. die Februarii †.

Per ipſum Regem.

* 25 *Octobris.* † *A. D.* 1388.

N°. CLVI.

Reſtitutio COMITATUS RICHMUNDIÆ Johanni de Montiforti Duci Britanniæ.

Ex Rotulo Cart. de An. 11, 12. & 13. Ricardi Secundi. *n.* 13.

REX Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali, & ex certis Cauſis rationabilibus nos & Concilium noſtrum ſpecialiter moventibus, dedimus, conceſſimus, & hac præſenti carta noſtra confirmavimus cariſſimo Fratri noſtro *Johanni* Duci *Britanniæ* & Comiti *Montisfortis* Comitatum, Caſtrum, Villam, & HONOREM RICHEMUNDIÆ, necnon omnia alia Caſtra, Maneria, Terras, Tenementa quæcunque & ubicunque exiſtentia, ad dictum Comitatum pertinentia, habenda & tenenda ſibi & hæredibus ſuis de corpore ſuo exeuntibus de nobis, & hæredibus noſtris, per homagium ligeum, ac alia ſervitia inde debita & conſueta, una cum Libertatibus, & Prærogativis omnimodis, tam Regalibus, quam aliis; ac etiam cum Feodis Militum, Advocationibus Eccleſiarum, Abbatiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, Hoſpitalium, Capellarum, & aliarum Domorum religioſarum, & ſecularium, ſimul cum Membris, Hamelettis, pratis, paſcuis, paſturis, piſcariis, aquis, & aquarum decurſibus, Moris, Mariſcis, Turbariis, Chaceis, Parcis, Boſcis, Warennis, Hundredis, Feriis, Mercatis, Liberis Conſuetudinibus, Wardis, Maritagiis, Eſcaetis, & Servitiis, Tenentium, tam Liberorum, quam etiam Nativorum, & omnibus aliis ad Comitatum, Honorem, Caſtra, Villam, Maneria, terras, tenementa, & loca prædicta cum pertinentiis qualitercunque & ubicunque ſpectantibus, ſive pertinentibus; adeo plene & integre ſicut præfatus *Dux* nuper ante captionem eorundem in manum noſtram melius vel liberius habuit ſeu tenuit, imperpetuum. Ita quod ſi idem *Dux* ſine hærede de corpore ſuo exeunte obierit, tunc poſt deceſſum ipſius *Ducis* Comitatus prædictus ſimul cum Honore, Caſtris, Villa, Maneriis, Terris, Tenementis, & locis prædictis cum pertinentiis, una cum Feodis Militum, Advocationibus, & omnibus aliis prædictis, ad nos & hæredes noſtros integre revertantur. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus noſtris quod prætatus *Dux* habeat & teneat ſibi & hæredibus ſuis de corpore ſuo exeuntibus Comitatum prædictum, ac Caſtrum, Villam, & Honorem, necnon omnia alia Caſtra, Maneria, Terras, Tenementa quæcunque & ubicunque exiſtentia, ad dictum Comitatum pertinentia, una cum Libertatibus, & Prærogativis omnimodis, tam Regalibus, quam aliis, ac etiam cum Feodis Militum, Advocationibus Eccleſiarum, Abbatiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, Hoſpitalium, Capellarum, & aliarum Domorum Religioſarum, & Secularium. Simul cum Membris, Hamelettis, Pratis, Paſcuis, Paſturis, Piſcariis, Aquis, & aquarum decurſibus, Moris, Mariſcis, Turbariis, Chaceis, Parcis, Boſcis, Warennis, Hundredis, Feriis, Mercatis, Liberis Conſuetudinibus, Wardis, Maritagiis, Eſcaetis, & Servitiis Tenentium tam Liberorum, quam etiam Nativorum, & omnibus aliis ad Comitatum, Honorem, Caſtra, Villam, Maneria, Terras, Tenementa, & loca cum pertinentiis qualitercunque & ubicunque ſpectantibus, ſive pertinentibus, adeo plene & integre ſicut præfatus *Dux* nuper ante captionem eorundem in manum noſtram melius vel liberius habuit, ſeu tenuit, de nobis & hæredibus noſtris per Homagium, & Servitia prædicta, imperpetuum, ſicut

ſicut prædictum eſt. Ita quod ſi idem *Dux* ſine Hærede de Corpore ſuo exeunte obierit, tunc poſt deceſſum ipſius *Ducis* Comitatus prædictus, ſimul cum Honore, Caſtris, Villa, Maneriis, Terris, Tenementis, & locis prædictis, cum pertinentiis, una cum Feodis Militum, Advocationibus, & omnibus aliis prædictis, ad nos & Hæredes noſtros integre revertantur. Hiis teſtibus venerabilibus patribus *W.* Cantuar. totius Angliæ Primate, *Th.* Ebor. Angliæ Primate Cancellario noſtro, *Archiepiſcopis*, *R.* London. *W.* Wynton. *Th.* Exon. *J.* Hereford. Theſaurario noſtro, *J.* Sarum Cuſtode Privati Sigilli noſtri, *Epiſcopis*, *Edmundo* Duce Ebor. *Thoma* Duce *Glouceſtrienſi*, Conſtabulario Angliæ, Avunculis noſtris cariſſimis, *Henrico* Derbiæ, *Ricardo* Arundelliæ, *Thoma* Warwici, *Thoma Moubray*, Notyñghamiæ, Mareſcallo Angliæ, & *Henrico de Percy* Northumbriæ, *Comitibus*, *Roberto de Wylughby*, *Johanne de Cobham*, *Ricardo Leſcrop*, *Johanne Devereux* Seneſcallo Hoſpitii noſtri, & aliis. Dat. per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium* xx° die Novembris.

Per ipſam Regem & Conſilium.

Et mandatum eſt Univerſis & Singulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ac dilectis & fidelibus Regis Ducibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, & quibuſcunque aliis Hominibus, Vaſſallis, Feodotariis, & de Caſtro, Honore & Comitatu RICHEMUNDIÆ tenentibus, quatinus præfatum *Ducem Britanniæ* aut ejus Attornatos, ſeu Procuratores, has Litteras Regis oſtendentes, ad dicta Comitatum, Caſtrum, Villam, & Honorem, ſic eidem per Regem ex cauſis hujuſmodi data & conceſſa, & ad ipſorum jura & pertinentias, univerſa, quatenus ad ipſorum quemlibet pertinet, ſine difficultate qualibet recipiant, & eidem tanquam Domino ſuo obediant de cætero efficaciter, & intendant ac faciant & præſtant Homagium, Fidelitatem, & omnia alia Servitia, & deveria Comitatui, Caſtro, Villæ, & Honori RICHEMUNDIÆ debita & conſueta; & abſque ſubtractione & defraudatione, adeo plene & integre prout eidem *Duci Britanniæ* nuper ante captionem eorundem Comitatus, Caſtri, Villæ, & Honoris in manum Regis facta ſeu præſtita fuerunt, fieri, vel præſtari hactenus debuerunt. Dat. in Palatio Regis *Weſtmonaſterii* ſub magni Sigilli Regis Teſtimonio, xx. die Novembris.

N°. CLVII.

Jugement del forfaite de Johan Duc de Bretaigne.

Ex Rot. Parl. 14. *R.* 2. *p.* 1. *n.* 14. *extat in Lobin. T.* 2. *p.* 632.

IL eſt declarè per le Roi & Seigneurs en ceſt Parlement, qe au Parlement tenuz a *Weſtm.* lendemayn de Seint Martyn l'an du Regne noſtre Seigneur le Roy q'oreſt * Oeptiſme, les *Countè* & *Seignerie* de RICHEMOND ove les appurtenances feurent adjuggez per le Roi & Seigneurs forfaitz au Roi, a cauſe del † enherdance de *Johan Duc de Bretaigne* lors COUNT DE RICHEMOND al Adverſair de France encontre les Alliances faitz per le dit

* *Huitieme.* † *Adherence.*

Duc

Duc ſibien oveſque noſtre Seigneur le Roi q'oreſt, come oveſque ſon treſnoble Aiel, qe Dieux aſſoil, pur quelles Alliances le dit *Duc* avoit les *Counte* & *Seignurie* ſuſdit, le quelle juggement neſtoit mye enrollè en Roulle du dit Parlement tenuz le dit an Oeptiſme pur certeines cauſes au Roy & Seigneurs ſuſditz bien conuz.

CLVIII.

Ambaſſade en Angleterre *pour demander & accepter la delivraunce du* COMTE DE RICHMOND.

Lob. T. II. *p.* 750.

JEHAN *Duc* de Bretaigne & COMTE DE RICHEMONT, ſavoir faiſſons que nous a plain Confians des Sens, loyauté & bonne diligence de nos tres-chers & bien amez couſins & feaux *Charles* Sire de *Montifilant* & *de Chaſteau-Brient*, & *Jehan* Sire de *Maleſtroit*; & de nos bien amez & feaux Conſeillers *Guy de Rochefort* noſtre Chevalier, & Chambellan, *Bernard de Kervneuff* noſtre Preſident, Magiſtre *Robert Brochereul* noſtre Seneſchal *de Rennes*, & Magiſtre *Hervé le Grand* noſtre Secretaire; yceulx enſemble, & les IV, les III. ou les II. d'eux avons commis & deputez, commettons & deputons nos procureurs Generaux & Meſſages eſpeciaux quant à comparoir pour & au nom de nous devant le *Roy de Angleterre* & Son Conſeil commis & deputé pour le fait du traité d'entre Monſeigneur le *Roy* & *Nous*; & de luy requirer & demander, prendre & accepter la délivrance de noſtre COMTE DE RICHEMONT, nos Ville, Chaſtel, & Chaſtelenie de *Breſt*, & leurs arrerages & apartenances, & de donner quittance de ce que receu & accepte en auront, aux quels donnons plain pouvoir general, & Mandement ſpecial & general de faire toutes les choſes ezditz faits neceſſaires & appartenantz que ferions, ou faire pourrions, ſi preſens eſtions; jacoit que les cas requiere mandement plus eſpecial, tant pour nous que contre nous, & le jugé payer ſi meſtier eſt. Donne en noſtre Ville de *Vennes* Soubz noſtre Sceel le Derrain jour de juillet l'an MCCCXCI * par le Duc en Son Conſeil, Preſentz vous *l'Eveſque de Dol*, le *Vicomte de Rohan*, *Guillaume Eder*, Maiſtre *Guillaume de St. Andre* & Pluſieurs autres, *M. Loüet*. *Chaſteau de Nantes*. *Arm.* 2. *caſſette*. *A. n.* 46.

N°. CLIX.

Donatio COMITATUS RICHMUNDIÆ Johannæ *uxori* Radulphi Baſſet *de* Drayton.

Lob. T. II. *p.* 796.

Richardus Dei Gratia, Rex Angliæ, &c. Sciatis quod ex certis cauſis rationalibus nos & Conſilium noſtrum ſpecialiter moventibus, conceſſimus, & hac præſenti Carta noſtra confirmavimus *Johannæ* quæ fuit uxor *Radulphi Baſſet* de *Drayton* Chivaler, Sorori Cariſſimi fratris noſtri *Johannis Ducis Britanniæ* & COMITIS RICHEMUNDIÆ, *Antonio Ricze*, & *Nicholao Alderwich Comitatum*, Caſtrum, Villam, & *Honorem* RICHEMUNDIÆ, &c. adeo plene & integre ſicut præfatus *Dux* vel aliquis anteceſſor melius vel liberius ea habuit, ſeu tenuit, in perpetuum, &c.

Datum per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium*, Anno XXI. Regis Ricardi ſecundi.

Ch. de Nantes, papiers non inventorie.

N°. CLX.

Donatio COMITATUS RICHMUNDIÆ Radulpho de Nevil *per* Henricum IV.

DOnatio COMITATUS RICHEMUNDIÆ per Henricum Regem Angliæ poſt Conqueſtum * *Radulpho de Newil* ad terminum Vitæ. Apud *Weſtmonaſterium* XX. die Octobris, anno primo Regis Henrici quarti.

Ch. de Nantes, preces non inventoriees.

* IV. *Videtur omitti.*

N°. CLXI.

Ambaſſade en Angleterre pour l'Homage du COMTE DE RICHMONT, *An.* x. Henr. IV.

Lob. Tom. II. *p.* 833.

JEhan Duc de Bretagne, Comte de Montfort & de RICHEMONTE à tous ceux qui ces Preſentes Lettres verront ou orront, ſalut. Comme pour cauſe de noſtre COMTE de RICHEMONT, nous doyons & ſoyons tenus faire foy & hommage au Roy d'*Angleterre* les quelles foy & homage n'avons encore peu faire par la grande & longue diſtance des lieux, & pour Autres certaines cauſes, & pour ce a eſte & eſt noſtre dicte COMTE prinſe & ſaizie en la main de mon tres redoubte Seigneur & pere, Monſeigneur le *Roy d'Angleterre* qui ores eſt. Scavoir faiſons que nous voulons faire noſtre devoir dudit homage, confians à plain du ſens, beauté, & prud' hommie de noſtre tres-bien amé, & feal premier & proche Chambelan *Armel de Chaſteaugiron*, iceluy avons commis & depute, & par ces preſantes commettons & deputons quand a expoſer les cauſes pour leſquelles n'avons peu, & que encore de preſent ne pouvons aller de vant luy faire ledict homage, & a luy ſupplyer que ce conſidere il luy plaize nous recepvoir à luy faire homage par procureur; & en cas qui'l luy plaize nous fair cette grace nous commettons & deputons noſtre dict Chambelan à faire leſdictes foy & hommage, tels comme ils ſont debus, & auſſi à faire grees, promeſſes, ſerments, obligations, pour & en nom de nous à mondict Seigneur le *Roy* à luy ayder à garder & deffandre le Royaume *d'Angleterre* pour luy, ſon filz le *Prince*, & ſes autres enfants, contre tous les ſugects qui le leur voudroient toſlir, ou les troubler, ou empecher ou joüyſſement d' iceluy, & ſur les droicts doudict Royaume; & auſſi ledict homage faict, de faire contre tous autres que leur Voudroient tollir ou empecher ledict Royaulme, grees, promeſſes, ſerments, obligations, que nous ſuymes & pourrions eſtre tenu faire par raiſon de noſtre dict *Comte* & tout ainſy que ſi nous avions faict leſdictes foy & homage en noſtre perſonne, & que nous pourrions ſi nous eſtions en poceſſion de noſtre dict *Comte*, & a faire ſuffrance & abſtinence de guerre telles & par ſi long-temps que noſtre dict Chambelan verra l'avoir affaire; aux quelles choſes, & chacune deſſus dictes nous avons donne & donnons, par ces preſentes à noſtre dict Chambellan plain pouvoir, auctoritte de par nous & mandement ſpecial, promettans & promettons avoir, & aurons ferme & agreeable tout ce que par noſtre dict Chambellan ſera faict en choſes & chacune deſſus dictes, comme dict eſt.

Donne au *Chaſtel d'Elven* le quatorzieſme jour d' Octobre l'an mil quatre cents neuf. Par *Le Duc*. Par le Duc de ſon commandement, preſentz vous le *Eveſque de Nantes*, le Sire de *Maleſtroict*, Maiſtre *Johan de Bruc*, & autres. *Yvette*. *Sur un copie.*

N°.

N°. CLXII.

Pro Radulpho Comite Weſtmerland; *de* Libera Chacea *in terris ſuis in* Burton, Walden, *&c.*

R. Cart. A. 4. *&* 5. *Hen.* V. *n.* 1.

REX eiſdem ſalutem. Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus, & hac præſenti Carta noſtra confirmavimus, cariſſimo conſanguineo noſtro *Radulpho* Comiti Weſtmorlandiæ, quod ipſe & hæredes ſui imperpetuum habeant LIBERAM CHACEAM in omnibus terris ſuis in *Burton in Biſhopdale*, *Walden*, *Weſtwitton*, & *Penhill*, dum tamen terræ illæ non ſint infra metas foreſtæ noſtræ. Ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis vel ad aliquid capiendum quod ad Chaceam pertinet contra voluntatem ipſius Comitis vel hæredum ſuorum, ſub forisfactura noſtra decem librarum. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus noſtris quod prædictus Comes, & hæredes ſui imperpetuum habeant LIBERAM CHACEAM in omnibus terris ſuis prædictis, dum tamen terræ illæ non ſint infra metas foreſtæ noſtræ. Ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis vel ad aliquid capiendum quod ad Chaceam pertinet contra voluntatem ipſius Comitis, vel hæredum ſuorum ſuper forisfacturam noſtram decem librarum, ſicut prædictum eſt. Hiis teſtibus venerabilibus Patribus *H.* Cantuarienſi Archiepiſcopo totius Angliæ Primate, Cariſſimo Avunculo noſtro *Henrico* Wyntonienſi Cancellario noſtro, & *Thoma* Dunolmenſi Epiſcopis, *Thoma Clarenciæ*, *Johanne Bedfordiæ*, & *Humfrido Glouceſtriæ*, fratribus noſtris cariſſimis, ac cariſſimo Avunculo noſtro *Thomæ* Exonienſi *Ducibus*, *Edmundo* Marchiæ, *Ricardo* Warwici, *Henrico* Northumbriæ, & *Johanne* Sarum Conſanguineis noſtris cariſſimis *Comitibus*, *Henrico Fitz Hugh* Theſaurario noſtro, *Thoma Erpingham* Seneſcallo Hoſpitii noſtri, Magiſtro *Henrico Ware* Clerico, Cuſtode Privati Sigilli noſtri, & aliis.

Data per manum R. apud *Weſtmonaſterium* ſecundo die Januarii.

Per ipſum Regem.

N°. CLXIII.

Præceptum Eſchaetori Regis, ut liberet COMITATUM RICHMONDIÆ Johanni Duci Bedfordiæ.

Rot. Clauſ. 4 *H.* VI. *m.* 11.

REX Eſcheatori, ſuo ſalutem. Cum per quandam Inquiſitionem coram *Will. Scarghill* nuper Eſcheatore noſtro in Comitatu prædicto de mandato

dato noſtro captam, & in Cancellaria noſtra retornatam ſit Compertum, quod *Radulphus* nuper Comes *Weſtmorland* defunctus tenuit ad terminum vitæ ſuæ, die quo obiit, de nobis in Capite *Caſtrum*, *Comitatum*, *Honorem*, & *Dominium* RICHMONDIÆ, cum Maneriis de *Gilling*, *Aldeburgh*, *Bowes*, *Forſet*, *Danby*, *Multon*, *Catrick*, *Arkeſgarth*, *Dale*, & *Nova Foreſta*, & duabus Vaccariis vocatis *Eſthorp*, & *Weſthorp*, ac Ballivis de *Gillingeſt*, *Gillingweſt*, *Hangeſt*, *Hangweſt*, & *Halikeld* membris dictorum *Dominii* & *Honoris*, una cum Returnis omnium *Brevium*, & Præceptorum Regis, Turnis Vicecomitis infra dictum Dominium cum pertinentiis, ac cum aliis membris, libertatibus, & pertinentiis ſuis infra *Comitatum Eboracenſem* ex conceſſione Domini *Henrici* nuper Regis Angliæ avi noſtri, reverſione inde *Johanni Duci Bedfordiæ* & hæredibus maſculis de corpore ſuo exeuntibus ex conceſſione Domini *Henrici* nuper Regis Angliæ patris noſtri ſpectante, & quod præfatus nuper *Comes* tenuit pro termino vitæ ſuæ Advocationem Eccleſiæ de *Danby* ſuper *Wysk*, & Advocationem *Hoſpitalis* S^ti^. *Nicholai* de *Richemond*, dictis *Honori* & *Dominio* pertinentes, & quod ſunt pertinentes dictis, Caſtro, *Honori*, & *Dominio* infra *Comitatum* prædictum quinquaginta & octo feoda Militum & dimidium, unde *Dominus de Midelham* tenet ſex feoda, Tenentes feoda *Domini Roaldi* tenent treſdecem feoda, Hæredes *Alani Filii Briani* tenent quatuor feoda & ſextam partem unius feodi, in *Cowton* eſt unum feod. & *Dominus Fitz Hugh* tenet tria feoda & ſextam partem unius feodi, Hæredes *Roberti Muſters* tenent in *Kirklington* tria feoda, in *Magna Couton* eſt unum feodum, & eſt in *Anderby* & *Holteby* unum feodum, in *Brompton* & *Hoton* unum feodum, in *Kilwarby*, *Askham*, *Appilby*, & *Fencotes* duo feoda, & dimidium, in *Tanfield* duo feoda, in *Thornton* duo feoda, in *Manfeld* duo feoda, in *Scurveton* duo feoda, & dimidium, in *Bardon* unum feodum, in *Apileton* & *Hogford* duo feoda, in *Maſſam* unum feodum, in *Warlowby* unum feodum, in *Ereom* unum feodum, in *Wyclif.* unum feodum, in *Tafforth* unum feodum, in *Coverham* & *Aynderby* unum feodum, in *Brignal* unum feodum, in *Ask* & *Marrik* unum feodum, in *Wenſlaw* unum feodum, in *Aynderby Viſcont*, *Sutton*, & *Synderby* duæ partes unius feodi, in *Weſtwitton* dimidium feodi, in *Newton Morell* unum feodum, in *Rokewyk* dimidium feodi, in *Berford*, *Carleton*, & *Stapelton* tres partes feodi, in *Kirkan* tertia pars unius feodi, in *Rouſhoton* quarta pars unius feodi, in *Fyngale* quarta pars unius feodi, in *Hoton Longvillers* quarta pars unius feodi, in *Swaledale* quatuor feoda, in *Milby* & *Eſeby* dimidium feodi, in *Eſtwitton* tres partes unius feodi, in *Hertforth* quarta pars unius feodi, in *Midelton* tertia pars unius feodi, in *Gyllyng* ſexta pars unius feodi, in *Barningham* quarta pars unius feodi, in *Scargill* quarta pars unius feodi, & in *Multon* octava pars unius feodi militis, Et quia Homagium & fidelitatem ipſius *Ducis* nobis in hac parte, ac pro aliis terris & tenementis in aliis Comitatibus Regni noſtri Angliæ, quæ præfatus nuper *Comes* tenuit ad terminum vitæ ſuæ, dicto die quo obiit de nobis in Capite, reverſione inde præfato *Duci* & dictis hæredibus ſuis in forma prædicta ſpectante debita, cepimus, tibi præcipimus quod eidem *Duci Caſtrum*, *Comitatum*, *Honorem*, *Dominium*, *Maneria*, *Foreſtam*, duas partes *Vaccariorum*, *Ballivas*, *Return. Feoda*, & *Partes Feodorum Militum* prædicta, cum pertinentiis, ac cum aliis membris, libertatibus & pertinentiis ſuis prædictis, & Advocationes prædictas in balliva tua, cum exitibus & proficuis inde a tempore mortis præfati nuper *Comitis* perceptis, ſine dilatione liberes: ſalvo jure cujuſlibet.

Teſte ut ſupra.

N°. CLXIV.

REX concessit *Wilielmo Revel* Liberam Warennam in *Fencotes*.

Pat. A°. 3. H.V. p. 1. m. 5.

N°. CLXV.

Breve ad Inquirendum *de Statu Burgi de* RICHMOND.

R. Pat. 18. *Henr.* 6. *m.* 14. *dorso.*

REX Cariſſimo Conſanguineo ſuo *Ricardo* Comiti Sarum, ac dilectis & fidelibus ſuis *Willielmo Fitz Hugh* Militi, *Willielmo Ayſcogh*, *Criſtoforo Conyers*, & *Roberto Danby*, ſalutem. Sciatis quod cum dilecti nobis Burgenſes Villæ noſtræ de RICHEMOND nobis ſupplicaverint ut cum eadem Villa ſit, & a tempore quo non extat memoria fuiſſet antiquus Burgus, Burgenſeſque ejuſdem ipſorum nunc ſupplicantium Anteceſſores & Prædeceſſores pro tempore prædicto ſucceſſive ſeiſiti & poſſeſſionati fuiſſent de eiſdem Villa & Burgo, cum Foro, Nundinis, Tolnetis, Redditibus, Aſſiſis, Attachiamentis, & Placitis dicti Burgi, & ſimiliter de toto Dominico de RICHEMOND quod vocatur terra de FONTENAY, cum omnibus aliis pertinentiis, Libertatibus, aiſiamentis & liberis Conſuetudinibus ad dictos Burgum & terram de FONTENAY, ubicunque pertinentibus, infra Villam & extra, in Moris, Boſcis, Planis, Pratis, Viis, Semitis, Aquis, Paſcuis & Paſturis, exceptis *Tinctaria* de RICHEMOND, & tribus acris terræ quas *Jordanus Plumbarius* aliquando tenuit, tenendis præfatis quondam Burgenſibus & eorum hæredibus & ſucceſſoribus imperpetuum ad feodi firmam de *Comite* RICHEMOND, pro tempore exiſtente, reddendo inde annuatim eidem *Comiti* viginti & novem libras ad Feſta Sancti Martini in Yeme, & Pentecoſtes, æquis portionibus, quouſque quidam *Johannes* nuper *Comes Richemond* per nomen *Johannis* Ducis *Britanniæ* primogeniti, Domini *Richemondiæ*, per Cartam ſuam cujus Dat. eſt apud *Jorevall.* in vigilia Aſſumptionis Sanctæ Mariæ, Anno Domini *Milleſimo ducenteſimo ſexageſimo octavo*, conceſſit & confirmavit tunc Burgenſibus ſuis de RICHEMOND in poſſeſſione Burgi prædicti cum omnibus præmiſſis ſic ad feodi firmam tenenda, exiſtentibus, & eorum hæredibus, Burgum prædictum per nomen Burgi ſui de RICHEMOND imperpetuum, cum foro, nundinis, & tolnetis, & cum omnibus redditibus, Aſſiſis, Attachiamentis, & placitis dicti Burgi, & quod haberent & tenerent ſimiliter totum Dominicum ſuum de RICHEMOND quod vocatur terra de FONTENAY cum pertinentiis; & ulterius per eandem Cartam ſuam conceſſit quod haberent ſibi & hæredibus ſuis prædictis totam Paſturam de *Witkekliff* & cum omnibus aliis pertinentiis, Libertatibus, Aiſiamentis, & liberis Conſuetudinibus, ad dictos Burgum & terram de FONTENAY ubicunque pertinentibus, infra Villam & extra, in Moris, Boſcis, Planis, Pratis, in Viis & Semitis, Aquis, Paſcuis, & Paſturis, exceptis *Tinctaria*, & tribus acris terræ prædictis, tenenda & habenda dictis tunc Burgenſibus & eorum hæ-

redibus, libere, quiete, integre, pacifice, & honorifice, cum omni jure & diſtrictu dicti Burgi de ipſo *Johanne* & hæredibus ſuis imperpetuum, adeo quidem libere & quiete ſicuti dicti tunc Burgenſes & eorum Anteceſſores prædictos Burgum & terram cum pertinentiis aliquo tempore liberius quietius aut melius habuerunt aut tenuerunt; reddendo inde annuatim eidem *Johanni* & hæredibus ſuis *quadraginta Libras* Sterlingorum ad terminos prædictos pro omnibus ſupradictis, obediendo tamen eidem *Johanni* & hæredibus ſuis tanquam Domino principali: Idemque *Johannes* per eandem Cartam ſuam conceſſit pro ſe & hæredibus ſuis, quod ipſi prædictos Burgum, & terram, cum paſtura de *Wytteklyff*, cum foro, nundinis, tolnetis, & placitis, & cum omnibus aliis pertinentiis ſupradictis tunc Burgenſibus & eorum hæredibus imperpetuum, contra omnes gentes Warantizarent. Et ſi contingeret quod in dicto Burgo aliqua acciderent Eſcaeta de aliquo Burgenſi vel per feloniam, vel alio modo, illa Eſcaeta eidem *Johanni* remaneret, Salvis dictis tunc Burgenſibus & eorum hæredibus de dicta Eſcaeta debitis & conſuetis. Et ſi aliquis de dicto Burgo vel de Burgenſibus ſuis querimoniam faceret quod ei in Curia ſua minus juris feciſſent, ſeneſcallus ipſius *Johannis* ſecundum conſuetudinem legum Burgi inde faceret emendationes, per quod tunc Burgenſes Villæ prædictæ fuerunt ſeiſiti in Dominico ſuo, ut de Feodo & jure de prædictis Burgo cum foro, nundinis, tolnetis, redditibus, aſſiſis, attachiamentis, & placitis dicti Burgi, & de toto prædicto Dominico de RICHEMOND quod vocatur terra de FONTENAY cum pertinentiis, & de tota prædicta paſtura de *Wytteklyf* cum omnibus aliis pertinentiis, libertatibus, aiſiamentis, & liberis conſuetudinibus, ad dictos Burgum & terram de *Fontenay* ubicunque pertinentiis infra Villam & extra, in Moris, Boſcis, Planis, Pratis, Viis, Semitis, Aquis, Paſcuis & Paſturis, exceptis præexceptis, tenendis ſibi hæredibus & ſucceſſoribus ſuis de præfato *Johanne* nuper *Comite* & hæredibus ſuis, ad Feodi Firmam pro *quadraginta Libris* eidem *Johanni* nuper *Comiti*, & hæredibus ſuis ad feſta prædicta annuatim ſolvend. Et poſtea Dominus *Edwardus* quondam *Rex Angliæ* filius *Regis Henrici*, progenitor noſter, per Literas ſuas Patentes quarum Dat. eſt apud *Eltham triceſimo die Junii Anno Regni ſui tertio* conceſſionem & confirmationem prædictas per præfatum *Johannem* nuper *Comitem* per Cartam ſuam prædictam præfatis quondam Burgenſibus in forma prædicta factis, ratificavit, conceſſit, & confirmavit. Poſtmodumque prædictus *Johannes* nuper *Comes* per nomen *Johannis filii Ducis Britanniæ, Comitis* RICHEMOND, per quandam Cartam ſuam indentatam, conceſſit cuidam Domino *Roaldo filio Roaldi* Domino de *Burton* & hæredibus ſuis *undecim Marcas, ſex Solidos, & octo Denarios* annuatim percipiendas de dicta Feodi firma *quadraginta Librarum* ad terminos ſupradictos, & per Literas ſuas Patentes tunc Burgenſibus ſuis Villæ prædictæ directas conceſſionem illam in eiſdem recitans eis præcepit, quod ipſi & hæredes ſui quicunque dictum Burgum Tenentes de dictis *quadraginta Libris prædictas undecim Marcas ſex Solidos & octo Denarios* annuatim ad terminos ſupradictos præfato Domino *Roaldo* & hæredibus ſuis perſolverent; de quibus ipſos tunc Burgenſes & hæredes ſuos quoſcunque dictam pecuniam ſolventes tenore earundem Literarum Patentium idem nuper *Comes* & hæredes ſui ſingulis annis & terminis ſupradictis acquietarent imperpetuum, per quod iidem tunc Burgenſes eidem Domino *Roaldo* de prædictis *undecim Marcis, ſex Solidis, & octo Denariis* attornaverint, virtute quorum conceſſionis & attornamenti prædictus Dominus *Roaldus* fuit ſeiſitus & poſſeſſionatus de prædictis *undecim Marcis, ſex Solidis, & octo Denariis* de prædicta Feodi Firma percipiendis in Dominico ſuo, ut de Feodo, cujus quidem Domini *Roaldi* Statum inde *Henricus L'eſcrop* Miles, Dominus de *Bolton* modo habet in eiſdem. Et prædictus *Johannes* nuper *Comes* & hæredes ſui nuper Domini de RICHEMOND fuerunt ſeiſiti in Dominico ſuo ut de Feodo,

Feodo, de *triginta & duabus Libris, ſex Solidis & octo Denariis* de prædicta Feodi firma *quadraginta Librarum* reſiduis, quouſque *iidem triginta & duæ Libræ, ſex Solidi & octo Denarii* inter alia Caſtra, Dominia, Maneria, terras, tenementa, & redditus cum pertinentiis quæ fuerunt cujuſdam *Johannis* nuper *Ducis Britanniæ* & Domini de RICHEMOND, hæredis prædicti *Johannis* nuper *Comitis* in manus Domini *Ricardi* nuper *Regis Angliæ* ſecundi poſt Conqueſtum, occaſione adhæſionis ipſius nuper *Ducis* Adverſario dicti Domini *Ricardi* nuper Regi Franciæ tanquam eidem nuper Regi forisfacta devenerunt, & in manibus ſuis extiterunt. Ac idem Dominus *Ricardus* nuper *Rex* de Regimine Regni ſui ſe dimiſit per quod iidem *triginta & duæ Libræ ſex Solidi & octo Denarii* inter alia ad manus Domini *Henrici* nuper *Regis Angliæ* Avi noſtri devenerunt, & in manibus ſuis ſeiſiti fuerunt, & poſtea idem Avus noſter obiit, poſt cujus mortem iidem *triginta & duæ Libræ ſex Solidi & octo Denarii* inter alia deſcenderunt Domino *Henrico* nuper *Regi Angliæ* Patri noſtro, ut filio & hæredi ipſius Avi noſtri; qui quidem Pater noſter poſtea per Literas ſuas Patentes conceſſit eoſdem *triginta & duas Libras ſex Solidos & octo Denarios* inter alia Domino *Johanni* nuper *Duci Bedfordiæ* fratri ſuo habendas & percipiendas eidem * nuper *Duci* & hæredibus ſuis maſculis de corpore ſuo legitime procreatis imperpetuum. Ita quod ſi contingeret ipſum nuper *Ducem Bedfordiæ* obire ſine hærede maſculo de corpore ſuo exeunte, tunc poſt deceſſum ipſius nuper *Ducis* iidem *triginta & duæ Libræ ſex Solidi & octo Denarii* annui, inter alia ad præfatum Dominum *Henricum* nuper *Regem Angliæ* patrem noſtrum & hæredes ſuos reverterentur; virtute cujus conceſſionis prædictus nuper *Dux Bedfordiæ* fuit ſeiſitus & poſſeſſionatus de prædictis *triginta & duabus Libris ſex Solidis & octo Denariis* annuis inter alia in Dominico ſuo ut de *Feodo talliato* in forma prædicta, & de tali ſtatu inde obiit ſeiſitus ſine hærede maſculo de corpore ſuo exeunte, per quod iidem *triginta & duæ Libræ, ſex Solidi & octo Denarii* annui inter alia ad nos revertebantur ut ad filium & hæredem prædicti patris noſtri, & ea occaſione in manibus noſtris extiterunt, quouſque *decem Libræ, quindecim Solidi, ſex Denarii*, & *unus Obolus* inde virtute *Brevis* noſtri nuper Eſcaetori noſtro in *Com. Ebor.* directi, per ipſum nuper Eſcaetorem aſſignati fuerunt *Ricardo Wodevyll* Militi, & *Jaquettæ de* Luxembourg Duciſſæ *Bedfordiæ* uxori ſuæ, quæ fuit uxor præfati nuper *Ducis Bedfordiæ*, inter alia percipiendas eiſdem *Ricardo Wodevyll* & *Jaquettæ* in deductionem Dotis ipſius *Jaquettæ* de *triginta & duabus Libris, ſex Solidis & octo Denariis* annuis ſupradictis, ac de aliis Dominiis, Maneriis, & Tenementis quæ fuerunt ipſius nuper *Ducis Bedfordiæ* prout in Rotulis Cancellariæ noſtræ plenius continetur, ſicque vivente prædicta *Jaquetta* de eiſdem *triginta & duabus Libris, ſex Solidis & octo Denariis* annuis remanerent in manibus noſtris *viginti & una Libræ, undecim Solidi unus Denarius unus Obolus*, cum prædictis *decem Libris, quindecim Solidis ſex Denariis & uno Obolo*, poſt mortem ejuſdem *Jaquettæ*, percipiendis de Feodi firma *quadraginta Librarum* ſupradicta per prædictos nunc Burgenſes & hæredes ſuos, virtute dictarum conceſſionis & confirmationis per prædictum *Johannem* nuper Ducis *Britanniæ* Primogenitum præfatis quondam Burgenſibus ſuis in forma prædicta factarum, annuatim ſolvendarum pro prædicta Feodi firma dictæ Villæ de *Richemond*, quæ quidem Villa tam ante conceſſionem & confirmationem illas, quam ad tunc & diu poſtea de quam pluribus Burgenſibus, Mercatoribus validis, ac Artificibus, Vitellariis & aliis Incolis potentibus taliter extitit inhabitata, quod tam Mercatores & Artifices extranei, & forinſeci, & aliæ gentes de partibus eandem Villam circumjacentibus ac de *Com.*

* N. CLXIII.

Lancaſtriæ,

Lancaſtriæ, *Cumbriæ*, & *Weſtmerlandiæ* cum Mercandiſis, Mercimoniis, Granis, Victualibus, & aliis bonis venalibus in foro & Mercatis prædictæ Villæ emendis & vendendis, quam Ductores & Vectores Granorum, & Panis de dictis *Com. Lancaſtriæ*, *Cumbriæ* & *Weſtmerlandiæ*, ac de partibus de *Londeſdale Craven*, *Dent*, *Sadbergh*, & aliis locis remotis, in quibus frugum copia tunc non creſcebat, quamobrem gentes in Comitatibus & partibus illis ad tunc habitantes providentiam Granorum ſuorum, & Panis pro victu ſuo in foro & Mercatis ejuſdem Villæ de RICHEMOND maxime faciebant, talem ad hujuſmodi forum & mercata habebant concurſum continuum, quod tunc *Burgenſes* ejuſdem Villæ majorem partem dictæ Feodi firmæ de tolnetis fori, & Mercatorum illorum levaverunt, & ad tunc levare potuerunt, ubi dicti jam Burgenſes & eorum Anteceſſores & Prædeceſſores pluribus annis jam elapſis de tolnetis fori, & Mercatorum ejuſdem Villæ, vix levare, aut percipere potuerunt *centum Solidos* per annum ad dictam Feodi firmam ſuam perſolvendam, pro eo quod poſt conceſſionem & confirmationem prædictas per prædictum *Johannem* nuper Ducis *Britanniæ Primogenitum* præfatis nunc Burgenſibus in forma prædicta factas, quoddam Forum & Mercatum apud *Maſham*, & quoddam aliud Forum & Mercatum apud *Bedale*, ac tertium Forum & Mercatum apud *Midelham* infra Libertatem RICHEMOND, de licentiis Progenitorum noſtrorum quondam Regum *Angliæ*, ac quoddam aliud Forum & Mercatum apud *Stayndrop* infra *Epiſcopatum* & *Libertatem Dunelmenſis*, nec non quoddam aliud Forum & Mercatum apud *Bernardcaſtell*, infra eoſdem *Epiſcopatum* & *Libertatem*, infra octo milliaria circa eandem Villam de RICHEMOND levantur, & ſingulis ſeptimanis per annum in eiſdem locis tenentur; per quod Mercatores, Artifices, Vitellarii, & aliæ gentes de partibus eandem Villam de RICHEMOND circumjacentibus, & ſimiliter gentes de prædictis Comitatibus *Lancaſtriæ*, *Cumbriæ*, & *Weſtmerlandiæ*, de *Vaſtis* & *Moris* ſuis in eiſdem terram fertilem, frumentum & alia blada plus ſolito producentem fecerunt, prædictique Vectores & Ductores Granorum & Panis de Comitatibus, ac de prædictis partibus de *Londeſdale*, *Craven*, *Dent*, *Sadbergh*, & aliis locis remotis; necnon Mercatores, Artifices, Vitellarii, & aliæ gentes de Comitatibus & partibus illis, ac de partibus dictam Villam de RICHEMOND circumjacentibus, ab eadem Villa cum Mercandiſis, Granis, Victualibus, & aliis bonis ſuis Venalibus a diu ſe retraxerunt, & adhuc retrahunt, & cum eiſdem ad alia Fora & Mercata prædicta perrexerunt & adhuc pergunt, ac magna pars herbæ prædictæ paſturæ de *Wytteklyf* per ſubboſcum, præcipueque per Spinas, Vepres, Filices, & alias aborigines in eadem paſtura a diu plus ſolito creſcentes, adeo deſtructa & ſuffocata a diu extitit & adhuc exiſtit, quod dicti nunc Burgenſes herbagium & agiſtamenta inde ut prius ſolebant per magnum tempus habere ſeu percipere non potuerunt, neque poſſunt in præſenti; ac quamplures nuper Burgenſes, Artifices, Vitellarii, Operarii, & alii nunc Inhabitatores prædictæ Villæ de RICHEMOND Peſtilentiis & Epidemiis adeo conſumpti ſunt, quidamque eorum nuper Burgenſium ad levandum vel ſolvendum prædictam Feodi firmam *quadraginta Librarum*, licet illam de Burgo, terra, paſtura, foro, mercatis, nundinis, tolnetis, & curiis dicti Burgi aut aliis commoditatibus ſive proficuis ad dictos Burgum, terram & paſturam pertinentibus levare, ſeu percipere non potuiſſent, ſe invitis, compulſi per ſolutionem inde, ac per alia gravia onera & perditiones quæ in eadem Villa ſuſtinuerunt, domos & ædificia ſua ibidem deſolata relinquentes, ab eadem Villa cum uxoribus & pueris ſuis tanquam mendici abierunt, & alii tales Artifices, Vitellarii, & Operarii, quales Villam illam advenire & eam locis diſcedentium inde habitare conſueverunt, illuc venire, ſeu ibidem morari, ob inopiam prædictam, ſic timent, quod maxima pars domorum & ædificiorum ejuſdem Villæ vaſta & deſolata, terræque in

campis ejuſdem Villæ incultæ, friſcæ, & deſertæ exiſtunt, ita quod relicti Burgenſes in eadem Villa vix quartam partem Feodi Firmæ prædictæ per plures annos jam elapſos levare & percipere potuerunt, vel poſſunt de Burgo, terra, paſtura, foro, nundinis, tolnetis, reditibus, aſſiſis, & placitis dicti Burgi aut aliis quibuſcunque proficuis eiſdem Burgo terræ & paſturæ pertinentibus ullo modo. Velimus præmiſſis gratioſe conſideratis de uberiori gratia noſtra, & mero motu, noſtris concedere & confirmare nunc Burgenſibus Villæ noſtræ prædictæ omnia præmiſſa per prædeceſſores ſuos habita & eis conceſſa, habenda ſibi hæredibus & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum; & quod ipſi hæredes & ſucceſſores ſui ea habeant & teneant imperpetuum, reddendo inde annuatim nobis & hæredibus noſtris ad totam vitam prædictæ *Jaquettæ decem Marcas* tantum, & poſt mortem ejuſdem *Jaquettæ decem Libras* tantum, ac præfato *Henrico Leſcrop* & hæredibus ſuis prædictas *undecim Marcas, ſex Solidos & octo Denarios*, ad terminos prædictos æquis portionibus imperpetuum; & reſiduum prædictarum *quadraginta Librarum* eiſdem nunc Burgenſibus & ſucceſſoribus ſuis de nobis & hæredibus noſtris remittere, relaxare, & ipſos quietos inde clamare imperpetuum vel aliter, reddendo nobis & hæredibus noſtris durante vita prædictæ *Jaquettæ* & ſimiliter poſt mortem ſuam talem & tantam Feodi Firmam qualem & quantam nobis per Inquiſitionem in hac parte faciendam conſtare poterit in certo, quod iidem nunc Burgenſes hæredes & ſucceſſores ſui de foro, nundinis, mercatis, tolnetis, reditibus, aſſiſis, & placitis dicti Burgi, ac de prædicto Dominico vocato terra de FONTENAY & paſtura de *Wytteklyf* cum pertinentiis, ac de aliis proficuis, libertatibus, aiſiamentis, & liberis conſuetudinibus ad dictos Burgum, terram de FONTENAY, & paſturam de *Wytteklyf* infra dictam Villam de RICHEMOND, & extra eandem, ubicunque, & qualitercunque pertinentibus ſive ſpectantibus debite, & rationabiliter, annuatim levare poterunt ullo modo, & reſiduum prædictarum *quadraginta Librarum* ultra ſummam inde quæ per Inquiſitionem illam ſic inde levari poterit eiſdem nunc Burgenſibus, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris remittere, & relaxare, & ipſos quietos inde clamare imperpetuum; prout per quandam petitionem eorundem Burgenſium nobis exhibitam & in filaciis Cancellariæ noſtræ reſidentem plenius apparet. Nos de & ſuper præmiſſis per vos plenius certiorari volentes ac de fidelitate & circumſpectione veſtris plenius confidentes, aſſignavimus vos, quatuor, tres, & duos veſtrum quorum aliquem veſtrum vos præfati *Willielme Ayſcogh, Criſtofore, & Roberte* unum eſſe volumus ad inquirendum per ſacramentum tam militum quam aliorum proborum & legalium hominum de *Com. Ebor.* tam infra libertates, quam extra, per quos rei veritas melius ſciri poterit, de & ſuper omnibus & ſingulis præmiſſis & eorum circumſtantiis ac omnibus aliis, eá ſeu aliquod eorum qualitercunque concernentibus, plenius veritatem. Et ideo vobis mandamus quod ad certos, &c. quos, &c. quorum, &c. unum eſſe volumus, & ad hoc provideritis diligentem ſuper præmiſſis faciendo Inquiſitionem, & eam diſtincte & aperte factam nobis in Cancellariam noſtram ſub Sigillis veſtris, quatuor, trium, vel duorum veſtrum quorum, &c. unum eſſe volumus, & Sigillis eorum per quos facta fuerit ſine dilatione mittatis & hoc breve. Mandavimus enim Vicecomiti noſtro dicti *Comitatus Ebor.* quod ad certos diem & locum quos vos, &c. vel duo veſtrum quorum, &c. unum eſſe volumus, ei ſciri faciatis, venire faciat coram vobis, &c. quorum, &c. unum eſſe volumus tot & tales tam Milites quam alios probos & legales homines de Balliva ſua tam infra Libertates quam extra per quos, &c. & inquiri. In cujus, &c. Teſte Rege apud manerium ſuum de *Eſthampſtede* XVI die Julii.

Per ipſum Regem.

N°. CLXVI.

INQUISITIO *capta virtute* Brevis *præcedentis de Statu Burgi de* RICHMOND.

Ex Bundell. Inquiſ. de Ann. 14, 15, 16, 17, 18 & 19. *Hen.* 6.

INquiſitio capta apud RICHEMONDIAM Die Sabbati proximo ante Feſtum Sancti Michaelis Anno Regni Regis Henrici ſexti poſt Conqueſtum decimo nono, coram *Willielmo Fitz Hugh* Milite, *Willielmo Ayſcogh*, *Criſtofero Conyers*, & *Roberto Danby*, virtute cujuſdam commiſſionis Domini Regis *Ricardo Comiti Sarum* ac præfatis *Willielmo*, *Willielmo*, *Criſtofero* & *Roberto* directæ, & huic Inquiſitioni conſutæ, per Sacramentum *Radulfi Fitz Randolf* Armigeri, *Radulfi Pudſay* Armigeri, *Thomæ Mountfort* Armigeri, *Conani Ask* Armigeri, *Radulphi Rokeby* Armigeri, *Ricardi Danby* Armigeri, *Johannis Laton* de *Saxhowe* Armigeri, *Henrici Talboys* Armigeri, *Thomæ Ask* Armigeri, *Simonis Aſcogh*, *Georgii Thoresby*, *Thomæ Spence*, *Normanni Carnaby*, *Johannis Layſynby*, *Ricardi Marryk*, & *Johannis Wayte* de *Layburn* Juratorum, qui dicunt ſuper Sacramentum ſuum quod Villa de RICHEMONDIA eſt, & a tempore quo non extat memoria fuit antiquus Burgus, & quod Burgenſes ejuſdem, & eorum anteceſſores & prædeceſſores a tempore prædicto exiſtentes ſucceſſive ſeiſiti & poſſeſſionati fuerunt de eiſdem Villa & Burgo, cum foro, nundinis, tolnetis, & reditibus, aſſiſis, attachiamentis, & placitis dicti Burgi: Et ſimiliter de toto Dominico de RICHEMOND quod vocatur terra de FONTENAY cum omnibus aliis pertinentiis, libertatibus, aiſiamentis, & liberis conſuetudinibus ad dictos Burgum & terram de FONTENAY ubicumque pertinentibus infra Villam & extra, cum moris, boſcis, planis, pratis, viis, ſemitis, aquis, paſcuis & paſturis, exceptis *Tinctaria* de RICHEMOND & tribus acris terræ quas *Jordanus Plumbarius* aliquando tenuit, Tenendum præfatis quondam Burgenſibus & eorum hæredibus & ſucceſſoribus imperpetuum ad Feodi Firmam de *Comite* RICHEMOND pro tempore exiſtente, reddendo inde annuatim eidem *Comiti viginti & novem Libras* ad feſta Sancti Martini in Yeme, & Pentecoſtes, æquis portionibus, quouſque quidam *Johannes* nuper *Comes* RICHEMONDIÆ, per nomen *Johannis* Ducis *Britanniæ Primogeniti* Domini RICHEMONDIÆ, per Cartam ſuam eiſdem juratoribus in evidenciis oſtenſam, cujus data eſt apud *Jerovallem* in vigilia aſſumptionis Sanctæ Mariæ Anno Domini *Milleſimo Ducenteſimo Sexageſimo Octavo* conceſſit & confirmavit tunc Burgenſibus de RICHEMONDIA in poſſeſſione Burgi prædicti cum omnibus præmiſſis, ſic ad Feodi Firmam Tenendum, exiſtentibus, & eorum hæredibus, Burgum prædictum per nomen Burgi ſui de RICHMONDIA imperpetuum cum foro, nundinis, & tolnetis, & cum omnibus reditibus, aſſiſis, attachiamentis, & placitis dicti Burgi, & quod haberent & tenerent ſimiliter totum Dominicum ſuum de RICHEMONDIA quod vocatur terra de FONTENAY cum pertinentiis. Et ulterius per eandem Cartam ſuam conceſſit quod haberent ſibi, & hæredibus ſuis prædictis, totam paſturam de *Wytteklyf* cum omnibus aliis pertinentiis, libertatibus, aiſiamentis, & liberis conſuetudinibus ad dictos Burgum & terram de FONTENAY ubicumque pertinentibus, infra Villam & extra, cum Moris, Boſcis, Planis, Pratis, in Viis, Semitis,

Semitis, Aquis, Paſcuis & Paſturis, exceptis *Tinctaria* & tribus acris terræ prædictis: Tenendum & habendum dictis tunc Burgenſibus & eorum hæredibus libere, quiete, integre, pacifice, & honorifice, cum omni Jure & diſtrictu dicti Burgi de ipſo *Johanne*, & hæredibus ſuis imperpetuum, adeo quidem libere & quiete ſicut prædicti tunc Burgenſes & eorum anteceſſores prædictos Burgum & terram cum pertinentiis aliquo tempore liberius quietius aut melius habuerunt aut tenuerunt: Reddendo inde annuatim eidem *Johanni* & hæredibus ſuis *quadraginta libras* ſterlingorum ad terminos prædictos pro omnibus ſupradictis, & obediendo eidem *Johanni*, & hæredibus ſuis, tanquam Domino ſuo Principali. Et quod idem *Johannes*, per eandem Cartam ſuam conceſſit pro ſe & hæredibus ſuis quod ipſi prædictos Burgum, & terram, cum Paſtura de *Witteklyf*, cum Foro, Nundinis, Tolnetis, & Placitis, & cum omnibus ſuis pertinentiis ſupradictis, tunc Burgenſibus ejuſdem Villæ & eorum hæredibus imperpetuum contra omnes gentes warantizarent. Et ſi contingeret quod in dicto Burgo aliqua accideret Exchaeta de aliquo Burgenſe, vel per feloniam, vel alio modo, illa Exchaeta eidem *Johanni* remaneret, ſalvis dictis tunc Burgenſibus & eorum hæredibus de dicta exchaeta debitis & conſuetis. Et ſi aliquis de dicto Burgo, vel de Burgenſibus ſuis, querimoniam faceret quod ei in Curia ſua minus Juris feciſſent, Seneſcallus ipſius *Johannis* ſecundum conſuetudinem Legum Burgi inde faceret emendationem; per quod tunc Burgenſes Villæ prædictæ fuerunt ſeiſiti in Dominico ſuo ut de feodo, & Jure, de prædicto Burgo cum Foro, Nundinis, Tolnetis, Reditibus, Aſſiſis, Attachiamentis, & placitis dicti Burgi, & de toto prædicto Dominico de RICHMONDIA quod vocatur terra de FONTENAY cum pertinentiis, & de tota prædicta Paſtura de *Wytteklyf* cum omnibus aliis pertinentiis, Libertatibus, Aiſiamentis & Liberis Conſuetudinibus ad dictos Burgum, & terram de FONTENAY ubicumque Pertinentibus, infra Villam & extra, in Moris, Boſcis, Planis, Pratis, Viis, Semitis, Aquis, Paſcuis, & Paſturis, exceptis præexceptis: Tenendum ſibi hæredibus & ſucceſſoribus ſuis de præfato *Johanne* nuper *Comite* & hæredibus ſuis ad feodi firmam per *quadraginta libras* eidem *Johanni* nuper *Comiti* & hæredibus ſuis ad feſta prædicta annuatim ſolvendas. Et dicunt ſuper ſacramentum ſuum quod Dominus *Edwardus* quondam *Rex Angliæ*, filius Regis *Henrici*, Progenitor Domini Regis nunc, per Litteras ſuas Patentes eiſdem Juratoribus ſuper captionem iſtius Inquiſitionis oſtenſas, quarum Data eſt apud *Eltham triceſimo die Junii Anno Regni ſui tertio*, conceſſionem & confirmationem prædictas per præfatum *Johannem* nuper *Comitem* per Cartam ſuam prædictam præfatis quondam Burgenſibus in forma prædicta factas ratificavit, conceſſit, & confirmavit. Et dicunt quod poſtmodum prædictus *Johannes* nuper *Comes* per nomen *Johannis Filii* Ducis *Britanniæ*, *Comitis* RICHEMONDIÆ, per quandam Cartam ſuam indentatam conceſſit cuidam Domino *Roaldo Filio Roaldi*, Domino de *Burton* & hæredibus ſuis, *undecim marcas*, *ſex ſolidos*, & *octo denarios* annuatim percipiendos a dicta feodi firma *quadraginta librarum* ad terminos ſupradictos, & per litteras ſuas Patentes eiſdem Juratoribus ſuper captionem hujus Inquiſitionis oſtenſas, tunc Burgenſibus Villæ ſuæ prædictæ directas, conceſſionem illam in eiſdem recitans eis præcepit, quod ipſi & hæredes ſui quicumque dictum Burgum tenentes de dictis *quadraginta libris* prædictas *undecim marcas*, *ſex ſolidos*, & *undecim denarios* annuatim ad terminos ſupra prædictos præfato Domino *Roaldo*, & hæredibus ſuis perſolverent; de quibus ipſos tunc Burgenſes & hæredes ſuos quoſcumque dictam pecuniam ſolventes tenore earumdem litterarum Patentium, idem nuper *Comes* & hæredes ſui ſingulis annis, & terminis ſupra notatis, acquietarent imperpetuum, per quod iidem tunc Burgenſes eidem Domino *Roaldo* de prædictis *undecim marcis*, *ſex ſolidis*, & *octo denariis* attornarunt. Et dicunt quod virtute eorumdem conceſſionis,

nis, & attornamenti, prædictus Dominus *Roaldus* fuit ſeiſitus & poſſeſſionatus de prædictis *undecim marcis*, *ſex ſolidis*, & *octo denariis* de prædicta feodi firma percipiendis in Dominico ſuo ut de feodo; & quod *Henricus Le Scrop* Miles Dominus de *Bolton* ſtatum prædicti Domini *Roaldi* de prædictis *undecim marcis ſex ſolidis* & *octo denariis* modo habet in eiſdem. Et ulterius dicunt ſuper ſacramentum ſuum quod prædictus *Johannes* nuper *Comes*, & hæredes ſui nuper Domini de RICHEMONDIA fuerunt ſeiſiti in Dominico ſuo ut de feodo *de triginta & duabus libris*, *ſex ſolidis*, & *octo denariis*, de prædicta feodi firma *quadraginta librarum* reſiduis, quouſque iidem *triginta & duæ libræ*, *ſex ſolidi*, & *octo denarii* inter alia, Caſtra, Dominia, Maneria, Terras, Tenementa, & reditus cum pertinentiis, quæ fuerunt cujuſdam *Johannis* nuper *Ducis Britanniæ* & *Comitis* de RICHEMONDIA, hæredis prædicti *Johannis* nuper *Comitis*, in manus Domini *Ricardi* nuper Regis Angliæ ſecundi poſt conqueſtum, occaſione adhæſionis ipſius nuper *Ducis* adverſario dicti Domini *Ricardi* nuper Regi *Franciæ*, tanquam eidem nuper Regi forisfacta, devenerunt, & in manibus ſuis extiterunt: ac idem Dominus *Ricardus* nuper Rex de regimine regni ſui ſe demiſit, per quod iidem *trigintæ duæ libra*, *ſex ſolidi*, & *octo denarii* inter alia ad manus Domini *Henrici* nuper Regis *Angliæ*, avi DominiRegis nunc, devenerunt, & in manibus ſuis ſeiſiti fuerunt: ac idem avus Domini Regis nunc obiit, poſt cujus mortem iidem *triginta & duæ libræ*, *ſex ſolidi*, & *octo denarii* inter alia deſcenderunt Domino *Henrico* nuper *Regi Angliæ*, patri Domini Regis nunc, ut filio & hæredi prædicti avi Domini Regis nunc, qui quidem pater Domini Regis nunc poſtea per Litteras ſuas Patentes conceſſit ealdem *triginta* & *duas libras*, *ſex ſolidos*, & *octo denarios* inter alia Domino *Johanni* nuper *Duci Bedfordiæ* fratri ſuo, habendum & percipiendum eidem nuper *Duci* & hæredibus ſuis maſculis de corpore ſuo legitime procreatis imperpetuum. Ita quod ſi contingeret ipſum nuper *Ducem Bedfordiæ* obire ſine hærede maſculo de corpore ſuo exeunte, tunc poſt deceſſum ipſius nuper *Ducis* iidem *triginta* & *duæ libræ*, *ſex ſolidi*, & *octo denarii* annui, inter alia ad præfatum Dominum *Henricum* nuper *Regem Angliæ*, Patrem Domini Regis nunc, & hæredes ſuos reverterentur. Virtute cujus conceſſionis prædictus nuper *Dux Bedfordiæ* fuit ſeiſitus & poſſeſſionatus de prædictis *triginta* & *duabus libris*, *ſex ſolidis*, & *octo denariis* annuis inter alia in dominico ſuo ut de feodo talliato in forma prædicta, & de tali ſtatu inde obiit ſeiſitus ſine hærede maſculo de Corpore ſuo exeunte; per quod iidem *triginta & duæ libræ*, *ſex ſolidi*, & *octo denarii* annui inter alia ad dictum Dominum Regem nunc revertebantur, ut ad filium & hæredem prædicti patris ipſius Domini Regis nunc, & ea occaſione in manibus ejuſdem Domini Regis nunc extiterunt, quouſque *decem libræ*, *quindecim ſolidi*, *ſex denarii*, *obolus* annui inde virtute *Brevis* ipſius Domini Regis nunc, nuper Eſcaetori ſuo in *Comitatu Eboracenſi* directi, per ſuum nuper Eſcaetorem aſſignatæ fuerunt *Ricardo Wydewyll* Militi, & *Jaquettæ de Luxemburgh* Duciſſæ *Bedfordiæ* uxori ſuæ, quæ fuit uxor præfati nuper *Ducis Bedfordiæ*, inter alia percipiendum eiſdem *Ricardo Widewyll* & *Jaquettæ* in deductionem dotis ipſius *Jaquettæ* de *triginta & duabus libris ſex ſolidis & octo denariis* annuis ſupradictis, ac de aliis Dominiis, Maneriis, & Tenementis, quæ fuerunt ipſius *Ducis Bedfordiæ*, prout in Rotulis Cancellariæ ipſius Domini Regis nunc continetur; ſicque vivente prædicta *Jaquetta* de eildem *triginta & duabus libris*, *ſex ſolidis*, & *octo denariis* annui remanent in manibus ejuſdem Domini Regis nunc *viginti & una libræ*, *undecim ſolidi*, *unus denarius*, & *obolus*, cum prædictis *decem libris*, *quindecim ſolidis*, *ſex denariis*, & *obolo*, poſt mortem ejuſdem *Jaquettæ* percipiendæ, de feodi firma *quadraginta librarum* ſupradictarum per prædictos nunc Burgenſes, & hæredes ſuos, virtute dictarum conceſſionis & confirmationis per prædictum *Johannem* nuper Ducis *Britanniæ*

tanniæ Primogenitum, præfatis quondam Burgenſibus ſuis in forma prædicta factarum annuatim ſolvendum, pro prædicta feodi firma dictæ Villæ de RICHEMONDIA. Et inſuper dicunt per Sacramentum ſuum quod prædicta Villa de RICHEMONDIA tam ante conceſſionem & confirmationem prædictas, quam adtunc, & diu poſtea, de quampluribus Burgenſibus, Mercatoribus validis, ac Artificibus, Vitellariis, & aliis incolis potentibus taliter extitit inhabitata quod tam Mercatores, & Artifices extranei, & forinſeci, & aliæ gentes de partibus eandem Villam circumdantibus, ac de Comitatibus *Lancaſtriæ*, *Cumbriæ*, & *Weſtmorlandiæ*, cum Mercandiſis, Mercimoniis, Granis, Victualibus, & aliis Bonis venalibus in foro & Mercatis prædictæ Villæ, ſcilicet, die Sabbati ſingulis Septimanis, tentis & tenendis, emendis, & vendendis, quam ductores & vectores granorum, & panis de dictis Comitatibus *Lancaſtriæ*, *Cumbriæ*, & *Weſtmorlandiæ*, ac de partibus de *Londeſdale*, *Craven*, *Dent*, & *Sadbergh*, & aliis locis remotis in quibus frugum copia tunc non creſcebat: quamobrem gentes in Comitatibus & partibus illis adtunc habitantes providenciam granorum ſuorum & panis, pro victu ſuo in foro & Mercatis ejuſdem Villæ de RICHEMONDIA maxime faciebant, talem ad hujuſmodi forum & Mercata habebant concurſum continuum quod tunc Burgenſes ejuſdem Villæ majorem partem dictæ feodi firmæ de tolnetis fori, & Mercatorum illorum levaverunt, & adtunc levare potuerunt, ubi dicti nunc Burgenſes & eorum Anteceſſores & Prædeceſſores pluribus annis jam elapſis de tolnetis fori, & Mercatorum ejuſdem Villæ vix levare aut percipere potuerunt *centum ſolidos* per annum ad dictam feodi firmam ſuam perſolvendum, pro eo quod poſt conceſſionem & confirmationem prædictas per prædictum *Johannem* Ducis *Britanniæ primogenitum* præfatis nuper Burgenſibus in forma prædicta factas, quoddam forum & Mercatum apud *Maſham*, ſcilicet die Mercurii, & quoddam aliud forum & Mercatum apud *Bedale*, ſcilicet die Martis, ac tertium forum & Mercatum apud *Midelham*, ſcilicet die Lunæ, infra libertatem RICHEMONDIÆ de licentiis progenitorum dicti Domini Regis nunc, quondam Regum Angliæ, ac quoddam aliud forum & Mercatum apud *Stayndrop*, ſcilicet die Martis infra *Epiſcopatum & Libertatem Dunelmenſem*, necnon quoddam aliud forum & Mercatum apud *Bernardcaſtell*, ſcilicet die Mercurii infra eoſdem *Epiſcopatum* & *Libertatem* infra octo milliaria circa eandem Villam de RICHEMONDIA levantur, & ſingulis ſeptimanis per annum in eiſdem locis tenentur, per quod Mercatores, artifices, vitellarii, & aliæ gentes de partibus ejuſdem Villæ circumadjacentibus, & ſimiliter gentes de prædictis Comitatibus *Lancaſtriæ*, *Cumbriæ*, & *Weſtmorlandiæ* de Vaſtis & Moris ſuis terram fertilem frumentum, & alia blada plus ſolito producentem fecerunt; prædictique Vectores & Ductores granorum, & panis de Comitatibus illis, ac de prædictis partibus de *Londeſdale*, *Craven*, *Dent*, & *Sadburgh*, & aliis locis remotis, necnon Mercatores, Artifices, Vitellarii, & aliæ gentes de Comitatibus, & partibus illis dictam Villam de RICHMONDIA circumadjacentibus, ab eadem Villa cum Mercandiſis, Granis, Victualibus, & aliis bonis ſuis venalibus a diu ſe retraxerunt, & a diu retrahunt, & cum eiſdem ad alia fora, & Mercata prædicta perrexerunt, & adhuc pergunt: & quod magna pars herbæ prædictæ paſturæ de *Witteklyf* per ſubboſcum, præcipueque per ſpinas, vepres, filices, & alias aborigines in eadem paſtura jam plus ſolito creſcentes adeo deſtructa, & ſuffocata a diu extitit, & adhuc exiſtit, quod prædicti nunc Burgenſes Villæ prædictæ herbagium & agiſtamenta inde, ut prius ſolebant, per magnum tempus habere, ſeu percipere non potuerunt, neque poſſunt in præſenti. Et ulterius dicunt quod quamplures nuper Burgenſes, artifices, vitellarii, operarii, & alii nuper Inhabitantes Villæ prædictæ de RICHEMONDIA peſtilentiis & epidemiis adeo conſumpti ſunt; quidamque eorumdem Burgenſium ad levandum & ſolvendum prædictam feodi firmam *qua-*

draginta librarum, licet illam de Burgo, Terra, Paſtura, Foro, Mercatis, Nundinis, Tolnetis, & Curiis dicti Burgi, aliis commoditatibus ſive proficuis ad dictos Burgum, Terram, & Paſturam pertinentibus, levare ſeu percipere non potuiſſent, ſe invitis, compulſi per ſolutionem inde, ac per alia gravia onera, & perditiones quæ in eadem Villa ſuſtinuerunt, domos & ædificia ibidem deſolata relinquentes, ab eadem Villa cum uxoribus & pueris ſuis tamquam mendici abierunt: & alii tales artifices, vitellarii, & operarii, quales Villam illam advenire, & eam locis diſcedentium inhabitare conſueverunt, illuc venire, ſeu ibidem morari ob inopiam prædictam ſic timent, quod maxima pars domorum & ædificiorum ejuſdem Villæ vaſta & deſolata, terræque in campis ejuſdem Villæ incultæ, friſcæ, & deſertæ exiſtunt, Ita quod relicti Burgenſes in eadem Villa vix tertiam partem feodi firmæ prædictæ, per plures annos jam elapſos, levare ſeu percipere potuerunt de Burgo, Terra, Paſtura, Foris, Nundinis, Tolnetis, Redditibus, Aſſiſis, & Placitis dicti Burgi, aut aliis quibuſcunque proficuis eiſdem Burgo, Terræ, & Paſturæ pertinentibus ullo modo, prout per ſupplicationem dictorum nunc Burgenſium Villæ de RICHEMONDIA in Litteris Domini Regis Patentibus prædictis expreſſam continetur. Et dicunt ſuper Sacramentum ſuum quod prædicti nunc Burgenſes Villæ prædictæ de RICHEMONDIA & eorum hæredes & Succeſſores de eodem Burgo de RICHEMONDIA, & de Foro, Nundinis, Tolnetis, Redditibus, Aſſiſis, Attachiamentis, & placitis dicti Burgi, ac de toto prædicto Dominico de RICHEMONDIA quod vocatur, Terra de FONTENAY & de tota prædicta Paſtura de *Wytteklyf*, cum omnibus ſuis Pertinentiis, Libertatibus, Aiſiamentis, & liberis Conſuetudinibus, ac aliis quibuſcumque commoditatibus, & proficuis ad dictum Burgum, & terram de FONTENAY ubicumque, infra eandem Villam & extra, qualitercumque pertinentibus ſeu ſpectantibus, tantum levare poſſunt & percipere annuatim ad prædictam feodi firmam ſuam tam dicto Domino Regi nunc & hæredibus ſuis, quam præfato *Henrico Leſcrop* & hæredibus, ac præfatis *Ricardo Wydewyll* & *Jaquettæ* ad totam vitam ipſius *Jaquettæ* in forma prædicta annuatim ſolvendam *decem & novem libras*, *treſdecem ſolidos*, & *quatuor denarios*, & non plus, ex cauſis in prædicta petitione prædictorum nunc Burgenſium dicto Domino Regi nunc exhibita, & in prædictis Litteris Patentibus recitata, expreſſatis. Et ulterius dicunt ſuper Sacramentum ſuum quod iidem nunc Burgenſes prædictæ Villæ de RICHEMONDIA nulla alia Commoditates, proficua, caſualitates, neque aliqua alia quam in petitione ſua expreſſantur, habent unde prædictam feodi firmam ſuam aliqualiter habere, levare, ſeu percipere poſſunt. In cujus rei Teſtimonium Juratores prædicti huic Inquiſitioni Sigilla ſua appoſuerunt die & anno ſupradictis.

N°. CLXVII.

Charta per Inſpeximus Alani Comitis Britanniæ & RICHMONDIÆ, *de conceſſione Villæ de* Maſſaham, Rogero de Molbrai, *in qua deſignantur metæ de* Maſſahamſhire.

R. Pat. A. 20. *H.* 6. *p.* 2. *m.* 6.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod inſpeximus quoddam Scriptum * *A.* COM. Angl. & Britanniæ, Sigillo ſuo nuper ſignatum & cuidam *Rogero de Molbrai* † *Maſſaham* factum in hæc verba, *A.* COM. Angl. & Britanniæ omnibus Baronibus de *Richemundſhire* & omnibus hominibus ſuis Francis & Anglis, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & hac præſenti Carta confirmaſſe *Rogero de Molbrai Maſſaham* cum omnibus pertinentiis, in Boſco & in Plano, in Pratis & in Paſcuis, in Aquis & in Molendinis, in Fugationibus & in Garennis, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, *Tenendam* de me & hæredibus meis, ſibi & hæredibus ſuis, tam libere & tam quiete & tam honorifice, ſicut unquam melius tenuit *Nigellus de Albeny* pater ſuus de COMITE STEPHANO patre meo, & per illud idem ſervitium, ſcilicet per Servitium unius Militis, uſque ad diviſas de *Witton*, quia nolo quod lis ulla inde oriatur pro mandacione ejuſdem *Maſſaham*, quam ipſe idem R. michi fecit, ſcilicet centum Marcas argenti, cum nichil inde poſſum clamare. Salvo ſervitio meo prædicto poſt acquierationem vadii prænominati. Sunt autem hæ metæ de diviſis de *Witton* & de *Maſſahamſhire*, ſcilicet ubi *Eſewath* eſt ex parte Occidentis de *Witebech* ſicut fluit in *Jor* & de *Eſewath* uſque *Kelgmeho*, & inde uſque in *Dalacher*, & de *Dalacher* uſque in *Blapot*, & inde uſque in *Seilkelde*, & inde uſque in *Holegil* ex parte occidentali ſicut *Machereſgate* aſcendit inter duas *Holegillas*, & inde in *Kempeſtaines*, & poſtea ſicut aquæ ſegregant, quarum quædam tendunt ad Aquilonem verſus *Witton*, & quædam ad meridiem verſus *Maſſahamſchire* & ſicut aquæ ſe ſeparant ex parte Aquilonari de *Caderlond*, & de *Burnelneſhage* uſque ad diviſas de *Coverdale*, & uſque in *Judereſho* ad diviſas *Radulfi Filii Ribaldi*. Teſtibus *Scollando* Seneſcallo, *Radulfo Filio Ribaldi*, *Hugone Filio Gernagan*, *Herveo Filio Acharii*, *Rogero Filio Gienm̄*, *Alano Pincerna*, *Roberto le Chamberlyng*, *Copſi Filio Archilli*, *Theobaldo Clerico*, *Sanſone de Alban*, *Bertramo Haget*, *Aldelmo de Aldefeld*, Et hoc omnibus quorum intereſt innoteſcimus per præſentes. In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* x. die Junii.

* *Alani.*

† *ita.*

N°. CLXVIII.


REX conceſſit *Ricardo Clarevaux* Liberam Warennam in *Croft* ſuper *Teſe, Walmyer,* & *Eſtcowton.*

Pat. A°. 15. Edw. 4. n. 12.

OBSER-

OBSERVATIONES.

OBSERVATIONES



OBSERVATIONES
IN
GENEALOGIAM
COMITUM *RICHEMONDIÆ.*

Vdo Comes Britanniæ, &c.] De *Alano Rufo*, cæteriſque *Eudonis* filiis ſatis ſuperque in *Præfatione* dictum eſt; & quod idem ſit *Honor* ac *Beneficium*, ſeu *Feodum Nobile*, Anglo-Normannis, quodque plura Maneria & Feoda Militaria complectitur, nemo eſt qui ignorat. Talem ex Terris *Edwyni* olim Merciæ Comitis erexit *Willielmus* I. contulitque in *Alanum Rufum* Richemondiæ Comitem; uti ſcriptoribus noſtris vocitatur, licet nunquam ſe ita ſcripſerit, nec ullo alio titulo quam ALANI COMITIS in Libro Cenſuali deſignetur. Quod & obſervandum eſt de *Alano Nigro*, *Stephano*, & *Alano tertio*, ſucceſſoribus ejus[a]; qui in Chartis ſuis COMITES BRITANNIÆ ET ANGLIÆ omnes audiunt, nec quiſquam ex illis titulo COMITIS RICHMONDIÆ, ante *Conanum*[b], Alani tertii filium, diſtinguitur. Sub *Edwardo* & *Haraldo* Regibus, Terræ *Edwyni* dicuntur Geldable (verbis ſit venia barbaris, quoties aliis uti non liceat) hoc eſt, Tributo Danegeld vocato obnoxiæ: *ſed poſtea Regum privilegio in* Libertatem *mutatæ*, nempe per Servitium Militare, quod & Servitium eſt Liberum Legibus Conqueſtoris[c], de Corona tenebantur, *ab omnibus Gildis & ab omni opere immunes*[d]. Atque hinc in ea parte Libri Cenſualis quæ Regiſtri noſtri primas

---

[a] App. N. XVI, XVII, XVIII. & Mon. Anglic. T. I. p. 390. b.
[b] Ibid. p. 391. & App. N. XIX.
[c] Vid. Leg. LV. Wil. I.
[d] Leg. II. Henr. I.

obtinet,

obtinet, quotquot Carrucatæ ubivis ad Geldum *Tempore Regis Edwardi habebantur* ſemper indicatur, quod perinde eſt ac ſi numerus omnium, præter eas Eccleſiæ dono datas, recenſeretur. *Statutum enim fuit* Danegeldum *annuatim reddi, ſcilicet* XII *Denarios ex unaquaque* Hida *totius patriæ, ad Conducendos eos qui Piratarum irruptioni reſiſterent; ſed de hoc libera & quieta erat omnis Eccleſia, & etiam omnis Terra quæ in proprio dominio Eccleſiæ erat, ubicunque jacebat* [a]. Sed *Normannus* a Clero etiam Militare Servitium exigebat.

Hic Alanus primò incepit facere Caſtrum & Munitionem, &c.] V. quæ ſcripſimus ad *lineam* 8^m. *pag.* 1.

Alanus Niger, frater ſuus, eidem ſucceſſit in Honorem Richmondiæ, cujus anno gubernationis XVI°. &c.] Monaſterium de *Fors in Wenſleydale* fundatum fuit ſub *Alano* tertio Comite, regnante *Stephano* Rege, circa annum 1144 [b]. Obiit vero *Alanus* ſecundus A. D. 1093. quinquennium poſtquam in Comitatum Richmondienſem, per mortem fratris *Alani Rufi*, venerat: nec niſi novennio, ſcilicet ab anno 1137. ad 1146. Comitatum tenuit *Alanus* tertius; itaque nec hic nec ille annum Gubernationis ſuæ decimum ſextum attigit.

Stephanus frater dicti Alani eidem ſucceſſit in Honorem prædictum, &c.] Tranſtulit Abbatiam de *Fors* ad *Jorevallem Conanus* Comes A. D. 1156. obiit autem *Stephanus* anno gratiæ 1137. in Britannia Nonagenarius [c], neque Monaſterium *Beatæ Mariæ Eboraci* fundavit. Sed de his omnibus vide *Præfationem* noſtram, ubi fuſius tractantur.

Alanus filius Stephani Comitis.] E luce migravit 14°. Septembris, A. D. 1146 [d].

Conanus filius Alani, &c.] Egit ſupremum diem 20°. Febr. A. D. 1170. Turris magnæ, quam *Richmondiæ* ædificavit, hodierno die ſuperſunt mœnia, eamque in angulo Tabulæ noſtræ Chorographicæ poſteritas adumbratam proſpiciat olim, poſtquam *ipſæ periere ruinæ*.

Johannes filius Adeliciæ.] Animam efflavit 8°. die Octobris A.D. 1286 [e].

Johannes filius Johannis.] Periit *Lugduni* caſu Muri oppreſſus, 18°. Novemb. A.D. 1304. ſepultus vero apud Carmelitas Ploermelienſes in Britannia, ubi & hodie mauſoleum ejus conſpicitur.

Arthurus Dux.] Obiit 27°. Auguſti, A.D. 1312 [f]. *Johannes* autem frater ejus, Comes Richmondiæ 17°. Januarii 1333. & cum Franciſcanis *Namneticis* ſepulchrum habet [g].

---

[a] Leg. Edw. Confeſſ. cap. XI. [b] Mon. Angl. T. I. p. 869, 870. [c] Lob. T. I. p. 136. [d] Hiſtoire Geneal. de Du Paz. p. 14, 15. [e] Lob. T. I. p. 277. [f] Ibid. p. 296. [g] Ibid. p. 508.

OBSER-

OBSERVATIONES
IN
TABULAM *quæ Libri frontem aſpicit,*
IN QUA

1. WILLIELMUS Conqueſtor dictus
2. ALANO Comiti terras *Edwyni* concedens, à tergo variis proceribus Normannicis ſtipatur, quorum ille qui numero deſignatur
3tio. Inſignia geſtat gentilitia Comitum de *Warenna*,
4to. Comitum de *Albemarlia*, cognomento de *Fortibus*,
5to. *Laceiorum* Comitum *Lincolniæ*,
6to. Colobium viride, quarti caſſide ita obtectum, ut cujus ſit nequaquam diſtingui poteſt,
7mo. Familiæ de *Novoburgo* Comit. *Warwici*,
8vo. Familiæ de *Ask*.
9o. Caput galeatum exerit, & nullis diſtinguitur inſignibus.

Optandum ſanè foret, quòd non in primo limine ceſpitaſſet *Regiſtumr* noſtrum, & quòd Charta illa, quam *Alano* protendit Conqueſtor, à capite ad calcem falſarium minùs oleret. Primo enim, nuſquam niſi in *Regiſtro* noſtro, vel ſaltem in decerptis ab eo, comparet. Secundo, in centum & ampliùs quas conſulimus chartis Willielmi primi, vel originalibus, vel iis, quæ vocantur *per Inſpeximus*, ne ſemel quidem ſe dehoneſtavit *Baſtardi* cognomine, at ſemper ſe vel REGEM ANGLORUM, vel REGEM ANGLIÆ DEI GRATIA, debuccinat. Tertio, æquo jure Conqueſtor *Alani* Nepos dicendus erat, ac Conqueſtoris *Alanus*, quippe qui eodem conſanguinitatis gradu conjuncti [a], hic *Ricardum Normanniæ Ducem* & *Juditham Galfridi* ſororem, ille *Galfridum Britanniæ Ducem*, & *Haviſiam Ricardi* ſororem avos habuere. Quarto, per Chartam hanc *Honor Richmundiæ Alano* conceditur [b] *ita liberè & honorificè ſicut Edwynus eum tenuit*; cùm verò ſub Edwino extitit *Geldable*, ſub Alano autem *in libertatem mutatus ſit*, multo magis liberè & honorificè eum tenuit *Alanus* quam *Edwynus*, per Servitium ſcilicet Militare, eo quidem tempore, & multis poſtea ſeculis, ex Tenuris feodalibus longè omnium nobiliſſimam, & quæ *Libertas* ipſa hic appellatur; licèt jam tandem & illud, tanquam jugum libero haud ferendum populo, fœliciter dejecimus. Ultimo adjiciatur loco, quòd *Edwynus* cum aliis magnatibus haud ita dudum poſt *Haraldi* ſtragem manum Victori dederat, [c] *Qui liberaliter donavit eis gratiam ſuam, reddidit eis cuncta quæ poſſederant, habebat eos magno honore:* [d] *datiſque ſacramentis ſuis, omnes poſſeſſiones ſuas cum honore adepti ſunt*, & cum biennio ferè exacto fidem quam pepigerat fefelliſſet, ob negatam Conqueſtoris filiam, [e] *quam ſe in conjugem daturum Edwino ſpoſponderat*, brevi rursùs *gratiam Regis petiit & obtinuit ſpecie tenus. Eboracenſes vero*, maturatâ deditione, *vim declinave-*

---

[a] Vid. Tab. Genealogicam poſt Præfat. [b] Vid. Genealog. Com. Rich. Regiſtro præfix. l.
[c] Gul. Pictav. p. 208. [d] Ord. Vit. p. 506. [e] Ibid. p. 511.

runt.

runt, Regique claves civitatis cum obſidibus dederunt[a]*:* cum vix ultra *Nottinghamiam Eboracum* verſus proceſſiſſe videatur, ſi *Orderico Vitali* fides, cui ſoli hiſtoriam hanc debemus. Haud igitur vero ſimile videtur Gulielmum *Edwyno* veniam perduellionis ſuæ, *Alano* autem *Edwyni* terras eodem ferè articulo temporis conceſſiſſe. Donatio certe illa potiùs referenda erit ad quintum Willielmi annum, quo in itinere ſuo ad Scotorum Regem ſuorum inſidiis oppreſſus occubuit *Edwynus*[b]. *Vide quæ ſcripſimus in p.* 89. *l.* 1.

Hanc excipit alia in prima pagina TABELLA, *ubi*

1us Comes *Alanus* Milites ſuos plurimis, quas à Conqueſtore acceperat, terris liberali manu donat.
Secundus horum *Moubræiorum* inſignia oſtentat.
3us *Perceiorum.*
4us *Fitz-Alanorum* de *Bedale.*
5us *Jerneganorum,* dict. *Fitz-Hugh.*
6us *Thoresbæiorum.*
7us Familiæ de *Eggleſclive.*
8us de *Burgo.*
9us *Greyorum de Rotherfield.* Notandum tamen reſtat quod in hoc clypeo, Pictoris errore, Baltheus obliquus aureo inficiatur colore, cum coccineo ſemper gens hæc nobiliſſima diſtingueretur.
10us *Killamorum* de *Danby.*
11us *Laſcelleiorum* de *Eſcrick & Scruton.*
12us *Fitz-Ranulphi* de *Spennythorn.*
13us Familiæ dictæ *Fitz-Hugh.*
14us *Marmionum.*
15us *Roaldi* de *Richmond.*
16us Familiæ de *Ellerton,* vel potius de[c] *Stavely.*
17us Familiæ de *Ask.*
18us Eadem quæ ſub numero 16°.
19us Familiæ de *Clervaux.*
20us de *Layton.*
21us de *Rokeby.*
22us Conani Filii *Henrici* de *Kelfield.*

Denique ea quæ litterâ *Regiſtri* includuntur initiali, *Richmundiæ* Burgum nobilitant.

P. 1. l. 8. *Diu ante conſtructionem Caſtri de Richmund.*] Caſtrum de *Richmund* conſtructum fuiſſe ab *Alano* primo ſive *Rufo,* tum *Genealogia Comitum* libello huic præfixa, tum omnes Hiſtorici noſtri uno ore conſentiunt, nomenque hoc Gallicum, à Fundatore ſuo impoſitum, obtinuiſſe. His addatur, quod nomen *Richmundiæ* ne ſemel quidem in[d] **Libro Cenſuali** occurrat, nec ulla alia appellatione deſignetur *Honor* ille, quam *Terra Alani Comitis,* licèt non niſi viceſimo poſt Conqueſtum anno ad umbilicum Inquiſitio hæc deduceretur. Me-

---

[a] Ibid. R. Hoveden. p. 454. [b] Sim. Dunelm. p. 203. [c] Vid. Tab. Hiſtorico-Genealog. in App. I. & II. [d] Doomſday Book.

ritò

ritò itaque Terras has diu ante *conſtructionem Caſtri ſeu Villæ de Richmund Alano* Comiti fuiſſe conceſſas, codex noſter meminit: dum nimis audacter Provinciam hanc *Richmondſhire* pro Ric Ægmundȝcine appellari, *de neſcio cujus Ægmundi regnulo*, aſſeveravit [a] *Gloſſarium*, non ita pridem à viro patriarum alias antiquitatum callentiſſimo editum. Cæterùm *Honor* apud *Anglo-Normannos* idem omnino valet ac *majoris Baronis Patrimonium Feodale*, de quo Vaſſalli ejus inferiora ſua tenebant Maneria. Id genus Tenuræ nuſquam alibi luculentiùs Exemplar quàm in *Regiſtro* noſtro facilè invenias.

Ibid. lin. 11. *Domeſday*.] Tam fusè de præclaro hoc monumento diſſeruerunt alii, ut parum nobis quod addi poſſit reſtet; ne tamen illud omnino illibatum præteriiſſe videamur, obſervabimus primò quod clarè conſtat, reclamante licèt grege Monachorum noſtrorum, vel ex ipſo **Libro Cenſuali** omnes Terras *Angliæ* in eo nequaquam fuiſſe deſcriptas. De hac re audiamus Myſtam illum Antiquitatis magnum [b] DUGDALIUM, qui in *Deſcriptione* ſuâ celeberrimâ *Agri Warwicenſis* ita ſcribit: *Hujus autem loci* [Poleſworth] *quamquam nulla ſit in Cenſu Conqueſtoris mentio, quemadmodum nec aliorum plurium oppidorum, burgorumque antiquiſſimorum, nulli tamen in hac regione cedit, ſive ad* vetuſtatem, *aut venerabilem ejus æſtimationem, ratio habeatur.* Cui & adſtipulatur TWYSDENUS: *Refero hæc*, inquit, *non quòd exiſtimem, Willielmum primum de omnium Anglorum terris ad voluntatem ſuam, & pro libitu, in modum abſolutæ dominationis diſpoſuiſſe: ipſis enim Regni majoribus fundos & amplas poſſeſſiones reliquit cujus plura extant exempla in libro nuncupato* **Doomsday** [c]. Infinita penè Villarum antiquarum nomina in eo omiſſa tacemus, ſæpè etiam unus ſolùm Dominus ſeu Tenens ponitur, & quidem portionis exiguæ in Villis plurimis, quas tamen multò ampliores fuiſſe certum eſt. Sic in perpaucis hiſce *Cenſûs Richmondienſis* apparet ſchedis, quòd apud [d] *Appilton* T.E.R. tributum ſolvebant Danicum Octo ad minimum Carucatæ, cùm ex iis duas tantum poſtea habuiſſet *Comes Alanus*. Apud [e] *Ellington* habuerunt *Norman* & *Torchil* tres Carucatas cum v Bovatis terræ, *Comes* verò ex iis ſex tantum Villanos cum duabus Car. Apud [f] *Eykeſcogh* ſolvebant VII certè Carucatæ vectigal illud, non niſi IV in *Comitem* collatæ ſunt. Ex tribus apud *Borell* ne unam quidem obtinuit *Comes* [g], nec cui hominum obveniebant ullo modo indigitatur. Quid ni igitur ex eo hoc factum ſit, quod ſoli Tenentes de Rege, & de [h] Eccleſia (quæ etiam de Rege tenebat) eo in *Cenſu* deſcriberentur, Terræ autem quæ *Anglis* remanſerant, iis ſcilicet *qui non fuerunt in Conſilio & Auxilio contra Willielmum Regem*, neutiquam ad examen revocatæ ſint? *Angli* proculdubio illi, quos *Rufus* in Auxilium ſuum contra Normannos rebelles advocavit, Villani non erant, nam *Venationes illis in propriis ſuis ſylvis reſtituit aut conceſſit* [k]. Cautiùs itaque *Ingulpho*, *Saxonicis Annalibus*, aliiſque Hiſtoriæ Anglicanæ ſcriptoribus ſubſcribendum eſt, cùm [l] *Totam Terram* fuiſſe deſcriptam jactent, nec *Hidam in tota fuiſſe Anglia, quin valorem ejus & poſſeſſorem ſciverit Conqueſtor, nec Bos nec Vacca, aut Porcus prætermittebatur, quod non is in Cenſum hunc retulerat.* Contra opinionem per ſecula ſtabilitam imus, ſed veritati litamur, Librumque ipſum & æquos Judices appellamus.

Secundò, Exemplar illud **Libri Cenſualis** hodiè in *Scacchario* aſſervati, nequaquam pro Archetypo habendum eſt, ſed ex rotulis Baronum, ſive Juſticiariorum, in Archiva Regia relatis compaginatum fuiſſe videtur. Hoc imò de-

---

[a] Baxteri Gloſſar. Antiq. Britann. p. 44. [b] Dugdal. Antiq. Warw. 737. a. [c] In Prætat. ad Leges W.I. [d] P. 9. [e] P. 14. [f] P. 15. [g] Ibid. [h] Vide etiam *Cleveby*, p. 3. *Brompton*, p. 4. *Kippling*, ibid. *Daneby*, p. 6. *Melſonby*, p. 7. *Scorton*, ibid. *Scurowton* p. 8. *Burgh*, p. 9. *Witton*, p. 12. *Ilketon*, p. 14. *Welle*, p. 15, &c. [i] Vid. Matt. Pariſ. Ed. Lond. 1640. p. 7. [k] Vide Annal. Waverl. A.D. 1088. Sim. Dunelm. p. 215. Joan. Brompton. p. 98. [l] Vid. Ingulph. p.

monſtrat, cùm varius in variis Comitatibus obſervatus Inquiſitionum ſtylus methoduſque, tum una eademque literarum forma quâ Liber ille totus exaratur. [a] *Bromptonus* expreſsè in *Chartis* Cenſum hunc deſcriptum fuiſſe aſſerit, *Quæ omnia in* Chartis *ſcripta & ad Regem delata, ac in uno Volumine ultimò redacta, inter Theſauros Regios ſunt appoſita, & uſque hodiè reſervantur.* [b] *Ingulphus* etiam, coætaneus Scriptor, ſemper de *Cenſu* hoc & *de Rotulis* loquitur, & de *incorporatione Rotulorum*, ac ſi in Librum nondum fuiſſent redacti. Habentur etiam in apographo Terrarum *Cœnobii Elienſis*, ex Rotulo hoc Cenſuali tranſcripto [c], nomina Juratorum cujuſvis Centuriatûs, quæ tamen in *Libro Scaccharii* penitùs omittuntur; unde liquido etiam conſtabit [d] Apographon *Elienſe* ex Rotulis originalibus, vel ſaltem ex alio libro, eoque quàm hodierno ampliore, deſumptum fuiſſe. Forſan itaque ab Hiſtoricis noſtris aliquoties & [e] *Rotulus* audit *Wintoniæ* **Liber Cenſualis**, non tam quòd *Wintoniæ* liber hic, velut alius *Alfredo* imperante Rotulus ejuſdem materiei, deponebatur; quàm quòd primitùs ipſe in Rotulo deſcriptus, eo loci conſervaretur. His adjiciatur, quòd duplex Liber **Domesday** in [f] *Chronicis Cœnobii Burtonenſis* & à *Thomâ Rudburnio* in *Hiſtoriâ* ſuâ *Wintonienſi* laudatur, unus *Wintoniæ* alter *Weſtmonaſterii* depoſitus: unde conjectaverit aliquis, nec temerè, Rotulum originalem, poſtquam in Librum Weſtmonaſterienſem relatus eſſet, annos etiam plurimos *Wintoniæ* ſuperfuiſſe.

Ibid. l. 20. *Simul omnia* 37.] Omnia ſimul 39 carrucatas conficiunt; latet igitur error aliquis in numeris.

P. 2. l. 6. *Mortham.*] *Thorpmortham in pag.* 79. l. ult. ſed vocatur hodiè *Morton:* Hoc ad ripas *Teiſis*, aliud ejuſdem nominis ad ripas *Salonis* ſitum habet.

Ibid. l. 8. *Simul* 71 *Carucatæ & dimid.*] Rectiùs 64 & dimid.

Ibid. l. 11. *Sochos.*] Pro Sochmannos.

P. 2. l. 9. *Modo ſunt vaſta.*] Ægrè Normannicum tulere jugum Boreales Angli, & nullâ non arreptâ occaſione novos hoſpites repetitis cladibus afflixerant, animumque Regis adeò ſibi infenſum reddiderant, ut tertio demum regni ſui anno totam illam regionem inter *Eboracum* & *Dunelmum* flamma ferroque vaſtaverit, *reis innocuiſque peremtis, ſegetibus, pecoribus, & omni genere alimentorum combuſtis* [g], penituſque novennio inculta jacuit. Hinc toties in ſchedis hiſce **Libri Cenſualis**, *Modo vaſtum eſt*, offendimus, neque enim ex favillis, cùm Cenſus haberetur, oppida emerſerant plurima ab irato Principe deleta.

Ibid. l. 20. *In Midilton habuit Ulf Manerium, hoc Uctredus nunc habet de Comite.*] *Uctredum* fuiſſe *Anglum*, & nomen ſuum, & *Rotulus Hiſtorico-genealogicus* indicat [h]. Hoc itaque aliquo modo ab *Alano* obtinuerat, ſicut & Manerium aliud in *Newton*, licèt unum alterumque in *Fleetham*, & *Langthorn*, cum terris ſuis in *Hackford*, *Odoni* Comitis homini concedere coactus ſit. Ex Anglis terras ſuas mutâſſe ſub Alano quoſdam, retinuiſſe quoſdam, aliorum quoſdam aſſecutos fuiſſe conſtat. Amiſit *Bernulphus Anderby*, obtinuit *Welle*, retinuitque *Carleton*, *Crokesby*, & *Thoraldeby*, patrimonium ſuum ante Conqueſtum. Sic & *Coſpatricius*, quanquam de *Dalton*, *Colburne* aliiſque exutus eſſet oppidis, in paternas ſucceſſit terras apud *Horneby*, *Holtby*, *Marrig*, *Askrygg*, *Ilketon*, *Tanfelde*, & *Normanby*, eaſque cum *Moreton*, *Scotton*, *Downham*, *Thoresby*, *Ellyngton*, & *Fegherby*, quæ ipſi priùs obvenerant, de Comite in

---

[a] Joan. Bromt. anno W. Conq. xxi. [b] Ingulph. p. 83. [c] Vide Append. N. I. p. 5. [d] Penes R. Gale. Vide etiam Seldeni Præfat. in Eadmer. [e] Vide Spelmanni Gloſſar. in verbo *Domeſdei.* [f] Mon. Ang. v. 1. p. 272. a. [g] Simeon. Dunelm. p. 199. Chron. Walt. de Hemingford, an. 1068. Ord. Vital. p. 514. [h] Vide Tabulam Hiſt. Gen. primam in App. inter p. 56, & 57.

posterum tenuit: quemadmodùm & ex terris suis Aldredus *Melmorby*, & *Kirby Fleetham*; Drui *Caldbergh*; & Filii Gamelli patrimonium suum in *Danby* habuerunt, omnes *Dani* vel *Anglo-Saxones*.

Ibid. l. 23. *Totum manerium 2 leug longitudine, & 4 quarent. lat.*] Vide *Leuga* in *Spelmanni Glossario*, ubi evincitur per *Leugam* mille passus vel milliare Anglicanum semper in Libro **Domesday** denotari.

Ibid. l. 31. *Emsant Musard.*] Terras habuit à Conquestore *Hasculfus Musard* in Comitatibus *Glovernienſi*, *Bercherienſi*, *Oxonienſi*, *Darbeienſi*, & *Warwicenſi* satìs pulchras, an cognatus *Emsanti* nostri, an ejusdem modò cognominis ob cognatos mores (dixerunt enim Majores nostri hominem desidiosum, vel nimiæ meditationi deditum, *Musardum)* in dubio est. Liquet tamen *Emsantum* summa fuisse apud *Alanum* gratiâ, multas enim & amplas possessiones, quas habuit pridem *Tor* Anglus, obtinuit; &, ni fallimur, Constabularii Officio sub Comite fungebatur. Fundos etenim ferè omnes, quibus fruebatur, in Constabulariorum *Richmondiæ* hæreditatem descendisse certum est ex **Kirkbei Inquisitione** *; itaque cùm illi terras *Emsanti*, cur non & hic illorum tenuerit Officium, si non & Familiæ origini fuerit.

EMSANTUS MUSARD.

RUALDUS Constab. Richmondiæ, sub Alano 3^tio^ Com. temp. R. Stephani. — *Mon. Angl.* T. I. *p.* 752. b. *Ibid.* T. II. *p.* 902. *App.* N. XVI. & XVIII.

WILLIELMUS *App.* N. XXII. *Mon. Ang. T.* 1. *p.* 391. b.

AMFELISA — JOLLANUS de Neville. *App.* N. XXXVI.

ALANUS Constab. Richm. tempore Henrici II. Ric. I. Johannis R. & Henrici III. — *Mon. Angl.* T. I. *p.* 731. *Ibid. p.* 810. T. II. *p* 903. & 883. *Mag. Rot. Ric.* I. *Rot.* 5. a. *Everwichſc. Append.* N. XXII, XXVIII, & XXXVI.

JOLLANUS de Neville. *App.* N. LXXXVIII.

ROALDUS Constab. temp. Henr. III. — *Mon. Angl.* T. I. *p.* 401. *App.* N. VII. & XXXVIII. *Addit.* N.

ROALDUS Constab. qui & Roaldus de *Burton*. temp. Hen. III. & 8vo. Edw. I. — *App.* N. VII & N. VIII. *p.* 52. & N. CLXV. *p.* 210.

ROALDUS de *Burton* 11°. Edw. I. & 15°. — *Registr. p.* 65. & 61, 62. *Dugd. Baron. p.* 644. b.

THOMAS de *Burton*, qui regnante Edw. III. terras suas H. Scroop, Dño de *Bolton*, vendidit. — *Ibid.*

* Vide Kirkbei Inquis. in *Stapilton*. p. 58. *Bernyngham*, p. 49. *Stanwigges*, p. 42, *&c.*

Ibid. l. 37. *Nunc habet Bodin de Comite.*] Duos fuiſſe, præter *Deriandum*, *Eudoni* Britanniæ Comiti ſpurios diximus [a]; eorum meminit *Lobinæus* tanquam in *Anglia* conſidentium, licèt nomina reticeat, in tabulis ſuis *Genealogicis*, nec de illis quicquam deinceps in Hiſtoria ſua proſequatur. De his tamen luculentum exhibet teſtimonium *Rotulus Hiſtorico-Genealogicus*, quem in *Appendice* edidimus [b]; ubi videas quàm nobile major eorum Bodinus, mundo valedicens, patrimonium *Bardulfo* minori reliquit, & propaginem ab eo derivatam, quæ multis deorsùm ſæculis inter *Richmondienſes* ſummis opibus & honoribus floruerunt.

P. 4. l. 7. HYNDERLAK.] Nullum hujus oppidum nominis hodiè agnoſcitur.

Ibid. l. ult. *Quod infra notatur.*] Ubi, non apparet.

P. 5. l. SOLBERGH.] Hodie nullum ſupereſt ſub hâc appellatione oppidulum, licèt Forenſe olim floruiſſe tradunt accolæ, ubi jam ager amplus & paſcuus, *Sober Paſture* dictus, antiquum retinet nomen, & forſan ex cineribus deleti, aliud in vicinia emerſit, cujus nomen *Newby*, novam ſatìs indicat habitationem, nec in Conqueſtoris **Cenſu** repertam.

Ibid. l. 7. *Nunc Picot habet.*] Cùm *Picoti* nomen Familia *de Laſcelles* frequentiſſimo uſu affectaverit, omneſque *Picoti* hujus poſſeſſiones inter eorum fundos per aliquot ſæcula numeratæ fuerint, quid ni & ortum illis *Picotum* dediſſe cenſeamus. Inter Comites Conqueſtoris *Laſcelleios* memorat *Rotulus Abbatiæ de Bello: Picotum de Laſcelles* habemus regnante Henrico II. in *Regiſtri noſtri pag.* 26. & *Monaſtici Anglicani T.* I. *p.* 810. a. ſub Henrico III. in *Append.* N. XXXV. & *Monaſt. Angl. T.* I. *p.* 661. b. ſub Edw. I. *in Regiſtri p.* 36. & incerto tempore in *Monaſt. Angl. T.* II. *p.* 536, 539, & 579. Tenuit *Picotus homo Comitis Thirntoft* [c], *Solbergh* [d], *Maunby* [e], *Kirby* [f], & *Scruton* [g], de *Alano*, quæ omnia *Laſcelleii* habuerunt regnante Edwardo I. [h] ſed in depopulatione *Comitatûs* per Scotos ſub Edwardo II. *Scruton* ad *Andream de Markingfeld*, *Solbergh* & *Maunby* ad *Hugonem de Mitton*, novos Dominos, abierant.

P. 6. l. 21. MIDILTON.] Ita in MS. ſed perperam, pro MICKELTON. Vid. p. 24. b. ubi inter *Luntone* & *Rumbaldkirke* ſcribitur [i] *Mickeltona*, quemadmodum & ab hodiernis incolis appellatur.

Ibid. l. penult. BROGHTON.] Ignoratur hodie locus.

P. 8. l. 19. *Sor. Accipitr.*] H. e. Hornotinum Accipitrem, Anglicè **a Soze Hawk.**

P. 8. l. 21. ASKE, &c. *nunc habet Wyhomare homo Com.*] Scilicet Feodalis, cujuſmodi erant *Landricus* [k], *Picotus* [l], aliique. Meruerat de *Alano*, Feodi Domino, *Wyhomarus* Villas de *Herneby* & *Ask*, ubi multis feliciter germinavit ſurculis domus antiqua quingentos & ultra annos, donec deficiente maſculinâ prole, *Eliſabetha* filia *Rogeri de Ask* hæreditatem ſuam ſecum tranſtulit *Ricardo Bowes* ex familia *Stretlamenſi* inter *Dunolmenſes*; datâ priùs radice, ſub Edwardo III. ſtirpi alteræ floreſcenti, nimirum illi *Askorum* de *Aghton* inter *Orientales Eboracenſes*, quæ patrum noſtrorum memoriâ vix tandem defecit. Fuit *Wyhomarus* Dapifer *Alano* Comiti [m], quemadmodum & filius ejus *Garnarius* vel *Warnerius* [n]: has tamen terras per ſervitium *Dapiferi* nequaquam tenuere; quidam enim *Radulphus* primùm, deinde *Scollandus* [o], Dominus de *Bedale* [p], eo munere ſub *Alano* tertio fungebantur, retinentibus interim Beneficia ſua *Wyhomari* poſteris.

---

[a] In Præfat. [b] App. p. 57. [c] Regiſt. p. 5. [d] Ibid. [e] Ibid. [f] Ibid. [g] P. 8. [h] Regiſt. p. 43, 56, 65, 92. [i] App. N. CIV. [k] Regiſt. p. 6. [l] Ib p. 8. [m] Mon. Angl. T. I. p. 401. a. [n] Mon. Angl. T. II. p. 370. a. [o] App. N. XVI. Mon. Angl. T. I. p. 874. a. [p] Ibid. p. 401. b. p. 629. b. & p. 752. b.

Accurata Delineatio Stemmatis antiquæ Familiæ de ASK, *ex Collectionibus* Petri le Neve, *Arm. Norroy*; *aucta hìc & emendata.*

WYHOMARUS Dñs de Ask, Dapifer Alani I. Richmondiæ Comitis.
Mon. Angl. T. I. *p.* 401.

GARNARUS vel WARNERIUS Dapifer. *Mon. Angl. T.* I. *p.* 874. b. Steph. Reg. — *Ibid. T.* I. *p.* 486. & *T.* II. p. 370. & *Regiſt. p.* 21. a.

WARINUS *Ibid. T.* I. *p.* 401. & *Reg. p.* 21. b. Sed qr. an non ſit idem cum Warnerio.

ROGERUS vel HUGO *App.* N. C. *Mon. Ang. T.* I. *p.* 869. b. *T.* II. *p.* 370. a. — *Mon. Ang. T.* I. 874. b.

WIMERIUS fil. Warini. *Regiſt. p.* 21. b.

CONANUS, qui habuit curam Wapentagiorum ſub Henr. II. *Regiſt. p.* 21.

WIMERIUS, vel GWYMARUS. *Mon. Ang. T.* II. *p.* 370. a. & 883. b. *Regiſtr. p.* 21. a.

THOMAS HAY

CONANUS DE ASK temp. Henr. III. *App.* N. VII. *p.* 27.

ROGERUS HAY = CHRISTIANA ſoror. & hær. W. de Lynton.

HUGO DE ASK fil. Conani, temp. Hen. III. & Ed. I.

JOHANNES HAY Dñs de *Aghton*.

HENRICUS Rector Eccl. de *Aghton*.

HUGO DE ASK Miles, filius Hugonis, temp. Edw. I. *Regiſt. p.* 50, 53, 68, 97. *App. p.* 52.

ROGERUS, Hen. III. & Ed. I. *Regiſt. p.* 29. *Mon. Ang. T.* II. *p.* 650. a.

ROGERUS HAY Dñs de *Aghton*.

ROGERUS DE ASK Miles, præter terras ſuas in Ask tenuit 4 car. terræ in *Gaytenby*, an. 12. Ed. II. *Regiſt. p.* 72, 74.

GERMANUS HAY Dñs de *Aghton*. *Mon. Angl. T.* II. *p.* 823.

GODFRIDUS HAY Dñs de *Aghton*.

CONANUS fil. Dñi Rogeri. — ISABELLA fil. & una coh. Wmi. Pert. — RICARDUS fundator Cantariæ de Hoyed. A.D. 1365 — A

. . . . . fil. Godfridi ſoror Rogeri. — ROGERUS HAY Miles, Dñs de *Aghton*. — B

JOHANNES S. P. — HENRICUS Rect. Eccleſiæ de Burnome. — GODFRIDUS HAY fil. junr. — C

A

CONANUS habuit terras in West *Newton*, An. 15°. Ric. II. & 11°. Hen IV. *Regist. p.* 77, 79.

ROGERUS DE ASK Armig. ob. 18°. Henr. VI.

CONANUS DE ASK = ISABELLA fil. Arm. 19°. Hen. VI. *App.* N. CLXVI. | Christoferi Conyers.

WILLIELMUS ASK = ... fil. Armig. | Jacobi Strangeways, Mil.

ROGERUS ASK = MARGERIA Armig. | fil. Humfr. Sigiſwick de *Walbrun*.

B

JOHANNES ASK = JOHANNA de *Ouſthorp*. | fil. & hær. Johannis Shelfered Militis.

JOHANNES = ELISABETHA ASK de *Aghton* Armig. | fil. W^mi. Gaſcoign. unius Juſticiar. D. Regis.

RICARDUS ASK = MARGERIA de *Aghton*. | fil. Roberti Utreight Mil.

JOHANNES ASK = ELISABETHA de *Aghton*, Mil. | fil. Radulfi Bigot. de *Settrington*, Mil.

ROBERTUS ASK = ELISABETHA de *Aghton*. | fil. Johann. Dñi Clifford.

ELISABETHA = RICARDUS fil. & una hæredum. | Bowes frater Radulphi B. Mil.

ANNA altera = RADULFUS filiar. & hær. | Bulmer Miles.

DOROTHEA = GEORGIUS = JANA fil. f. W. Malory de *Studley*. | Bowes de *Stretham*, Miles. | Johannis Talbot.

ROBERTUS Bowes de *Ask*, A.D. 1585.

WILL^s. Bowes de *Stretham*, 1585.

FRANCES. ANNE

JOHANNES ASK = ALIANORA fil. de *Aghton*. | & una hæred. Radulfi Ryther de *Ryther*.

ALIANORA fil. = ROBERTUS ASK = ANNA fil. Tho. Niniani Markenfield, Mil. uxor prima. | de *Aghton*. | Sutton de *Burton* in *Co. Linc.* uxor ſecunda.

ELISABETHA fil. = ROBERTUS ASK = ELENA fil. Franciſci Meering de Colingham *Co. Nottingham*. Johannis Dawney Mil. uxor prima. | de *Aghton* ſuperſtes, A. D. 1585.

CHRISTIANA filia = JOHANNES ASK Tho. Fairfax, Mil.

FRANCISCA, MARGARETA, CATHARINA, ANNA, EVERELLA, CHRISTIANA.

C

GERMANUS HAY. = ROG. HAY Civis Ebor.

JOHANNES S.P. THOMAS S.P.

P. 10. l. 20. DENTON.] Hodiè *Dent*, mutilato fine.

Ibid. l. 24. BURGH.] *Burgh* juxta *Bainbridge*, & diſtinguendum ab altero *Burgh* juxta *Cataractonium*.

Ibid. l. 28. FORS.] In Feodo fuit *Bodini*, qui, inter alias ſuas poſſeſſiones, & hanc *Bardulfo* fratri, cùm ſe Monachum in Cœnobio B. Mariæ Eboraci raſit, legavit. Eo loci *Acarias* filius *Bardolfi*, *Bodini* nepos, Monaſterium primò dictum *de Charitate* poſuit, *ſed propter penuriam & paupertatem loci, aeriſque intemperantiam*[a], tranſtulit illud *Hervæus*, *Acariæ* filius, in campos de *Eaſt Witton*, ubi a Valle amœniſſimo, quem fluvius *Jore* dividit, *Jorevallis* nomen contraxit, & ſumma viguit rerum omnium affluentia, donec communi Domorum Religioſarum calamitati ſub Henrico VIII. ſuccubuit.

Ibid. l. 28. *Ribaldus*.] Frater *Alani* Comitis[b]; nullum tamen hujus nominis inter *Eudonis* filios Scriptores Aremorici, ſed *Robertum*[c] quendam agnoſcunt; de *Roberto* interim apud noſtros altum ſilentium: hunc itaque ſub *Ribaldo* in Angliâ latere ſuſpicamur, majori ſanè ratione, cùm & omnia præter nudum *Roberti* nomen conticuerint, nec ubi gentium dies ſuos tranſegerit, exponant. Inquies verò, unde nomen ſuum mutaverit honeſtum pro ignominioſo? Si Antiquariis ſit fides Gallicis, *Ribaldi* non ob ignaviam ſed fortitudinem ſuam meruit; eo enim vivo, in opprobrium cuiquam non abierat. Affirmat *Paſquierius*, teſtis omni exceptione major, *Que du temps du* Philippe Auguſte (diu ſatis poſt *Ribaldi* ævum) Ribaud *n'eſtoit un mot de pudeur ains d'honneur*. Et, *Que le mot de* Ribaud *ſous le regne de* Philippe Auguſte *eſtoit baille a des Soldats, auſquels il avoit grande creance en ſes exploits militaires:* ubi & è *Rigordo* nos docet *Ribaldos fuiſſe Regis, qui primos impetus in expugnandis munitionibus facere conſueverunt. Et la Compagnie de* Ribaux *eſtoit ordinairement a la ſuitte du Roy, tout ainſi que la Prætorianne dedans Rome a celle des Empereurs*[d]. Apud *Borellum*, *RIBAUD eſt homme fort & robuſte*[e]. *Ce mot de RIBALDO*, ait Menagius[f], *eſtoit pris originairement en bonne part par les Italiens, comme celuy de τύραννος par my les Grecs.* Sed nec magnus ille Etymologiarum pater, etiamſi ea omnia ab aliis allata rejicere videatur, hujus Etymon vocabuli procudere auſus eſt; cùm verò apud *Cambro-Britannos* noſtros per verbum RHYVEL, *Bellum & Prælium* denotari inveniamus, & frequentiſſimè apud eos, & cognatos ſuos *Aremoricos* RHYVALLO nomen Principibus, aliiſque ſummis fuiſſe viris appellativum, non eſt dubium quin & illud, & *Ribaldus* ex hoc eodem fonte fluxerint, quamvis ob nequiores Caſtrenſium mores in malum tandem ſenſum poſterius degeneravit.

Sufficiant quæ congeſſimus de nomine *Ribaldi*, paucula jam proferamus de nobiliſſima ejus progenie, quæ ex antiquo olim tranſcripſit Rotulo[g], vir optimè de patria ſua in re antiquaria meritus *Rogerus Dodſworthius*, & ab interitu forſan conſervavit.

---

[a] Mon. Ang. T. I. p. 869, & 875. Vide etiam App. p. 57, 58. [b] Vide Præfat. [c] Lob. T. I. p. 98. Du Paz, p. 6. [d] Recherches de la France, Lib. VIII. chap. 44. ubi plura de *Ribaldis*. [e] Antiquitez Gauloiſes in verbo *Ribaud*. [f] Dictionaire Etymol. in *verbo*. [g] Hodie inter Collectiones Dodſworthii in Bibliotheca Harleyana, T. I.

RIBALDUS Dominus de *Middleham*. = BEATRIX.

Ribaldus *hic erat frater* Alani Rufi, *Comitis* Richmondiæ, *primuſque Dominus de* Middleham *poſt Conqueſtum Angliæ, cui prædictus* Alanus *dedit Manerium & Dominium de* Middleham *cum pertinentiis, & multis aliis terris quæ ante Conqueſtum fuerant terræ Dani cujuſdam nomine* Ghilpatrick [c], *tempore Sancti* Edwardi *Confeſſoris. Dedit hic* Ribaldus *Deo & Sanctæ* Mariæ *Ebor. & Abbati* Gosfrido, *in perpetuam Eleemoſynam pro anima Comitis* Alani, *& pro anima* Beatricis *uxoris ſuæ,* [d] *quinque Carucatas terræ in* Burniſton; *& mortuâ uxore, tonſuram accepit in Cœnobio B.* Mariæ *ſupradicto.*

RADULPHUS TAYLBOIS filius Ribaldi [a]. = AGATHA fil. Roberti Bruce de *Skelton* [b].

Radulfo *huic, filio* Ribaldi, *cognomento* Taylbois, Stephanus Ribaldi *frater, Comes* Britanniæ & Richmondiæ, *per Chartam ſuam, & traditionem* Securis Danicæ *confirmavit* Middelham, *omneſque terras quas* Ribaldus *pater ejus tenuit, die quo factus erat Monachus.*

ROBERTUS Dominus de *Middelham*. = HELEWISIA fil. Ranulfi de Glanville Domini de *Coverham*

Roberto *huic, filio* Radulfi, & *hæredibus ſuis, dedit* Conanus *Comes* Britanniæ, *Foreſtariam de* Wenſleydale, *cum communiâ Paſturæ* [e], & Robertus *hic tempore ſuo fundavit & ædificavit Caſtrum de* Middelham.

[f] " *Poſt mortem* Roberti *filii* Radulfi, Helewiſia *hæc, uxor ejus, filia & hæres* Ranulfi *de* Glanville *Baronis, & Juſticiarii Capitalis Angliæ, temporibus* Henrici II. & Richardi I. *aſſenſu* Walranni *filii & hærædis ſui tunc viventis, fundavit Monaſterium Canonicorum Ordinis Præmonſtratenſis, apud* Swayneby, *& obiit* 11°. *die Martii anno gratiæ* MCXCV. *& à* Swayneby *poſtea tranſlata fuerunt ejus oſſa, & ſepulta in Domo Capitulari de* Coverham. *Sed fundatio prima fuit apud* Swayneby, *anno gratiæ* MCXC, *ut patet per Bullam* Clementis III, *eidem* Walranno *conceſſam.*

WALRANNUS S. Pr. — RANULFUS Dominus de *Middleham.* = MARIA fil. Rogeri Bigot Co. *Norf.*

" Ranulfus *filius* Roberti *Dominus de* Middelham, *& frater ejus & hæres* Walranni, *multis habitis altercationibus inter ipſum & Canonicos de* Swayneby, *amovit eos, & fundavit apud* Coverham, *juxta* Middelham, *& contulit eis Eccleſiam de* Coverham, *& plura alia terras & tenementa, per* Finem *in Curia Regis* Johannis, *anno*

A B

---

[a] *Habuit etiam Ribaldus* Herveum *fil.* Mon. Angl. T. I. p. 391. a. & App. N. XV. [b] Ibid.
[c] Vide p. 11, 12, 13, Regiſt. [d] Quatuor in Mon. Angl. T. I. p. 394. [e] Vide Regiſtr. p. 101.
[f] Hæc omnia in Mon. Angl. T. II. p. 648.

" *regni*

A | B

" *regni ſui* 14°. *& obiit anno gratiæ* MCCLI. " *& apud* Coverham *ſepelitur.*"

RADULPHUS Dominus de *Middelham.* = ANASTASIA fil. Gulielmi Domini Percy.

Radulfus *hic filius fuit* Ranulfi *Domini de* Middelham, *& uxoris ejus*, Mariæ *filiæ* Rogeri Bigot, *Comitis* Norfolciæ, *& Pater* Mariæ *uxoris* Roberti, *Domini* Neville de Raby. Radulphus *hic filius* Ranulphi, *anno gratiæ* 1258 (42°. Henr. III.) *fundavit* Fratres Minores *apud* Richmond. *& obiit ultimo die Martii, anno gratiæ* 1270. (54°. Hen III.) *Oſſa ejus ſepulta ſunt apud* Coverham *in Choro, ſed Cor jacet in Choro ſub Arcu dictorum* Fratrum.

RADULFUS tertius filius Roberti.

Mortuo Ranulfo *filio* Roberti & Helewiſiæ, *remanſit hic* Radulfus *filius* Roberti *natu tertius, frater & hæres dictorum* Walranni & Ranulfi, *in Warda & Cuſtodia* Huberti Walter, *quem tradidit prædictus* Hubertus Walter, *cum Foreſtâ & totâ terrâ ſuâ*, Theobaldo de Valoyns[a], *qui fuit tunc Archidiaconus* Sarisburiæ, *& ordinatus in Subdiaconum, ſed Diſpenſatione Papali revocabatur.* [Deeſſe videtur aliquid in MS°.]

MARIA fil. & hæres Radulfi & Anaſtaſiæ. = ROBERTUS Neville Dominus de Raby.

Domina hæc Maria *in viduitate ſuâ dedit Abbati & Conventui de* Coverham *in perpetuam Eleemoſynam terras quaſdam in* Crakehall, *cum duobus Cottagiis in* Thoraldeby, *val. per ann.* xiii[l]. vx[s]. iii[d]. q[d]. *ad fundandam Cantariam in magna capella de* Thoraldeby. Maria *hæc nupta fuit* Roberto de Neville, *Domino de* Raby[b], *cui, deprehenſo in adulterio, genitalia præcidi fecit.*

MARGERIA Thweng. = RADULFUS de Neville. = EUFEMIA filia Johannis Clavering.

Radulfus *hic* de Neville, *filius & hæres* Roberti de Neville, & Mariæ *uxoris ejus Dominæ de* Middelham, *nobilis fuit Baro, ſed quoad regimen ſui temporale nequaquam providus, cupiens magis verſari inter Canonicos de* Marton, & *de* Coverham, *quàm inter Caſtella & Maneria. Duas duxit uxores, quarum prima fuit Domina* Eufemia, *filia* Johannis de Clavering, *ex quâ ſobolem infra ſcriptam progenuit*; *altera fuit* Margeria *filia* Johannis *filii* Marmaduci de Thweng, *quæ nullam ei peperit ſobolem. Superſtes fuit filio ſuo primogenito* Roberto de Nevill, PAVONI SEPTENTRIONIS, **the Peacock of the North**, *vocato: cui, & hæredibus ſuis, dedit dicta* Maria *Caſtrum & Manerium de* Middelham *cum pertinentiis, in* Feodo ſimplici, *per Finem in Curia Regis levatum,*

ROBERTUS Neville S. P. | RADULFUS = ALICIA fil. Hugonis Dñi de *Audley.*

---

[a] Vide Regiſt. p. 90. ubi Radulfus hic Ranulfus vocatur, & p. 101. ubi etiam filius Roberti & Helwiſiæ natu primus eſt Radulfus, minor Ranulfus. [b] Obiit *Robertus* hic vivo patre, nunquam itaque fuit Dominus de *Raby*.

quoniam

quoniam pater ejus ex ſapientioribus in rebus mundanis haud exiſtimaretur, & prædictus hic Radulphus de Neville obiit 18°. *die Aprilis*, 1331. (5°. *Ed.* III.) *& ſepultus eſt apud* Coverham *ad Altaris latus auſtrale.*

P. 14. l. 11. *Aſtam.*] Ita in MS. pro *Askham*, prout in titulo.

Ibid. l. 24. SYWARDTHORP.] Paſcua quædam juxta Villam de *Sutton* proximè ſequentem appellationem hanc adhuc retinent; oppido, ſi quod olim fuerit, deleto.

Ibid. l. 26. *Medietas eſt in* Landa *de Maſſam.*] Propriè ſignificat *Landa*, terram incultam & vepribus obſitam. *Iter ſuum carpſerunt uſque ad* Landas *Nobilium, quæ terra dicitur infertilis & deſerta*, Vita S. Leonis Archiepiſcopi Rotomag[a]. Hìc autem nihil aliud quàm terram vel territorium innuere videtur.

P. 15. l. 1. TINSELBROKE & l. 6. *Tinſelebroc.*] Legenda ſunt cum MS. TVISELBROKE, & *Tuiſelebroc.* Hodiè Septum ad viam quâ itur ab oppido de *Maſham* ad *Swinton*, vocatur *Teſelbrook Cloſe*, quod à torrente *Teſelbrook* illum interſecante nomen hauſiſſe videtur.

P. 16. l. 20. HOTON.] Hodiè oppidum *Hutton Hang*, à Wapentachio in quo ſitum eſt, ita diſcernitur ab aliis ejuſdem nominis.

Ibid. l. 13. OPETON & ACHEBY.] Hodiè ignotæ.

P. 18. l. 21. YARNWICK.] Nulla ſupereſt ita hodiè vocata Villa, nomen tamen retinent agelli quidam non longè ab oppido de *Kirklington* Septentrionem versùs, quos appellant accolæ *Yarnwick Garths.*

Ibid. l. 23. NORMANBY.] Ignoratur penitùs ubi fuerit, ſed forſan quærenda eſt inter rudera in Septo quod vocatur *The Hall Garth*, juxta *Carethorp.*

Ibid. l. 31. ESTON.] Nullum hìc jam agnoſcitur ESTON, nec rursùs occurrit in *Regiſtro*, ſed *Thekeſton* oppido de *Burniſton* conterminum omnes nôrunt accolæ, ſicut & *Regiſtrum* hoc ſæpiùs. Itaque non dubium eſt quin pro ESTON, legendum ſit THEXTON, nomen in Normannico ore difficilis admodum ſoni; quod igitur hoc modo immutatum, ſicut & mille alia in **Libro Cenſuali** labris eorum adaptata, accepimus.

Ibid. l. 34. *Merleſwayn.*] Inter proceres Boreales *Willielmo* I. infeſtos, fuit *Merleſwainus* quidam[b]; ſed quod fuit, idem ac noſter affirmare nolumus.

P. 20. l. penult.] *Explicit* Domeſday *de Villis & Carucatis terræ in Richmondſhire.*] Centum, ſexaginta & ſex Maneria in Comitatu *Eboracenſi*, ſecundum *Dugdalium*[c], habuit *Alanus* Comes, nec multum à veritate aberravit, cùm ex Cenſu hoc centum, ſexaginta & quatuor colligi poſſint, quæ de eo inibi tenebantur. Ex his, omnia, demptis duobus, CLIFTUNE nimirùm & FOSTUNE, in Wapentagiis de *Gilling*, *Hang*, & *Hallykeld*, Trithingæ *Eboracenſis* Septentrionalis, jacent, COMITATUMQUE RICHMONDIÆ propriè dictum conſtituunt; & Wapentagia hæc ſeparatim à reliquo HONORE aliquoties conceſſa fuerunt, nempe per *Henricum* III. *Warnero de Engayn*, & *Alexandro Bacon*[d], poſteriſque temporibus *Thomæ de Rokeby*[e] per *Edwardum* III. HONOR autem RICHMONDIÆ quicquid per *Angliam* univerſam ad Comites ſpectabat complectebatur, licèt diſtinctionem hanc in ſequentibus religiosè

---

[a] Vide Gloff. Freſnei in Landa.
[b] Annal. Waverl. anno MLXVII. & Sim. Dunelm. MLXIX.
[c] Dugd. Baron. p. 46. b.
[d] Addit. N. X.
[e] App. N. CXXXIV.

obſer-

obſervatam non ſemper inveniemus. Ad eum, eodem referente Dugdalio[a], pertinebant in Comitatu Maneria

Dorſetæ	1
Eſſexiæ	8
Hantoniæ	2
Cantabrigiæ, cum x Burgagiis in *Cantabrigia*	63
Hertfordiæ	12
Northantoniæ	1
Nottinghamiæ	7
Norfolciæ	81
Lincolniæ	101
Quæ cum *Eboracenſibus*	164
Attingunt	440

Pulchrum, mehercle, patrimonium, & mercedem quantiſcunque æqualem meritis. Ut verò Lectori meliùs innoteſcant Compendium eorum, quod è Libro Cenſuali toties laudato abſtraximus, in Appendice, ſi placeat, adeat[b].

P. 21. l. 1. *Hæc Extenta facta fuit*, &c.] An. Dñi 1183. & Henr. II. 29°. poſt immanes in *Britannia Aremorica* tumultus & rapinas, in gratiam cum patre ſuo rediit *Galfridus Henrici* II. filius, jure uxoris *Conſtantiæ*, *Conani* IV. filiæ, Dux Britanniæ[c]. Pacis hujus conditiones, quamvis jam ignotas, huic *Extentæ* occaſionem dediſſe haud dubium eſt anno proximè ſequenti: & eodem recidit, ſi vel per eas cautum fuerit ut HONOR RICHMONDIÆ, quem in manibus ſuis Rex habuit, *Galfrido* redditus eſſet, vel in poſterum Regi prorsùs ceſſerit.

P. 22. l. 1. *Fines.*] Varias hujus verbi ſignificationes apud *Spelmannum* & Gloſſariographos invenias; unam tamen attigiſſe non videntur, quæ indicat, velut his ex terris, *Redditum quendam annuum ſupremo Feodi Domino ſolvendum*, & forſan ab eo ad primam Feodi conceſſionem, *ſibi reſervatum*. Videtur idem ferè fuiſſe ac *Feodi Firma*, niſi quod illa nunquam minor fuit quàm Pars quarta veræ æſtimationis Prædii, & hanc Fines infraſcripti, trium aut quatuor tantummodo Denariorum pro unaquaque Carucatâ, æquaſſe nullo modo potuerunt. Fuit Comitatus *Richmundiæ Feodum Regale*, & idcirco Vicecomes ſive medii Domini Vicarius, annuatim Vicecomiti Regis in Comitatu Eboracenſi ſolutiones has, tanquam Vicario Domini ſuperioris, reddere tenebatur.

Ibid. l. 5. *Alvertonſchire.*] Regiuncula eſt in parte Comitatûs *Eboracenſis* ſeptentrionali, Comitatui *Richmondiæ* ad orientem contermina: hanc obtinuerat *Siwardus* Northumbriæ, & poſtea *Edwynus* Merciæ Comes T. E. R. limitibus ulteriùs quàm poſt Conqueſtum, nempe ad *Salonis* ripas, prolatis: quicquid enim in ea inter *Salonem* & *Wiſcum* fluvios olim continebatur, *Alano* Comiti *Willielmus* I. adjecit, utì ex paginâ noſtrâ, & Donatione Manerii de *Alvertune*, Eccleſiæ *Dunelmenſi* per *Willielmum* II. conſtet[d]. Hodiè verò omnia oppida ſubtus in *Regiſtro* recenſita *Wapentachio de Gillyng* numerantur, quod à *Schira Alvertonenſi Wiſcus* jam diſterminat. Prima quæ occurrit *Alvertunæ* mentio debetur Libro Cenſuali, oppidum nihilominus eſt adeò antiquum, ut ejus ignota prorsùs ſint incunabula; videtur ſanè Burgus Saxonicus, & utì plures alii, natales ſuos ex cineribus oppidi cujuſdam *Romani* habuiſſe; quidni & nomen ad *Alfredo* magno traxerit? *Romanos* olim *Romunbeiæ*, vix quingentos ab *Alvertuna* ad occidentem paſſus, conſediſſe, vel Loci nomen (*Romanorum* nempe *Habitatio*) ſatìs clarè denotat: quod & confirmatur ab excelſis vetuſtiſque aggeribus in vicinia Villæ adhuc reſtantibus, Viæque Militaris perſpicuis hodiè veſtigiis à *Der-* *Romandby.*

[a] Dugd. Baron. p. 46. b. [b] App. N. V. [c] Lob. p. 168. & Præfat. [d] Vide App. N. CXXV.

Aldby. *Easingwold.* *Thresk.* *Cattarick.* *Alborough.*

ventione per *Easingwoldiam*, *Threskam*, & *Romandbriam* hanc, ad *Caturactonium*, ſtationem celeberrimam, recto tramite ducentis, ubi & in aliam ab *Iſurio* venientem incidit. Poſt Conqueſtum fuit *Alvertuna* TERRA REGIS, donec liberalitate *Willielmi Rufi* ad S. *Cuthberti* patrimonium acceſſit[a], hodieque inter opimas Eccleſiæ *Dunelmenſis* poſſeſſiones non eſt infima. Burgenſes ſuos ad Parliamentum *Eboraci* 26° Ed. I. miſit

Johannem le Clerk, &
Stephanum Maunſell,

nec quenquam alium poſtea, donec 16°. *Caroli* I. ſervitium hoc, quod graviſſimum onus ab avis noſtris exiſtimabatur, pro ſummo demum privilegio, uti & hodie, haberetur. De Libertatibus Villæ[b], de Juribus Eccleſiæ *Dunelmenſis*[c] conſulat Lector *Appendicem*; nec tamen ægrè feret *Schiri* hujus *Deſcriptionem*, quam in ipſiſſimo Libri Cenſualis charactere fideliter expreſſam oculis ejus ſubjecimus; cuivis enim *Autographum* adire non contingit. Sed notandum eſt unam ſolummodo ex duabus quibus conſtitit pagina columellis, hic delineari.

TERRA REGIS

EVRVICSCARE.

In Aluertune ſunt ad gld. xl.iii. carucatæ tre. Ꝫ ſſ xx. car poſſ arare. H tenuit ſcdum eccm ſſ uno manerio. T.R.E. 7 habeb. lxvi. uillos cū .xxx.v. car. Hunc ꝺ appendet .xv. berewitte. Ibrebi. Stridetune. Soureb. Smitune. Kirkebi. Corketune. Landemot. bergebi. Gristorentun. Komundebi. Jafforbe. Modo, e in manu regis. 7 Waſt. e. Tē ual' quat. xx. lib. Jbi. e ptū xl. ac. Siluа 7 plan. v. leuc lg 7 latū ſimilit'

Ad hoc man' ptinet ſoca harū t'rarū. Neubuſe Weſtbuſe. Mannebi. Werlegesbi. Emdrebi. Laforde. Leiſenebi. Dignesbale. Kuntune. Irebi. Hereſtane Sighestun Colebi Timbelbi. Iechē. Chennueton. Rauneſtorp Torentun. Croxebi. Otrinctun. Komundebi. Brinton Cheluintun. Keneuetun. Int' totū ſunt ad gld' qter xx. 7 v. carucatæ. quas poſſunt arare xlv. car. Jbi ſunt. lx. ac ptī. Jbi fuer. c. 7 xvi. ſochemanſ. 8. Waſt' eſt.

[a] Vide App. N. CXXV. [b] Ibid. N. CXXIII, CXXIV. [c] Ibid. N. CXXV, CXXVI, CXXVII.

In

In Alvertune ſunt ad Geldum 44 Carucatæ terræ, quas 30 Carucæ poſſunt arare. Hoc tenuit Edwinus Comes pro uno Manerio tempore Regis Edwardi, & habebat 66 Villanos cum 35 Carucis. Huic Manerio appendent 11 Berewitæ: Brettebi, Smidetune, Sourebi, Smitune, Kirkby, Corketune, Landemot, Bergebi, Griſtorentun, Romundebi, Jaforbe. Modò eſt in manu Regis & Waſtum eſt. Tunc valebat Quat' xx libras. Ibi eſt pratum 40 Acrarum, ſilva & planities 5 leugarum longitudine, & latitudine ſimiliter.

Hodiè *Birkby, Great Smeton, Soureby, Little Smeton, Kirby Wisk, Corketune,*

quod hodiè ignoratur, *Langmath, Burrowby, Thornton in the Moor.* Duas habemus in Manerio de *Alvertune Thorntunas*, quarum una vocatur *Thornton in the Moor*, altera *Thornton in the Beans*, hoc eſt, *Thorntuna paluſtris* & *Thorntuna fabaria.* Saxonibus fuit *palus* Leper, unde oppido huic ante Conqueſtum Leperþopentun fuiſſe nomen, & ex eo *Griſtorentun* formatum Normannis conjectamus. *Romundby, Yafford.*

Ad hoc Manerium pertinet Soca harum terrarum: Neuhuſe, Weſthuſe, Mannebi, Werlegesbi, Eindrebi, Jaford, Leiſnebi, Digneſhale, Runtune, Irebi, Herelſaie, Sigheſtun, Colebi, Timblebi, Leche, Chennieton, Ravenſtorp, Torentun, Groxebi, Ottrintun, Romundebi, Brinton, Chelvinton, Kenevetun. Inter totum ſunt ad Geldum quat' 20 & 5 carrucatæ, quas poſſunt arare 45 Carucæ; ibi ſunt 60 acræ prati. Ibi fuerunt 116 Sochemanni, modò Waſtum eſt.

Newhouſe, Weſthouſe, Maunby, Warlaby, Andreby Steple, Yafford, Laiſenby, Dunſly, Runeton, Girsby, fort. *Harlſey, Sigeſton, Cowsby, Thimbleby, Leke, Winton,* fort. *Ravenſtorp, Thornton, Croſſeby, Ottrington, Romundby, Brompton, Kilvington, Knaton.*

Ibid. l. 9. *In qua computatione 14 Carucatæ faciunt x hominum computationem.*] *Aluredus* Rex ille Saxonum optimus & ſapientiſſimus, ut communis fert opinio, Angliam primùm in *Scyras, Hundredas* & *Tythingas* diviſit. Harum ultima *Decenna, Decania,* & *Decuria* dicitur, utpote quæ *Decemvirale Collegium* conſtituit, *in quo ſinguli uniuſcujuſque ſiſtendi Fidejuſſores erant, & ſi quis eorum aliquid dediſſet damni, id omne reliqui reſarcire debebant*[a]. Alio etiam nomine inter Leges Confeſſoris *Fribergus* audit, quod & idem ſonat ac *Tenmentala* apud *Eboracenſes*. *Præterea eſt ſumma & maxima ſecuritas per quam omnes ſtatu firmiſſimo ſuſtinentur, videlicet, ut quiſque ſtabiliat ſe ſub* Fidejuſſionis *ſecuritate, quam* Angli *vocant* Frieoborȝ: *ſoli tamen* Eboracenſes *dicunt eandem* tien manna tala, *quod ſonat Latinè Decem hominum numerum*[b]. Ex ſingulis hiſce *Friburgis*, ſeu *Tenmentalis*, reditum ſibi annuum quatuor Solidorum cum ſeptem Denariis, ab *Alano* in Feodum intrante, poſteriſque ejus, Conqueſtorem reſervaſſe vetiſimile eſt; & ad omnem litem de Computatione *Tenmentalarum* dirimendam, quatuordecim Carucatas pro unâ hic *Tenmentalâ* haberi ab eo, aut aliquo ex ſucceſſoribus ejus, promulgatum fuiſſe.

P. 23. l. 41. *Vaſtum Foreſtæ.*] *Foreſta de Wenſeley* innuitur, cujus limites in pagina 97[a] deſcriptos habes; ſed quiſnam ex Comitibus terras has in Foreſtam primùm convertit, nos latet. De *Foreſtaria* ejus conſulas pag. 101.

P. 24. l. 1. *De Carucatis terræ,* &c.] Omnia hæc de Carucatis terræ in *Richmondeſcira*[c], ſicut æſtimabantur 30°. *Henrici* II. eodem ferè ordine, numero, & menſurâ hìc recurrunt ac in Libro Cenſuali habentur, niſi quod illuc *Olneton* (pro quo *Ovington*, cùm nullum ſub priore appellatione agnoſcatur oppidum, legendum eſſe cenſemus) & *Gerlington* omittantur ambo in Wapentachio de *Gillyng*; quemadmodum & *Walburne* in illo de *Hang.*

Ibid. l. 15. *Multon.*] Supplendus eſt hic Carucatarum numerus in *Cottoniano* Codice omiſſus, ex *Smithſoniano*, & ultima hujus paginæ lineæ, ubi verò novem ſolùm æſtimantur, cùm in Libro Cenſuali 16 aut 12 fuiſſe dicuntur[c].

P. 30. l. 5. *Walterus de Egleſclive.*] Richmundiæ Ballivus[d].

---

[a] Lambardi Archaion. in verbo *Centuria.* [b] Leg. Ed. Confeſſ. C. xx. [c] P. 1. [d] Mon. Angl. T. II. p. 650. a.

Ibid.

Ibid. l. 36, 37, 38, 39. *Neutona, Stapeltona, Bernyngham, Latona.*] Bis hìc ſicut & in Libro Cenſuali prædictarum Villarum Carucatæ numerantur, ſed priores ordine fuiſſe *Alani* Comitis in *Soca de Gillyng* idem nos docet liber, ſequentes autem *Uctredi* & aliorum fuiſſe Maneria, cum *Soca* & *Saca* ſibimet-ipſis adjunctis.

P. 25. col. 1. l. 4, 5, 6, 7. *Enderby, Tunſtall.*] Bis etiam hìc repetuntur eorundem oppidorum nomina, diversâ tamen ſyllabarum ſcripturâ, diverſiſque Carucatarum numeris, quamobrem alterutra ex illis poſterioris alicujus calami opus fuiſſe videantur, & expungenda. Judex eſto ipſe Liber Judicialis, qui in ANDREBY 2 *Caruc. & dim. in* TUNSTALL 2 *tantùm fuiſſe*[a].

Ibid. l. 10. *Aſſe.*] Quo caſu in Wapentachium de *Hang* irrepſit neſcimus, niſi quòd cùm in Libro Cenſuali duo habeat nomina ASKE & *Aſſe*[b], errore in altero Normannici ſcriptoris, pro duabus poſteà haberetur Villis. Illam tamen offendes in præcedente paginâ Wapentachio de *Gillyng* rectè adjudicatam, cum eodem Carucatarum numero, quem hìc & in Libro iſto ſibi vendicat.

Ibid. col. 2. l. 37. *Southorneton.*] Pro *South Thorneton*; & quòd ſit eadem Villa ac *Thornton Collyng* in Libro Cenſuali, demonſtrat cùm ordo quem hìc & illic inter *Thorp* & *Thirne* obſervat, tum Carucatarum numerus idem utrique appoſitus.

P. 26. l. 19. *De veteri Feoffamento.*] Vetus Feoffamentum fuiſſe videtur Prima Feodorum Militarium per Conqueſtorem erectio. *Per homagium verò captum*, inquit Bractonus[c], *obligatus eſt Dominus ad Warrantiam qui homagium cepit; quia eſto quòd Tenens nullam chartam habuerit, vel cùm habuerit, illam non habeat ad manum, ſive Feoffamentum fuerit illud Novum, vel* Vetus ſicut à Conqueſtu Angliæ, *de quo non contigit rarò quòd chartæ non proferantur; ſi homagium intervenerit, & hoc probari poſſit, Capitalis Dominus warrantizabit ſine chartâ.* Omnia tamen Feoda à tribus noſtris Regibus Normannicis erecta de veteri Feoffamento habebantur; noviori *Stephanus* Rex, ſed non ſub æquis adeò conditionibus, initium dedit.

Ego Richardus de Greinſtede *nullum habeo Militem Feodatum de* Veteri Feoffamento *de tempore Regis* H. *avi Domini Regis, nec de* Novo *poſt mortem ejus; ſed de Dominio meo facio ſervicium unius Militis Domino Regi.*

Quod debemus Clariſſimo *Madoxio*, cujus in egregiâ *Scaccharii Hiſtoriâ* plura[d] huc ſpectantia conſulas: ſicuti & de *Scutagio*[e], quod fusè adeò tractavit, ut qui poſt illum de hoc ſcripſerit, actum agat neceſſe ſit.

Quemadmodum autem Reges noſtri Feoda in ſubditos ſuos de eis bene merentes contulerint, qui ideò dicuntur *immediatè*, ſive *de Rege in Capite tenere*, ita & Tenentes hi in Capite *Cognatis & ſervientibus ſuis* Feoda dederunt, quæ ad eaſdem temporis periodos referenda ſunt, quoad diſtinctionem illam *Feoda vetera* inter & *Nova* ſortiuntur. Ex his tamen plurima ſervitium Regi non debebant, quippe quæ nec ipſa Regiæ primitùs debebantur munificentiæ. Ampliorem nullibi horum omnium invenias explicationem, quàm in *Reſponſo Archiepiſcopi Eboracenſis mandato Henrici* II. quo præceperat numerum & nomina Militum Feoffatorum, quotquot uſpiam fuerunt, ſibi certos fieri[f].

Ibid. l. 26. *De Feodo Rolous.*] Adeas Additamenta in *Appendicem* noſtram, N. IX.

P. 27. l. 22. *De Feodo de Hoton Longvillers.*] Feodum hoc nomen habuit à Familiâ de *Longvillers*, cujus ſedes capitalis erat apud Caſtrum de *Hornbey*

---

[a] P. 7, 8. [b] P. 8. [c] Bract. p. 382. [d] P. 220. & p. 400, 401, 402. [e] Ibid. Cap. xvi. [f] App. N. VI.

in

in agro *Lancaſtrienſi*. *Margareta Johannis* filia & hæres ex aſſe, Villam hanc de *Hoton*, & totum patrimonium ſuum, *Galfrido* filio natu ſecundo *Galfridi de Neville*, regnante *Edwardo* I. ſecum advexit[a].

P. 28.] Faciem hìc antiquam *Caſtri Richmondienſis*, & qualem *Conanus Comes* eam reliquerit, unà cum Stationibus Cuſtodum ejus, quas indicat Vexillum uniuſcujuſque, conſpicias. Notandum verò eſt, quòd numeri 5 & 7 perperàm à Chalcographo locati, inter ſe ſint mutuò tranſmutandi, ita ut prior ad *Tres cantheriolos intertextos, cum ſummitate aureâ in campo cyaneo*, inſignia *Ranulfi* filii *Henrici*, & poſterior ad *Crucem imbricatam nigram in parmâ argenteâ*, quam geſtavit *Conanus* filius *Henrici de Kelfield*, referatur.

Singulorum nomina, eodem quo infra ſcribuntur ordine, vexilla & numeros in tabella reſpiciunt: Aſſignantur autem *Marmionum* inſignia *Torphino* filio *Roberti de Manfield*, ignorato forſan, ſi quod habuerit, ejus geſtamine. Accidit hoc, quòd *Johannes Marmyon Aviciam* hæredem *Gernagoti* filii *Hugonis*, qui matrem habuit *Matildam Torphini* filiam, uxorem duxerat, unde in ampliſſimam harum familiarum hæreditatem ſuccedens, obiit 15°. *Edw.* I.[b] Sub finem igitur *Henrici* III. vel initium *Edwardi* I. proſpectus hic *Caſtri Richmondienſis* depictus videatur: atat cùm vixerint ferè omnes, quibus in eo Stationes hæ tutelares aſſignantur, ſub *Henr.* II. quo regnante *Conanus* etiam Comes illud refecit, magnâque, quæ etiamnum ſupereſt, turri auxit; antiquioris Ectypon deſcriptionis, atque illo primùm delineatæ ſeculo fuiſſe poſſit.

1. Obiit *Ranulphus* filius *Roberti* (de quo plura videas in *Ribaldi* ſtirpe[c]) anno 1251. *Henrici* III. 35°.

2. Conſtabulatum *Richmondiæ* geſſit *Alanus* filius *Roaldi* regnantibus *Henrico* II. *Ricardo* I. *Johanne*, & *Henrico* III[d].

3. *Brianus* filius *Alani* genus ſuum nobiliſſimum duxit à *Briano* filio natu ſecundo *Alani* tertii *Britanniæ* Ducis & Comitis *Richmondiæ*, utì videas in *Tabula Genealogica* quæ Præfationem noſtram excipit. Patrem habuit *Alanum Briani* iſtius filium, matrem *Agnetem* de *Bedale*, utì vocatur in antiqua charta, olim in *Turri Beatæ Mariæ Ebor.* hodiè inter Collectiones *Dodſworthianas* in *Muſeo Harleyano* depoſita, quam & Anglicè à *Dodſworthio* redditam, originali jam deperditâ, inter Additamenta reperias[e].

Alano III. *Richmondiæ* Comiti fuit quidam *Scollandus Dapifer*[f], idemque Dominus de *Bedale*[g], illi, ſine dubio, nomen ſuum debet *Aula magna de Scoulande* in Caſtro *Richmondienſi*; habuit quoque filium nomine *Brianum*, ſed qui ſine prole maſculinâ deceſſiſſe videtur, relictâ filiâ nomine *Conſtantiâ*[h], forſan etiam & alterâ. Cùm verò *Brianus noſter* filius *Alani* ſtationem in *Magnâ Aulâ Scoulandi* intra Caſtrum *Richmondiæ*, *Scollandi* terras apud Villam de *Bedale*[i], & *Agnetem de Bedale* uxorem habuerit, non poſſumus non ſuſpicari *Agnetem* hanc vel filiam, vel *Scollandi* neptem, invito licèt *Dugdalio*, qui eam *Bertrami Haget* fuiſſe natam velit[k]; & *Alano* marito patrimonium *Scollandi* Eboracenſe detuliſſe, quemadmodum & *Conſtantia Scollandi* Neptis hæreditatem ſuam in agro Lincolnienſi *Radulfo* filio *Roberti de Goſeberchurch*, conjugi itidem ſuo, advexerat[l].

Brianus hic Liberam obtinuit Warennam in omnibus terris ſuis 2°. Regis *Johannis*[m]; fuitque *Vicecomes* Ebor. 22°. *Henrici* III. de tempore autem mortis ejus nobis parùm conſtat. Dedit huic *Dugdalius*[n] *Brianum* filium, quem tamen

---

[a] Dugd. Bar. T. I. p. 291. [b] Vid. Tab. Geneal. IV. in Append. & pag. ibid. 60 (*aa*). [c] App. p. 234. [d] Vide p. 229. & App. N. XXXVI. [e] Coll. Dodſw. in Muſeo Harl. T. I. & II. & Addit. N. XI. [f] Mon. Angl. T. I. p. 752. b. & p. 874. a. [g] Ibid. p. 401. & p. 629. [h] Ibid. Append. N. VII. p. 26, 27. & N. XVIII. [i] Regiſt. p. 65, &c. [k] Bar. T. I. p. 53. [l] Mon. Angl. T. I. p. 629. & 630. [m] Dugd. Bar. T. I. p. 53. [n] Ibid.

Brianum filium *Alani* vocat, omisso interim patre ejus, qui revera fuit *Briani* II. filius & nomen habuit *Alani*[a], uti patet à concessione Mercati & Feriæ apud Manerium suum de *Bedale*, quam obtinuit 35°. *Henrici* III. Fuit itaque *Brianus* ille filius *Alani*, qui *Edwardum* primum, anno regni sui quinto, in Cambrensi Bello comitabatur[b], & in quo defecit illustris familiæ stirps mascula, *Briani* secundi ex filio nepos, nequáquam filius. Summiis honoribus & favore fuit apud Principem illum invictissimum, & ab eo primùm unus è *Custodibus Regni Scotiæ* constitutus[c], ita se in hoc munere gessit, ut brevi postea sibi soli provinciam illam demandari meruerit[d]. Nec tantùm in *Scotia* strenuam Regi suo operam navavit, sed ad Parliamentum summonitus 23°. ejus anno, per septennium inter Barones Anglos ei è concilio fuit, donec ex hac luce migrans, sepulchrum habuit cum conjuge, in ala australi Ecclesiæ suæ de *Bedale*, sub Mausoleo variis coloribus, auroque, olim pulcherrimè obducto; quod tamen hodiè ad murum ejus borealem, viginti circiter abhinc annis, amotum conspicitur. Nomen uxoris periit, sed filiæ eorum, *Matildis* & *Katharina*, *Gilberto de Stapilton*, & *Johanni Grey de Rotherham*[e] nuptæ, paternam suam hæreditatem inter Familias illas diviserunt. Qualis olim fuit *Briani* tumulus ex adverso habes; quemadmodum, & alium cujusdam hodiè Ignoti; si quam autem ei lucem affundant insignia quæ gestat Icon superimposita, erant, *In Campo argenteo Cantherius coccineus inter tres rosas seu flores octopetalos.*

4. *Torphinus* filius *Roberti de Mansfield* sub Regibus *Henrico* II. *Richardo* I. *Johanne*, & *Henrico* III. forsan vixit; illi enim *Conanus* Comes, qui 17°. *Henrici* secundi obiit A. D. 1171. terras *Hermerii* atavi sui confirmavit[f]; & inter testes Chartæ quam dedit *Alanus* Constabularius *Jollano de Neville*, Regis Justiciario annis 18°. & 24° *Henr.* III. numeratur[g].

5. *Randulphus* filius *Henrici*, qui prosapiam suam à *Bardulfo* derivans, avus etiam fuit *Hugoni* illi filio *Henrici*, cujus posteri cognomen de *Fitz-Hugh* sibi imposuerunt. Obiit A.D. 1203. 5°. R. *Johannis*. Vide *Rotul. Historico-Genealogicum in Appendice*[h].

6. *Conanus* filius *Eliæ* inter testes Chartæ *Alani* Constabularii supra memoratæ *Torphinum* comitatur. Scutum stationi ejus affigitur Familiæ de *Clarisvallibus* *; an *Conanum* hunc inter proavos suos agnoscant, an alio quovis modo fundos ejus adquisiverant in dubio est: eos tamen *Johanni de Clarisvallibus* fuisse devolutos 15°. *Edw.* I. ex *Inquisitione Kirkbeyana* comperitur[i].


* Clairvaux.

7. Frequens occurrit in *Registro* Feodum *Camerarii*, cujum tamen fuit non est in promptu dicere: etenim non nisi semel cum nomine *Camerarii* legitur, quod eo loco est *Nigellus*[k], habemusque plures hoc tempore *Camerarios* Comitis *Richmondiæ*, nempe *Rodbertum*[l], *Ernaldum*[m], & *Radulphum*[n], cujus filius fuisse videtur *Nigellus*[o], sicut & *Ernaldus Rodberti*[p]. Fuerunt de Feodo hoc Villæ de *Kilwardeby*, *Askham*, *Appilby* super *Tese*, & *Fencotes*[q], quæ ut ad varios postea possessores devenerint, rem in ambiguo prorsùs relinquunt. Insignia tamen quæ *Camerario* hìc appinguntur sunt *Conani* cujusdam de *Kelfield*, terrasque habuit in Villa de *Appleby Henricus* filius *Conani* 15°. *Edw.* I.[r] quemadmodum & *Thomas* filius *Henrici Richardo* regnante II°.[s] Fuerit itaque *Camerarius* hic noster vel *Conani* Pater, vel fortè Vitricus, cum *Camerarii Feodum* inter *Richardum Lescrop*, *Henricum* filium *Hugonis*, & *Thomam* filium *Henrici*,

---


[a] Append. N. VII. p. 27. & N. XL. [b] Dugd. Bar. p. 53. [c] App. N. LXXVII. LXVIII. [d] Ibid. LXXIX. LXXX. [e] Vide Tab. Geneal. post Præfat. [f] App. N. XXII. [g] App. N. XXXVI. [h] Tab. I. II. III. & p. 58. & 59. [i] P. 58. in CROFT. Vide etiam p. 34. [k] P. 23. b. [l] Mon. Angl. T. II. p. 883. a & b. [m] App. N. XXII. [n] Ibid. & Mon. Angl. T. II. p. 883. b. [o] Ibid. [p] Mon. Angl. T. I. p. 484. a. & 485. a. [q] Regist. p. 26. [r] Ibid. p. 29. & 51. [s] Ibid. p. 36, in Feodo Camer.

Mausolæum **Briani Filij Alani** *Sicut olim Stetit in Ala Australi; hodie verò ad murum Borealem Ecclesiæ de Bedale, amota Conjuge ad Caput ejus, Locatur.*



Ignoti.

In Ala Bore
ali



J. Harris Sculp

velut trium sororum cohæredum hæreditatem, dispertitum videamus[a]: at notandum est, quòd terras suas *Senescallus*, *Pincerna*, & *Camerarius*, non ratione Officii sui, sed per Servitium Militare tenuerint[b].

8. Eodem tempore, scilicet sub *Henrico* II. filiis & nepote ejus vixit *Thomas de Burgo*, uti videas in *Appendice*[c]. Fuit *Honoris Richmondiæ* Senescchallus, Chartamque *Alani* Constabularii cum *Torphino* filio *Roberti*, & *Conano* filio *Eliæ* signavit[d].

P. 29. l. 3. *De tempore noviori.*] Videlicet *Edwardi* I. prout patet à nominibus Tenentium, *Mariæ* nempe *de Neville*, *Briani* filii *Alani*, aliorumque qui sub eo Rege floruerunt.

Ibid. l. 16. *Dalton Travers.*] Traxit Villa appellationem suam à Familia de *Travers*, ejus olim per plures annos Dominis[e], licèt eorum jam memoria diu obsoleverit.

Ibid. l. 20. *Prior de Gysburne.*] Occurrit paulò infra *Prior de Gysburgh*, & in chartulis antiquis utroque modo scribitur[f]; hodiè *Gysburgh* semper audit. Restat adhuc in Regione *Cravennensi* inter *Occidentales Eboracenses*, Oppidum mercatorium *Gysburne* appellatum, nullum verò habuit Cœnobium; cùm *Gysburgh* in *Clevalandiâ* celeberrimo, *Brucæorum* olim pietate, ornaretur.

Ibid. l. ult. *Burton Constable.*] Ita dictum à *Roaldo* & *Roaldi* successoribus, *Richmondiæ* diu *Constabulariis*, & quorum in Feodo fuit, ducentos & ampliùs, annos; donec *Thomas* hic de *Burton* patrimonium suum *Henrico le Scrop*, *Edwardo* I. regnante, vendidit[g].

P. 30. l. 19. *Follanus de Neville.*] Vide *App.* N. XXXVI. ubi *Alanus* Constabularius, cum filia sua *Amfelisa*, dat terras quasdam *Follano* huic pro Feodo vel *Servitio unius Militis*, *duodecima parte minus*. Dimidium hujus Feodi in Wapentachio de *Hallykelde*, in quo sita est Villa de *Pykale*, hìc recensetur; pars reliqua fuit apud *Whittewelle* in Wapentachio de *Hang East*, & in *Monasterio*, cujus hodiè ignoratur situs. Fuit *Follanus* noster unus ex Justiciariis Regis 18°. 19°. & 24°. *Henrici* III[h]. & ab eo nomen suum duxit *Liber Feodorum Militarium MS.* qui hodie penes *Staccharii Rememoratorem* asservatus, TESTA DE NEVILLE appellatur; fortè quòd Capita recenseat singula quæ de Rege Feoda Militaria tenebant; *Testa* enim idem sonat quod *Caput*, & *Testagium* est Census pro capite solutus.

Ibid. l. 32. *Et sciendum est quòd semper* 12 *Carucatæ faciunt unum Feodum Militare omnium Feodorum prædictorum.*] Carucatarum numerus in Feodo Militari admodum fuit incertus; dicitur hìc XII tali Feodo inesse, sed, si fides *Inquisitioni Kirkbeyanæ*, in *Askrigg*, *Burton super Yore*, *Thornton Stiward*, aliisque locis, XIV: in *Thoresby*, *Preston* & *Ridmere*, XV: in *Holtby* & *Anderby* IX: in *West Bolton* & *Parva Bolton* VI: in *Thornton Rust* XVIII: in *Masham* & *Parva Burton* XXVII: in *Kerperby* XXXVI[i], &c. De hâc tantâ igitur diversitate, in re unâ eâdemque, audiamus illustrem Spelmannum: *Littus*, inquit, *arat qui mensuram* [Feodi Militaris] *putat acu tangere, quum angustior alias sit propter terræ bonitatem, extensior alias propter sterilitatem. Respicienda etiam Dominorum munificentia & parcimonia, his tenaciter, illis profusiùs agentibus; nec non & Feodis imposita servitia, alia, de more, leviora; alia, ex pacto, graviora*[k].

Ibid. l. 35. *Wardæ Castri Richmundiæ per menses anni solvendæ.*] Castelguardum *est servitus quæ in arce aliquâ Regis, vel alterius Domini, propug-*

---

[a] Regist. p. 36. in Feodo Camer. [b] Additam. N. XIV. [c] XXV. XXVI. XXVII. [d] App. N. XXXVI. [e] Mon. Angl. T. I. p. 485. a. [f] Ibid. T. II. p. 147, &c. 148 b. [g] Dugd. Bar. T. I. p. 654. b. [h] Ibid. p. 288. b. & Mon. Angl. T. II. p. 557. a. [i] Vide pag. Regist. 37, 38, &c. [k] Spelm. Glossar. in *Feodo*.

nandâ

nandâ vel defendendâ consistit, quoties Feudatarius requisitus fuerit[a]. Custodiam Arcis *Comites Richmondienses* ita à Vassallis suis exegisse videntur, ut eorum quisque, statutis anni mensibus, in Castello servitium hoc servirent. At cùm varii valoris terras tenuerint singuli, non est supponendum omnes eos integrum in *stagio suo*[b] mensem absolvisse, sed pro æstimatione prædii sui citiùs aut seriùs ad res suas abiisse: atque hinc plures hoc, pauciores altero mense *Wardam* suam Castro *Richmondiæ* solventes habemus. Gravissimum verò Feudatariis onus hoc, nec Dominis ita commodum, procedente tempore, in solutionem nummariam immutatum est, & *Richmondienses* dimidiam Marcam, sive sex solidos cum octonis denariis, pro unoquoque Feodo Militis, numerando, se à servitutis hujus jugo redemerunt.

P. 32. l. 28. *De Karolo de Brigenhale.*] Hujus fit mentio sub eodem cognomine in p. 34; ac si nomen suum Familia hæc ab oppido de *Brigenhale* assumpsisset: constat tamen ex aliis *Registri* locis *Charles* fuisse cognomen Gentis, veluti in p. 29. l. 24. ubi *Edwardus Charles*, quemadmodum & in p. 48, 51, & 68, quidam ex eâ vocitatur.

Ibid. l. 42. *De Roaldo Filio pro* II *Feodis.*] In omnibus codicibus post *Filio* deest nomen Patris *Roaldi*, videlicet *Alani*, quod ita supplendum esse monet paginæ 35. linea 20.

P. 33. l. 28. *Non solvit Wardam Castri Richmondiæ.*] *Gualterus de Gaunt*, *Gilberti* pater, uxorem duxerat *Matildam*, *Stephani Britanniæ* & *Richmondiæ* Comitis filiam, cum quâ *Swaledale* in *Liberum* habuit *Maritagium*; h. est, *Quietam & Liberam ab omni sæculari servitio quod ad Dominum Feodi possit pertinere, usque ad tertium Hæredem*[c]. Subjecta nihilominùs manet Terra servitiis Regi, vel supremo Domino debitis, unde quatuor hæc Feoda in *Swaledale*, quæ nullam Comiti *Richmondiensi* Wardam, Regi Scutagium solvebant[d].

P. 36. l. *ult.* Recensioni huic *Wardarum*, quam *Registrum* exhibet regnante *Ed.* I. antiquiorem aliam in *Appendice* subjecimus, tempore scilicet *Henrici* tertii, & forsan circa annum ejus 19. vel 20. postquam *Petrus* Dux *Britanniæ* sese Regi *Galliæ* submiserat, captam.

P. 37. l. 1. *Incipiunt Feoda de Hangwest.*] *Richmondiæ* Comitatum, nec in Hundreda nec in Wapentachia **Liber Censualis** dispescit, eum sub titulo TERRARUM ALANI COMITIS solummodo recognoscens: sed quod tempore post Conquestum non ita longo, si non & antea, in tria *Wapentachia* herciscereretur verisimile est ab **Extenta** tricesimo *Henrici* II. facta[e], licèt ad verum divisionis annum intendere digitum haud possimus; quemadmodùm nec ad illum quo in quinque posteà dispertita sit. Hoc tamen videtur factum ineunte *Edwardo* primo, in paginis enim *Registri* 29. & 30. non nisi tria nominantur, cùm in *Inquisitione* hâc quatuor pro quinque, sed perperàm, numerentur. Clarè enim nomen *Hangwest* innuit eo tempore fuisse & Wapentachium de *Hangest*, quamvis hìc adeò inter sese utriusque Villæ commisceantur, ut partitionem illam nequaquam subiisse videantur. Quandocunque igitur Divisio ista acciderit, hodiè in quatuor disterminata sunt Wapentachia de *Hang* & *Gillyng*, ita ut ex quinque jam Wapentachiis de *Hang West*, *Hang East*, *Gilling West*, *Gillyng East* & *Hallykelde* consistat Comitatus *Richmondiensis*.

Ibid. l. 10. *Johannes de Britannia*] *Johannis* nempe I. Ducis *Britanniæ* filius, idemque qui frequenter in *Appendice* occurrit sub titulo *Johannis Ducis Britanniæ primogeniti.*

---

[a] Du Fresne Gloss. in Verbo. [b] Ibid. in Verbo. [c] Bracton. lib. 2. cap. 7. [d] Vide Regist. p. 65. l. penult. [e] Ibid. p. 21.

P. 38. l. 11. *Unde faciunt Feodum.*] Deeſt Carucatarum numerus in MS.

Ibid. l. 29. *Magiſtro S. Leonardi.*] Hoſpitalis nimirùm S. *Leonardi*, ex fundatione Regis *Willielmi* junioris *Eboraci*[a].

P. 42. l. 14. MELMORBY.] Duæ ſunt hujus appellationis Villæ, quarum altera ſitum habet in Wapentachio de *Hallykeld*. Effodiebantur olim in vicinia hujus, quæ eſt in Wapentachio de *Hangweſt*, Lapides Molares, utì apparet à chartâ veteri inter *Appendicis* noſtræ *Additamenta*[b]; lapidicina autem vel penitùs exhauſta, vel hodiernis ſaltem incolis ignota, jam in deſuetudinem abiit. Chartam tamen addidimus, quòd & hujus memoriam, & plura locorum antiqua nomina conſervet.

P. 43. l. 9. *De Feodo de Butiller.*] Feodum fuit hoc *Pincernæ* Comitis, ſicut & Villa de *Berdene*.

Ibid. l. 26. *In Anglia tenet in puram*, &c.] Inter *tenet* & *in* inſerantur *duas Bovatas terræ & unum Toftum*; ita enim lacuna hæc ſuppleri poteſt è *Mon. Angl. T.* II. *p.* 539. *l.* 23. *b*.

Ibid. l. 37. *Prioriſſa de Ellerton.*] Prioratum ordinis Gilbertini apud *Ellertonam* inter *Eboracenſes Orientales*, *Johanne* R. regnante, *Willielmus* filius *Petri* erexit; hunc agnovit *Dugdalius*[c], oblitus interea Prioratûs Monialium Ciſtercienſium[d] apud alteram *Ellertonam* inter *Richmondienſes* inſtituti. Chartam Fundationis ejus originalem penes *Henricum Drax* Armig. loci Dominum, ſervari audivimus; cùm verò ad conſpectum noſtrum nondum pervenerit, de Fundatore nihil ultra proferemus, niſi quòd à *Johanne Barden*, qui ſub *Edwardo* III. aut *Richardo* II. vixiſſe videtur, fundatum fuiſſe dicitur[e]. Altiùs autem origo ejus repetenda eſt, quippe qui ſub *Edwardo* I. in Inquiſitione hac memoratur.

Ibid. l. 40. ULVESHOW.] Hodiè corruptâ appellatione *Houſeway-bridge*, cui perficiendo legavit xx libr. *Radulphus de Neville* Comes *Weſtmorelandiæ*, A. D. 1424.

Et ad Pontem de Ulſhaw *juxta* Middleham xx l. *ſi non perficiatur in vitâ meâ*[f].

Eſt & alia *Ulſhaw* juxta *Maſham*.

P. 45. l. 9. FAGHERWALDE.] Extitit Villa inter *Welle* & *Cathorpe* tempore *Edwardi* III. cùm fundaretur Hoſpitale de *Welle*, prout ex chartis ejus apparet[g], & veſtigiis ædificiorum, quæ nomen in agris, *Fairwood Fields* etiamnùm retinent.

P. 47. l. 4[ta] à fine. *Nota quòd hìc deficiunt Huddeſwelle*, &c.] Habetur nihilominùs *Huddeſwelle*, ultimo, ut ſupra, loco.

P. 48. l. 3. *Villa de Munkeby.*] Nulla hujus nominis Villa vel in Comitatu *Eboracenſi*, vel *Richmondienſi* agnoſcitur.

Ibid. l. 30. *Atlowecoutoun.*] Villa eadem quæ & *Eaſt Cowton*.

Robertus Clarevaux *tenet in* **Athowcowton**, *aliter* **Eaſt Coulton**, *duas partes Decimarum de Dominicis quondam* Wymari Dapiferi, *&c.*

Mon. Angl. T. I. p. 402. ubi pro **Athowcowton** legendum **Atlowcowton.**

P. 49. l. 24. *Sita eſt in Foreſta.*] In Foreſtâ Novâ.

Ibid. l. 36. NEUSOME.] Carucatæ quinque *Margeriæ de Neuſom* terra fuerunt olim *Bodini*, Quinque verò quas tenuit *Henricus Pigott Alani* Comitis[h].

P. 54. l. 14. MERSKE.] Villa quam non habet **Liber Cenſualis.**

P. 55. l. 2 BROMPTON BRIDGE.] Ita hic Pons *Salonem* * fluvium tra- * *Swale.*
jiciens à viculo contermino *Brompton ſuper Swale*, vel *Eaſt Brompton* olim

---

[a] Mon. Angl. T. II. p. 367, &c. [b] N XII. [c] Mon. Angl. T. II. p. 821. [d] Lelandi Itin. T. V. p. 115. [e] Vide Thoreſbeii Ducat. Leod. p. 72. [f] Madox. Form. p 483. [g] Penes Hon. Car. Cecill Hoſp. Patron. [h] Vide *Doomſday* in Regiſtr. p. 7.

vocabatur; hodie autem à *Cataractonio* celebriori, licèt magis remoto, *Cattarick bridge* appellationem ſumpſit; & ſub nomine *Brompton-bridge* pons alius quo tranſitur rivulùs quidam ad Villam de *Patrick Brompton* ſolùm jam innoteſcit.

Ibid. l. 4. *Magiſter S. Egidii.*] Magiſter Hoſpitalis S. Ægidii apud *Cataractonium.*

P. 57. l. 36. NORTHCOUTON. *Sunt ibi tres Carucatæ terræ.*] Per *Alanum* filium *Briani* conceſſæ *Johanni de Eſt Laton*[a].

Ibid. l. ult. *Johannes tenet 2 Car.*] Fortè *Johannes Eryom*, hæres enim *Johannis Eryom* tempore R. *Ricardi* II. partem Feodi hìc tenuit[b].

P. 58. l. 39. BRETANBY.] Reſtant adhuc veſtigia Villæ & Nominis in prædio quodam D paſſus à *Barton*, Boream verſus ſito, quod tamen, unâ mutatâ literulâ, hodiè vocatur *Breconby.*

P. 64. l. 1. SUTTON HOUGRAVE.] Cave ne credas nomine *Radulphi Rugemond* luſus, quòd *Sutton Hougrave* & *Sutton Rugemund* unum idemque ſint oppidum: prius enim ſitum habet, utì hìc videas, in Wapentachio de *Hallykeld*, alterum in illo de *Hang Eaſt*, utì in *Appendice*[c], eſtque viculus M P, Caurum verſus, ultra *Maſham*, cum quâ etiam in *Conqueſtoris Cenſu* conjungitur. Eo quoque tempore fuerunt *Sutton* & *Hougrave*, duæ à ſe invicem diſtinctæ Villæ, hodiè ſunt una tantùm, quemadmodùm & quando *Inquiſitio* hæc capta fuit.

Ibid. l. 17. *Regni Edw.* II. XI^mo.] Ita in codicibus MSS. pravè pro *Ed.* I. XI^mo. quod clarè conſtat vel à ſequentibus, ubi *matrem ſuam chariſſimam Alienoram Reginam Angliæ vocat*, Henrici ſcilicet tertii viduam, cui teſtamento ſuo legaverat *Petrus Sabaudiæ* Comes *Honorem Richmondiæ*[c], eâque poſtulante occaſione facta fuit hæc *Extenta.*

P. 65. l. 4. *De Maritagio, cùm evenerit, ſecundum valorem terræ.*] Inter alia, per Maritagium innuitur, *Jus quod competit Domino Feodi, Tenentes de eo per Servitium militare in minoritate eorum maritandi,* **Maritagium ejus qui infra ætatem eſt mero jure pertinet ad Dominum Feodi**[e]. Pro conſenſu igitur Domini, & licentiâ ſeſe maritandi, quoties eveniret Minores matrimonium contraxiſſe, cenſum ſolvebant ſecundum valorem terrarum ſuarum; ſed quantum exigebant, aut qualem in eo rationem levando obſervabant *Comites* noſtri parùm conſtat.

Ibid. l. 24. *Tenet de Domino R. ratione Eſcaetæ Comitis de Ceſtria, de Novo.*] H. e. *Thomas de Burgo* terras in *Hakford*, &c. tenet de Novo Feoffamento, quæ in manus Regis per **Eſcaetam** *Comitis Ceſtriæ* devenerant. Habuit itaque *Comes Ceſtriæ* terras in *Comitatu Richmondienſi*, licèt in *Regiſtro* noſtro nullibi niſi hìc earum fit mentio. De occaſione hujus **Eſcaetæ** adeas *Henricum de Knyghton: Johannes*, inquit, *Scoticus, Comes* Ceſtriæ & Huntyndoniæ *obiit ſine liberis apud* Darenhale VII. *Idus Junii, & ſepultus eſt* Ceſtriæ. *Verùm quia terra ſua gaudebat Regali prærogativa, Comitatus ejus ad manus Regis devenit, datis aliis terris hæredibus ſororibus ſuis in compenſationem, ne tam præclara dominatio inter colos fœminarum dividi poterit*[g].

P. 67. l. 20. *Tanfield cum membris, & Manfield.*] Oppida duo ex hæreditate *Marmionum*, longè tamen à ſe invicem diſſita, hoc ad *Joris*, illud ad *Teiſæ* ripas. Tenet tamen, utì loquuntur Juriſtæ, *Manfield* de *Tanfield*, & Sectam hodiè facit Curiæ ibidem tentæ.

---

[a] App. N. XXV. [b] Vide Regiſt. p. 35. [c] App. p. 51. [d] Vide Regiſt. p. 15.
[e] Vid. Præfat. [f] Statut. Merton. cap. 7. [g] Henr. Knyghton. col. 2431.

Ibid.

Ibid. l. 26. *Roaldus de Burton.*] Idem qui & *Roaldus de Richmond*, qui & *Conſtabularius*; & quemadmodùm ab oppido hoc nomen *de Burton* aſſumpſit is, ita & ab eo *Burton Conſtable* appellabatur.

P. 69. l. ult. *Summa Feodorum prædictorum.*] Vide *Appendicis* pag. 48. l. 14. ubi Summa Feodorum hìc omiſſa ſuppletur.

P. 70. l. 5. *Dominus Ranulphus* filius *Radulphi.*] Filius erat *Ranulphus* hic *Radulphi*, filii natu tertii *Roberti* Domini de *Middleham* & *Helewiſiæ de Glanville*, propatrui *Mariæ* Dominæ de *Middleham*, quæ maximam patrimonii partem ſecum marito ſuo *Roberto de Neville* advexit: Priùs autem *Radulphus* filius *Roberti* terras has ſubtus in *Regiſtro* enumeratas à patre ſuo obtinuerat, quas & *Ranulpho* filio demiſit. Sedem ſuam apud *Spennythorn* fixerunt, unde & proſapia eorum locupleti ſatìs hæreditate donata, nomine *Fitz-Randolphorum de Spennythorn* multis ibi inclaruit annis, donec tandem deficiente maſculinâ prole, cum filiabus ad alios bona abierunt.

ROBERTUS Dñs de *Middleham* = HELEWISIA de *Glanville*.

- 3. RADULFUS 6°. Rich. I. *Vocatur* Ranulfus *ſemper in Regiſtro.*
- 2. RANULFUS Dñs de *Midd.*
  - RADULFUS Dñs de *Midd.*
    - RANULFUS ſub Henrico III. = BERTRAMA Relicta Rogeri Ingoldby.
      - RADULPHUS fil. Ranulphi 22°. Ed. I.[a] = THEOPHANIA fil. & cohæres Rogeri de Laſcelles de *Kirby Knoll.*
        - RANULFUS Ed. II. 12°.[b]
        - JOHANNES =
          - RADULPHUS =
            - JOHANNES =
              - RADULPHUS = ELISABETHA fil. Tho. Dñi Scrope de *Maſham.*
- 1. WALRANNUS ob. S. P.

JOHANNES S.P. | DOROTHEA = FRANCISCUS Aſh de *Huntton.* | ELISABETHA S.P. = NICOLAUS Stoxley. | ALICIA = CAROLUS Dronfield. | MARIA S.P. = ROBERTUS Batty. | AGNES = MARMADUCUS Wyvill de *Little Burton.*

RADULFUS Dronfield.

CHRISTOF. WYVILL.

[a] Vide Regiſt. p. 90. & Append. p. 46, 47. [b] Regiſt. p. 72.

P. 72.

P. 72. l. 3. *Servitium forinsecum.*] Servitium quod non ad Dominum Feodi Capitalem, sed ad Regem spectat, veluti *Expeditio, Pontis Arcisve constructio.*

P. 72. l. 28. 5 *Charues de terre a* 12.] I. e. *Quinque Carucatas terræ, quarum duodecim faciunt Feodum Militis.* Vide *Spennythorn* in pag. 44. *Regiſtri,* ubi ſex Carucatæ faciunt dimidium Feodum Militis. Ex immediatè hìc ſequentibus iterùm obſervari poteſt incertus Carucatarum numerus in Feodo Militis[a], quod aliquando duodecim, aliquando novem, decem, viginti, octodecim, quatuordecim, aut octo conſtituunt, certâ tamen proportione *Relevia* pro terris ſolvi videntur, nempe,

Quando XII Carucatæ faciunt unum Feodum Militis, tunc una Carucata dabat pro Relevio		VIII s.	IIII d.
Quando VIII	Car. &c. tunc una d. pro R.	XII s.	VI d.
Quando IX	Car. &c. tunc una d. pro R.	XI s.	I d. ob.
Quando XVIII	Car. &c. tunc una d. pro R.	V s.	VI d. ob. q.
Quando XX	Car. &c. tunc una d. pro R.	V s.	
Quando XII	Car. &c. una Bovata d. pro R.		XII d. ob.
Quando IX	Car. &c. una Bovata d. pro R.		XVI d. ob. q.
Quando XVIII	Car. &c. una Bovata d. pro R. &c.		VIII d. q. & dim. q.

Unde conſtat, quòd ſecundum agri fertilitatem aut ſterilitatem plures pancioreſve Carucatæ ad Feodum Militare acceſſerint, quod unumquodque Feodum Domino centum ſolidos pro *Relevio* ſolverit; & quòd ſingulæ Carucatæ octo Bovatas in ſe continuerint. De Carucata autem, aliiſque terrarum dimenſionibus adeas *Appendicem*[b].

P. 75. l. 4. *Ad Gulam Auguſti.*] Feſtum idem eſt ac S. Petri ad Vincula, *Kal. Auguſti*; ſed quid ſibi vult nomen GULA adhuc in tenebris latet: aliqui à *Gula* morboſa filiæ *Quirini* cujuſdam, eo die, vincula S. Petri oſculando lanata deductum[c]; alii nihil aliud quàm initium Menſis ſignificare *Gulam* volunt[d]. In tanta caligine liceat & nobis conjecturam noſtram in medium proferre. GULA Danis Jol & Jul, Saxonibus ȝeol, ȝehul, & ȝiul, antiquitùs Commeſſationem, & feſtivi gaudii tempus quodvis denotare videtur: cùm verò Convivia & Sympoſia circa mediam hyemem ab Æthnicis potiſſimè celebrarentur, appellationem hanc Natali Salvatoris noſtri, qui eadem ferè tempeſtate accidit, propriam tandem Chriſtiani dicabant; atque apud Anglos Boreales, Scotoſque YULE etiamnùm audit tempus illud ſolenne. GULA igitur AUGUSTI nihil fortè aliud innuat niſi FESTUM *Auguſti ad Kalendas* inſtitutum, quod olim hlaf-meſſe, hodie *Lammas*, ſeu *Feſtum Primitiarum* nuncupatur.

Ibid. l. 8. *De Wardis.*] Solutiones nempe pro *Warda* Caſtri de *Middleham* obvenientes.

P. 76. l. 6. *Cum ſocio ſuo.*] *Stephano Maulovel.* Vide p. 74. l. 4.

P. 78. l. 18. *Radulphi Comitis Weſtmerlandiæ.*] Illuſtriſſimum *Nevillorum* genus hoſpes eſt in Hiſtoria Anglicana qui non novit? et ſi longa proavorum ſeries tam à Regio ſanguine *Saxonum* quàm à primoribus *Normannorum* deducta, ſummiſque cum honoribus tum & opibus per multa retrò ſecula clareſcens quenquam nobilitare poſſit, palmam omnibus ferè Regni proceribus familia hæc meritò præripere audeat. Nulla equidem plures aut vegetiores ſtirps ramos un-

---

[a] Vide Obſerv. in 32. pag. 30. [b] N. II. & III. [c] Vide Spelm. Gloſſ in verbo *Gula*.
[d] Vide Kennetti Gloſſar. in Antiquit. Parochial.

quam

quam protrusit; hinc etenim Comites *Westmerlandiæ*, *Sarisburiæ*, & *Warwici*; hinc Marchio *Montisacuti*; hinc Dux *Bedfordiæ*; hinc Barones *Furnivallis*, *Latimeri*, *Falconbridgiæ*, & *Bergavenniæ* germinârunt: cùm verò *Richmondiæ* limitibus excedere nostri non sit instituti, stemmata solùm Comitum *Westmerlandiæ*, & Baronum *Latimerorum* hujus erunt loci.

WALTHEOF =

CRINAN = | UCTREDUS = ELFGIVA. fil. Comes *Northumbriæ*. | Ethelredi Regis *Angl.*

MALDRED = ALDGITHA

COSPATRICIUS = fil. Maldredi.

COSPATRICIUS. WALTHEOF. DOLPHIN fil. Maldredi. =
De his omnibus vide Sim. Dunelmensem, p. 79, 80.

ROBERTUS fil. Maldredi Dñs = ISABELLLA fil. unica & hæres. — HENRICUS ob. S. P. 11°. H. III.
de *Raby*.

GALFRIDUS de = *Neville* Dñs de *Raby*.

MARGARETA = fil. & hæres Johannis de *Longvillers*. | GALFRIDUS de *Neville*. Ob. 13°. Ed. I. | ROBERTUS. Ob. 10°. Ed. I. = IDA Roberti Bertram. vid.

JOHANNES.

ROBERTUS de = MARIA fil. & *Neville* junr. Ob. vivo patre 55°. Hen. III. | una cohær. Radulphi fil. Ranulphi.

EUFEMIA fil. Johannis Clavering. Ux. 1ª. = RADULFUS de *Neville*. Ob. 5°. Ed. III. = MARGERIA fil. Marmaduci Thweng. Ux. 2da.

ROBERTUS (*Pavo Septentrionis*) Ob. vivo Patre.

RADULFUS de *Neville* Dñs de *Middleham*. Ob 41. Ed. III. = ALICIA fil. Hugonis de *Audley*.

ELISABETHA fil. & hær. Dñi Latimer de *Danby*. Ux. 2da. = JOHANNES de *Neville*. Ob. 12°. Ric. II. = MATILDA Perci. Ux. 1ma.

A B

GILBERTUS = de *Neville* Normannus.

GALFRIDUS = de *Neville*.

GALFRIDUS de *Neville* ob. 5°. Ric. I. = EMMA fil. & hær. Bertrami de *Bulmer*.

A | B |

MATILDA = JOHANNES de *Neville* Dñs Latim. Ob. S.P. 9°. Henr. VI. | ELISABETHA.
fil. Tho. Dñi Clifford.

MARGARETA = RADULPHUS *N.* Comes *Westmerl.* Obiit 4. Hen. VI. = JOHANNA fil. Johan. *Gandav.* D. *Lancast.* Ux. 2da.
fil. Hugonis Co. *Stafford.* Ux. 1ma.

MATILDA
ALICIA
PHILIPPA
MARGARETA
ANNA
MARGERIA
ELISABETHA

RADULFUS = MARIA fil. Tho. Ferrers de *Oversley.*

JOHANNES obiit 2°. Hen. VI. vivo patre. = ELIZABETHA fil. Tho. Holland Com. *Cant.*

ANNA = JOHANNES cæsus in prœlio de Towton 1. Ed. IV.
relicta Johannis *N.* nepotis sui.

RADULFUS = ELISABETHA fil. H. Perci *Hotspur* dicti.
Co^s. *West.* Obiit 2°. R. III.

RADULFUS = MARGARETA fil. R. Booth de *Barton* Co. *Lanc.* Mil.
Co^s. *West.*

JOHANNES obiit 29°. Hen. VI. S.P. = ANNA fil. Jo^is. Holland Duc. *Exon.*

ANNA uxor Will. Coniers Mil.

RADULFUS Ob. vivo patre. = EDITHA fil. W. Sands.

CATHARINA = RADUL. Com. *Westm.* Ob. 15. Hen. VIII.
fil. Ed. Duc. *Buckingham.*

1. RICARDUS Com. *Sarum.*
2. WILLIELMUS Dñs *Fauconbridge.*
4. EDWARDUS Dñs *Bergavenniæ.*
5. ROBERTUS Episc. *Dunelmensis.*
6. CUTHBERTUS.
7. HENRICUS.
8. THOMAS.

3 GEORGIUS = ELISABETHA fil. Ricard. de Bello campo Co. *Warw.*
Dñs Latimer. Obiit 9. H. IV.

HENRICUS = . . . fil. Domini Berners.
Neville cæsus in prœlio de *Edgcote* 9°. Ed. IV. vivo patre.

RICARDUS = ANNA filia Humf. Stafford de *Grafton.* Co. *Wig.*
N. Dñs Latimer. Obiit 22. Hen. VIII.

CATHARINA = JOHANNES = DOROTHEA
fil. T. Parr de *Kendall.* Mil. relicta Hen. VIII. Ux. 2a. | *N.* Dñs Latimer. | foror & cohæres Johan. Com. *Oxon.* Ux. 1ma.

MARGARETA | JOHANNES Ds. Latimer. = LUCIA fil. Henr. Co. *Wigorn.*

1. CATHARINA uxor Henr. Com. *Northumbriæ.*
2. DOROTHEA uxor Tho. Com. *Exon.*
3. LUCIA ux. Wil. Cornwallis Mil.
4. ux. Johannis Danvers Mil.

A

ELIA-

A

ELIANORA.
MARIA ——THO. DANBY Mil.
DOROTHEA —JOH. Com. Oxon.
JOANNA.
MARGARETA-HEN. Com. Rut.
ELISABETHA--THO. D^s. Dacres.
ELIANORA —BRIANUS STAPILTON Mil.
ANNA———FULCO GREVILLE Mil.
URSULA.

JANA filia Tho. Com. *Rutland.* = HENRICUS C. *Weſtm.* Ob. 5°. Elizabethæ. = MARGARETA fil. R. Cholmley Mil. relicta Hen. Gaſcoin Mil. Ux. 2ª.
THOMAS
EDWARDUS
CHRISTOF.
RADULFUS
CUTHBERTUS
MARGARETA ELIZABETHA

CAROLUS Com. *Weſtm.* attinctus 13°. Eliſab. = ANNA fil. Henrici Comitis *Surriæ.*
1. ELEANORA ux. Williel. Pelham Mil.
2. CATHARINA ux. Johannis Conſtable Mil.
3. MARIA.
4. ADELINA.

CATHARINA = THO. GREY de *Chillingham* Mil.
ELIANORA ob. innupta.
MARGARETA = NICOLAUS Pudſey.
ANNA = DAVID Engleby.

P. 78. l. 26. *Idem r. de*——16 s. *r.*] Hæc ita legas : *Idem reſpondet de* 16 *ſolidis receptis*, &c.

P. 81. l. 1. *Fines & Wardæ Feodi Roaldi.*] Terras omnes quas ab avis ſuis *Richmondiæ Conſtabulariis* acceperat *Thomas de Burton*, utì diximus [a], *Hen. le Scrope*, Domino de *Bolton*, regnante *Ed.* III. vendidit. Villam nihilominùs de *Burton*, quæ ab eis *Burton Conſtabularii** vocabatur, ille vel *Roaldus*, pater ejus, *Galfrido le Scrope* de *Maſham* priùs tranſtulerat : Mercatum enim & Nundinas annuas ab *Ed.* II. in ea celebrandas *Galfridus* iſte impetraverat [b]. Ab ejus poſteris ad *Radulphum* filium *Randolphi* de *Spennythorn* cum *Elizabethâ*, unâ ex tribus filiabus & cohæredibus *Thomæ Scrope*, Baronis de *Maſham*, tranſivit; ſicuti & demùm à filiis *Randolphi* cum *Agnete* unâ cohæredum ſupradicti *Radulphi* ad *Wyvillos* hodiernos loci Dominos abiit. * *Conſtable Burton.*

P. 83. l. 22. *Abbas de Jervaux tenet* le Rydding *juxta Woodhalle.*] Vocem hanc *le Rydding* vel *le Riding* nequaquam à Saxonico Ðniðinȝ, ſed à more Maneriorum Dominis equitandi certis temporibus circa limites ſuos, quo eos ſibi aſſerant, vel hodiè hiſce in oris ſolenni, & quod vocant **Riding their Bounds**, deductam autumamus. Etenim ſi in priori accipiatur ſenſu, verbis eam comitantibus nullo modo adaptari poteſt : ſin autem à poſteriori eam derivatam velimus, nihil manifeſtius erit quàm Regiunculam ſive Territorium quoddam juxta Villam de *Woodhalle*, ſicut à Dominii poſſeſſoribus circumequitari ſolebat, per eam deſignari. Eâdem planè ſignificatione habemus in *Monaſtico Angl.* **Rambelridding** [c], **Tanfieldridding** [d], **Heſſayridding** [e].

Ibid. l. 34. *tenet dimid. Caruc. terræ in Forneburgh.*] Deeſt nomen Tenentis in Codd. MSS. & quanquam illud Fundi adhuc conſervent, æquè in ignotis eſt, cùm nullum hodiè comperire his in oris locum poſſimus, qui ſub eo diſtinguetur : nulli igitur dubitamus quin pro *Forneburgh* reponendum ſit *Thorneburgh*, quod prædium eſt *Cataractonium* juxta & *Burgh* ſedem olim Familiæ cognominis; & quòd ſimul cum ea jam ad *Lawſonos*, ineunte ſeculo

[a] Vide Obſervat. in p. 2. l. 31. [b] Append. N. CVI. *Thomas de Richmond* fil. *Thomæ*, relaxavit *Galfrido le Scrope* totum jus ſuum in Manerio de *Burton Conſtable*. Rot. Clauſ. 36. Ed. III. [c] Monaſt. Angl. T. I. p. 386. b. [d] Ibid. p. 579. a. [e] Ibid. b.

XVII°. devenit, per connubium *Elizabethæ* filiæ unicæ & hæredis *Rogeri Burgh*, cum *Radulpho Lawſon* Mil. quorum poſteri ambobus hodiè fruuntur.

Ibid. l. 36. *Cognovit Tenuram per Homagium.*] Quippe *qui nullam, ad manum ſaltem, pro Feodo ſuo chartam habuit*, quod itaque tenuit per interventionem Homagii. *Vide quæ è* Bractono *exſcripſimus ad paginam Regiſtri* 26.

P. 86.] Vacat in MS. omninò hæc pagina, niſi quòd vexillum *Filii Hugonis* oſtentet, forſan ideò Feodis familiæ iſtius recipiendis deſtinata, quæ ab avis ſuis *Bardulpho* & *Acario* acceperat, licèt caſu aliquo omiſſa non compareant. Huc ſanè facit, quòd ſequens pagina exhibeat Feoda, quæ cum *Eliſabethâ*, *Marmionum* hærede, in *Henricum* Dominum *Fitzhugh*, regnante *Henr.* V. devoluta ſunt[a].

P. 88. l. 27. *Wapentagio de Frendleſſe.*] Wapentachium hoc generi ſuo *Radulpho de Neville*, Comiti *Weſtmerlandiæ*, dono dedit *Johannes Gandavenſis*, Dux *Lancaſtriæ*[b]; ſed ubinam gentium hodiè ſit quæras, nos equidem ignaros fatemur.

Ibid. *Blaunchferme.*] Adeas *Spelmanni* Gloſſarium in ALBA FIRMA.

P. 89. l. 1. *Comitis Richmundiæ.*] *Comes* hic *Richmundiæ* fuit *Johannes* filius *Johannis* primi *Ducis Britanniæ*, & Libertates has, non per chartam Conqueſtoris, ſed per *Præſcriptionem*, ſive *à tempore quo non extat memoria*, ſibi, ſuiſque vendicat; quod & fecerunt ſucceſſores ejus[c], nullâ habitâ ratione Diplomatis quod in Tabella prima *Regiſtri* Normannus *Alano Comiti* porrigit.

Ibid. l. 19. *Clamat habere liberam Chaceam per totam Wendeſlaidale.*] Vide Append. N. CXVII.

Ibid. l. 21. *Ducto de Askrig.*] Ductus ille in pag. 97. MEREBECK, i. e. *Torrens limitaneus*, appellatur.

Ibid. l. 26. *Item clamat habere liberum Burgum ſuum de Richmunde.*] De *Richmundiæ* oppido, quamvis ſedes ſit & caput *Honoris* ampliſſimi, levis vel nulla hucuſque in *Regiſtro* habetur mentio. **Liber Cenſualis** illud omninò reticet, utpote vix, aut ne vix quidem eo tempore fundatum: ſed quid in cauſa fuerit ut tam alto per tot poſtea ſecula damnatum eſſet ſilentio, non eſt adeò in promptu dicere, niſi quòd cùm Comites variis immunitatibus & privilegiis Villam hanc donaviſſent, reſervatâ ſibimetipſis ſolummodò ex illa *Feodi firmâ*[d], ſui quaſi juris devenerat, ideoque in cenſum eorum haud referenda.

Suaſerit aliquos *Romanam* ei fuiſſe originem magna argenteorum vis numiſmatum, ad radices montis quo innititur Caſtellum, egeſta ineunte anno 1720. ſed cùm nullum aliud unquam Romani nominis hìc indicium, at *Cataractonium*, celeberrimam in vicinia ſtationem, offendamus; ſubit potiùs ſuſpicari Romanum quendam *Cataractonienſem*, rebus florentibus, nemorum & aquarum amœnitate delinitum, Villam hìc poſuiſſe ſuam; aut locorum ſaltem ſolitudini confiſum, adventante *Saxone*, theſauros ſuos defodiſſe[e]. Erant numiſmata numero plus ſexcenta, ſequioris ævi & poſt *Conſtantinum* omnia, Inſcriptiones autem ad nos advectorum Lectoris oculo ſubjicimus.

1. Conſtantii *junioris caput.*
DN CONSTANTIVS PF AVG.
Victoria gradiens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam.
VICTORIA DD NN AVG
LVG.

---


[a] Vide Tabulam Hiſtorico-genealogicam in Append. III. & V. paginamque 59. [b] Dugd. Bar. p. 298. a. [c] Vide App. N. CXLIX. & CLI. [d] Ibid. N. XVII. [e] Vide Annales Saxon. anno CCCCXVIII.



A. *Thorpe edge.*
B. *Maske edge.*
C. *Whitley Scar.*
D. *Hergill houses.*
E. *Hudswell.*
F. *Hudswell Moore.*
G. *Castle Mills.*
H. *Church Mill.*

Viro celeberrimo Francisco Nicholsono *Capi-*
Australis. *Fidei Commissario et Visitatori primo*
Virginia. *Cui etiam Provinciæ olim præfuit et*
Annapoli Regali; *quas in ultimo bello expulsis*
Nova *Britannicarum, recuperavit. Prospectum*
natales suos habuit;





taneo Generali et Gubernatori Supremo Carolinæ
Collegij Regalis RR. Gulielmi et Mariæ in
Marylandiæ, Novæque nuper Scotiæ et
Gallis, Dux ibi Præfectusq, copiarum et in Terra
hunc Richmondiæ, cujus in Confinijs Dounhamiæ
D.D.D.R. Gosling.

I. Way to ỹ Bank Top.
K. The Castle & Castle Tower.
L. Trinity Church.
M. Low Church.
N. The Priory.
O. The River Swale.
P. The Caterakt.
Q. The Schoole house.

2. Juliani *caput.*
FL. CL. IVLIANVS PF AVG.
In Corona.
VOT. V. MVLTIS X
PLVG.

3. Valentiniani I. *caput.*
VALENTINIANVS PF AVG.
Miles dextrâ Labarum, ſiniſtrâ clypeum tenens.
VIRTVS EXERCITVS.
TRES.

4. *Ejuſdem caput.*
DN VALENTINIANVS PF AVG.
In corona
VOT X MVLTIS XX
MDPS.

5. Valentis *caput.*
DN VALENS PF AUG.
Roma *galeata ſedens, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam tenens.*
URBS ROMA
TRPS.

6. *Ejuſdem caput.*
DN VALENS PF AVG.
Miles Labarum dextrâ, clypeum ſiniſtrâ.
VIRTVS EXERCITVS
TRPS.

7. Gratiani *caput.*
DN GRATIANVS PF AVG.
Roma *galeata ſedens, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam.*
VRBS ROMA
TRPS.

8. *Ejuſdem caput.*
DN GRATIANVS PF AVG.
Roma *galeata ſedens, dextrâ globum, ſiniſtrâ jaculum.*
VIRTVS ROMANORVM.
AQPS.

9. Magni Maximi *caput.*
DN MAG MAXIMVS PF AVG.
Roma *ſedens capite caſſide obtecto, dextrâ globum, ſiniſtrâ ſceptrum tenet.*
VIRTVS ROMANORVM.
TRPS.

10. Theodoſii *ſenioris caput.*
DN THEODOSIVS PF AVG.
Roma *galeata ſedens ſpoliis, dextrâ globum Victoriæ ſubjectum, ſiniſtrâ haſtam.*
VIRTVS ROMANORVM.
TRPS.

II. Honorii *caput.*
DN HONORIUS PF AVG
Roma *ſedens dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam.*
VIRTVS ROMANORVM
MDPS.

Primordia ſanè ſua, utì diximus[a], *Britannis Aremoricis* oppidum debet, qui & territorium quoddam, ſeu Dominicum, ei adjecerunt, vocatum *Terram de Fontenay*[b], licèt nomen hoc & limites territorii hodiernis incolis parùm noti ſint. Floruit olim plurimis Burgenſibus, Mercatoribus opulentis, Artificibus, aliiſque ſuis habitatoribus, nec minùs extraneis frequens, donec alia in vicinis, poſtero tempore, erecta regionibus *Mercata* commercium ejus ſubtraxerunt, incolaſque peſtes, morbique deleverunt Epidemici[c].


Ædes habuit, unas Fratrum Minorum *Radulpho* filio *Ranulphi*, Domino de *Middleham*, an. gr.[d] 1258. alteraſque Monialium priori ad occidentem contiguas, ignoto jam Fundatore[e], præter Eccleſiam Parochialem *Beatæ Mariæ*, cujus in Cœmeterio ſita eſt Schola Grammaticalis. Habuit etiam in Foro Capellam *Sanctæ Trinitati* ſacram, quæ etiamnum divino cultui inſervit, aliaſque in aliis oppidi vicis Sanctis *Edmundo Regi, Nicolao, Antonio,* & *Jacobo* dicatas, unamque ab *Anachoretâ* occupatam[f]. Hodiè gaudet renovato quodammodo commercio, Foro diebus Saturni omni penu refertiſſimo, & Nundinis, bis in anno[g], magno vicinorum concurſu celebratis. His & addendum eſt, quòd Senatores ad magna Regni Comitia duos ſemper miſit ab anno XXVII°. *Elizabethæ* Reginæ; quippe quòd de Ducibus *Britanniæ* Tenens à ſervitio hoc immune antiquitus fuerit, nec Senatores ſuos elegerit priuſquam ſervitium illud pro ſummo haberi privilegio cœperat. Variis variis temporibus uſus eſt *Burgus* Sigillis, antiquiſſimum eorum omnium in *Regiſtri* literâ initiali cœlatum videas, ſecundum infra, item & tertium, quod non in uſum venit niſi poſt *Roſas Rubram* & *Albam* feliciter ab *Henrico* VII. Comite olim *Richmundienſi*, conjunctas, quibus & illud Scholæ Grammaticalis addidimus.



[a] Vide Obſervat. in p. 1. l. 8. [b] Vide App. p. 61. & N. XVII. CLXV. CLXVI. Obſervat. in p. 61. l. 32. [c] Ibid. [d] Vide Rot. Genealog. Ribald, p. 235. [e] Vide Addit. N. V. [f] Addit. N. XIX. & Lelandi Itin. Vol. V. fol. 113. [g] Vid. Regiſt. p. 89.

In Ecclesiâ Parochiali de Richmund.

In orientali fenestrâ Cancelli.




Johannis de Britan Com: Richm.



Cœnobij de Fontibus

In Occidentali fenestrâ Alæ Borealis Ecclesiæ.



Fitz Hugh



Nevile




Scroop de Bolton


In borealibus fenestris Alæ Aquilonaris



Nevile



Halnathby.




Fitz Hugh Nevile Marmion Mountagu



Tibetot




Scroop de Bolton




Johannis Gandavensis

In Orientali fenestrâ Alæ Australis.



Johannis Gandav.



Johan. de Brit. Com: Richm.



Nevile

In quadam Australi fenestrâ



Angliæ.




Johannis Gandavens.

In alterâ Australi fenestrâ

In supremis fenestris ex Aquilonari parte Eccliæ

In supremis fenestris ex Australi pte Eccliæ

In fenestrâ Campanilis




Fitz Hugh




Fitz Hugh



Coniers




Scroop de Bolton Tibetot




Scroop de Masham

Sculpta super murum in Cancello Orientem versus.


Super partem exteriorem Campanilis.




Nevile




Fitz Hugh



Ducis Britan.



Nevile



Fitz Hugh

I. Harris Sculp.


In muro Borealı
Eccleſiæ de Bedale



In *Eccleſia de* Bedall


In Orientali feneſtra Cancelli

In feneſtra Campanilis



Briani Fil Alani — *Edmundi Com Cornubiæ* — *Johannis de Gandavo* — *Fitzhugh* — *Johan: de Britannia Com Rich* — *Kilpeck*

In Orientali feneſtra Alæ Auſtralis.



Briani Fil. Alani

J. Harris sculp

P. 92. l. 9. *Per conceſſionem & confirmationem D. Hen. R.*] Conceſſionem hanc & Confirmationem in *Appendice* videas[a].

Ibid. l. 16. *Et facit Sectam in propria perſona.*] H. e. facit Sectam in propria perſona ad Curiam Comitatûs *Eboracenſis*; ad Curiam Tritlingi apud *Yarleſtre*, hodiè *Yearſly*, celebratam; & ad Curiam Wapentachii de *Bruddeford*; & ſic infra pro reliquis terris ſuis.

P. 93. l. 30. *Conſ.*] Pro Conſtabit.

P. 97. l. 10. *Dat. apud Nigun.*] *Dugdalius* Chartam hanc in *Monaſtico* ſuo producit[b], omiſſo loci, quo data fuit, nomine; *Nimione* ſcilicet, hodiernâ appellatione *Nigeon*[c], in vicinia *Lutetiæ Pariſiorum*, ubi Hoſpitium habuerunt Duces *Britanniæ*[d], Teſtibus multis *Anglis* & omnibus *Richmondiæ Burgenſibus*; quos tamen obſignationi ejus, an. gratiæ 1278. tam longè à *Burgo* ſuo habitæ, interfuiſſe parùm eſt credibile. Forſan itaque quod in ea de *Teſtibus* aſſeritur, pactionem illam ſolummodò reſpicit, quam inter Comitem & Conventum factam fuiſſe refert initium *Chartæ*, A. D. 1275. circa hoc enim tempus moram non mediocrem in *Anglia* Comes traxerat, ubi & anno ſuperiori *Edwardi* I. adfuerat Inaugurationi, & Quadrageſimâ ſubſequente Exequiis *Beatricis* Sponſæ ſuæ apud *Franciſcanos Londinenſes*[e], & cujus pro anima duos ex ſex Capellanis in *Caſtro Richmondienſi* Miſſas celebraturos hâc etiam *Chartâ* inſtituit.

P. 99. l. 2. *Elapſos.*] Videtur aliquid deeſſe poſt elapſos, fortean *ſciſivit.*

P. 100. l. 14. *Minera Carbonum apud Takomtanne.*] Carbones & hodiè effodiuntur apud *Tanne-hill* in parochiâ de *Bows*; forſan itaque nomen ſuum imminutum habet ab hoc *Tacomtanne.*

P. 101. l. *Foreſtaria de Wendeſlaidale.*] Vide Obſervat. p. 234.

Ibid. l. 25. *Poſt conſtructionem Grangiæ & Villæ de Bainbridge.*] In **Libro Cenſuali** nullâ Villæ de *Bainbrigg*, ſed de *Burgh*[f], eo loci fit mentio. Fuit hæc *Romanis* **Brachium**[g], *Saxonibus* **Ancheſburi**[h] appellatione hybridâ à ſuo **Burgh**, & *Cambro-Britannico* **Angell**, quod eſt *Brachium*, vocata. Ex hujus Villæ ruderibus *Bainbrigge*, (quæ à Ponte *Bain* fluviolum ibi trajiciente nominatur) *Roberto* filio *Radulphi* Foreſtario, & regnante *Henr.* II. vel *Ricardo* I. ortum habuit.

P. 103. l. 38. *Thomas filius Briani, Rector Eccleſiæ de Bedall.*] In muro Eccleſiæ de *Bedall* ſub fornice jacet Sacerdos, nullâ inſcriptione, nullis inſignibus, niſi Libro, & cruci fixâ Salvatoris imagine pectori impoſitis, dignoſcendus. Cùm verò Viri effigies iſtam ſpirare ætatem videatur, cùm Eccleſia *Bedallenſis* familiam, *Filios Alani* aut *Briani* alternatim multos annos dictam, Patronos, & *Thomam Filium Briani* hunc Rectorem, regnante *Henrico* III. agnoverit, vix hæremus pronuntiare ejus hunc fuiſſe tumulum, qui in adverſa tabula depingitur, eumque Filium fuiſſe *Briani Filii Alani*, qui imperante *Henrico* III. Vicecomes erat Comitatûs *Eboracenſis*[i].

---

[a] App. N. XLI. [b] Mon. Angl. T. II. p. 196, 197. [c] Vide Menagii Origines Franc. in verbo *Nigeon*. [d] Lob. T. I. p. 307, 360, 508. [e] Ibid. p. 270. [f] Regiſt. p. 10. [g] Vide Camdeni Britann. in Richmondia. [h] Mon. Angl. T. I. p. 878. l. 55. b. [i] Vide quæ ſcripſimus ad p. Regiſt. 28 3. & Tab. Geneal. poſt Præfat.

OBSERVATIONES IN APPENDICEM.

P. 2. l. 7. *Propositis igitur legibus Anglicanis secundùm tripartitam earum distinctionem, hoc est,* Merchenlage, Denelage, Westsaxenelage, *quasdam reprobavit*, &c.] Quòd *Provinciam* hìc, non *Legem*, innuat Lage, luce clarius non semel evicit doctissimus *Nicholsonus*, Episcopus hodiè *Derryensis* dignissimus[a]: iis tamen quæ ad sententiam suam stabiliendam attulit, sequentia etiam ex *sexta Henrici I. lege* adjicere non erit supervacaneum. *Regnum* Angliæ *dividitur trifariam in Regno* Britanniæ, *in* Westseram, Mircenos & Danorum *Provinciam, Legis etiam Anglicæ trina est partitio ad superiorem modum; alia enim est* Westsaxiae, *alia* Mircenae, *alia* Denelagu *est:* ubi quotusquisque est qui non vidit verbum lage per *Provinciam* reddi?

P. 10. *Hida & Carucata.*] Prius *Saxonicum*, secundum erat nomen *Normannicum* pro eadem soli quantitate. Fatendum tamen est, quòd in N. III. quatuor *Hidæ* dicuntur octo *Carucatas* facere, ita ut eâ ratione *Carucata* non nisi dimidium *Hidæ* fuerit. Sed nihil supereſt hujusmodi æstimationibus fallacius, quippe quæ rarissimè inter se conveniunt.

P. 12. l. 23. pro CLXX legas CLX, quam efficiunt summam numeri rectè invicem additi; & in linea 26. pro DCLXXX reponas itidem DCLX.

P. 21. post lin. 23. addenda sunt ex Libro Censuali.

Burgus de HERTFORD *pro* x *Hidis se defendebat* T.R.E. *& modo non facit. Ibi erant* CLXVI *Burgenses in soca* R.E. *de his modo habet* COMES ALANUS III *domos, quæ tunc & modo reddunt consuetudinem.*

P. 22. l. 44. DRAITONE.] Ignoratur hodiè *Draitone* hæc *Lincolnienſibus*, licèt olim ampliſſimam habuerit Socam seu Dominium in eorum Provinciâ, uti hìc videas; illamque sitam fuisse in *Marisco de Holland*, Extenta XI°. *Edw.* I. facta nos doceat[b].

P. 23. l. 9. *Algarus Comes.*] Pater *Edwini* Comitis, *Merciorum* ante Conquestum Comes.

P. 25. l. *antepenultima*, ita legatur, *Comitissa Britanniæ* [debet] cc & quater xx marcas pro Scutagio Milit. scilicet pro c & XL Mil. quos, &c.

P. 26. l. 4. *Pro Warda Castri de R.*] Vide Observ. in p. 36. *Regiſtri.*

P. 27. l. 6. *un de* & *un.*] Lacuna suppleatur cum verbo *Bedale*, eo enim loci amplam habuit hæreditatem à patre suo *Brianus* filius *Scollandi.*

Ibid. l. 28. *Colgrim.*] Pro quo cum *Regiſtro*[c] legas *Colburn*, cujus solutio fuit XX[d]. hoc est, pro quarta parte Feodi Militaris, sicut & hìc æstimatur.

---

[a] *Engliſh* Hist. Libr. part. I. cap. 4. Preface to *Scottiſh* Hiſt. Libr. p. xxix. Præfat. in Leges Saxon. à Wilkinsio editas, p. xvi. [b] App. p. 38. l. 5. [c] P. 34. l. 41.

Ibid.

Ibid. l. 29. *Manfeld & Torphinus* } 2 *Mil.*]

Vide *Regiſtri* p. 31. ubi *Willielmus de Levyngton* ſolv. —— 2ˢ. 4ᵈ.
Johan. Marmyon —— 4ˢ. 4ᵈ.
Et *Conanus filius Eliæ* —— 6ˢ. 8ᵈ.

Id eſt pro duobus Mil. 13ˢ. 4ᵈ.

Quod & convenit cum æſtimatione Feodorum generali, & cum illâ hìc aſſignatâ.

P. 29. l. 45. *Unum pro W.*] Scilicet *Niſum*, quam lacunam ita ſupplevimus ex *Inquiſitione* in *Turre Londinenſi*.

P. 36. l. 43. *Abbas de Langinet.*] *Langonet* erat Cœnobium Ciſtercienſe Diœceſeos *Curioſolitanæ* in *Britannia Aremoricana*, à *Conano Craſſo*, ſive IIIº. circa an. gr. 1137. fundatum.

P. 38. l. 10. *Flourgavil.*] Videtur fuiſſe Reditus *Farinæ*, ſicut Bene gafol reditus *hordeo* irrogatus.

P. 39. l. 20. *Reditus Aſſiſarum.*] Vide *Additam.* N. VI. VII.

Ibid. l. 32. *Mercatores de Anaco.*] Ignotæ nobis Mercatores regionis, niſi ex illa venerint, quam Galli *Le Pais d'Aunis* vocant, & quæ in *Acquitania* inter Provincias *Pictavienſem* & *Santonenſem* jacet, cujus caput eſt *Rupella*, portus & emporium celeberrimum.

Ibid. l. penult. *Bordis & Sap.*] *Bordæ* hujus loci ſunt Tabellæ in Foro & Nundinis ad merces exponendas, & nummus pro Libertate eas erigendi, *Bordhalfpenni* vocabatur: ſed quid ſit *Sap.* quod & eodem ac hìc modò in alio hujus Inquiſitionis Rotulo ſcribitur[a], ne quidem hariolari poſſumus, niſi pro *Shop.* i. e. *Shopis* ponatur, quod ſatìs cum *Bordis* congruit, & frequenter in Scriptoribus noſtris occurrit.

P. 42. l. 21. *& de Tolceſtris cerviſiæ* vˢ.] Rectiùs ſcribes *de Tolſeſtris Cerviſiæ*, à Saxonico toll *Vectigall*, & Gallico *Seſtier*, *Sextarius*. Menſura ſcilicet Cerviſiæ annuatim Domino Feodi oblata; unde vetus charta apud *Somnerum* in Tractatu de Gavelkynd[b], *De Tolſeſter Cerviſiæ, hoc eſt de quolibet Bracino per annum unam Lagenam de Cerviſia.*

Ibid. l. 36. *Extenta facta in Com. Hertford.*] Ita dicitur in Rotulis, Villa tamen de *Baſſyngburn* ſitum habet in Comitatu *Cantabrigienſi*.

P. 44. l. 25. *Johanne de Wanton.*] Scribitur *Wanton* in Codd. MSS. pro *Wauton*. Vide *Gilbertum de Wauton*, p. 144.

Ibid. l. 35. *Connygora.*] Anglicè *a Connygree* vel *Connywarren*, Cuniculorum Vivarium.

Ibid. l. 38. *Virgatas terræ quas vocant Wyſtas.*] *Virgata* itaque & *Wyſta* ſunt una eademque quantitas terræ: in *Monaſtico* tamen *Anglicano* [c] dicitur *Wyſta* ex quatuor *Virgatis* conſtare, & hoc in Comitatu Suſſexienſi, ubi facta fuit hæc ipſa Extenta. Item infra, *In* Petlea *eſt una* Wyſta *in Dominio, iſta enim* 48 *acris conſtat.* At ſi *Wyſta* & *Virgata* ſint idem, Wyſta ex 40 tantùm acris conſtare debet; ſecundùm enim Liber Rub. Scacchatii x *Acræ faciunt unam Firlingatam*, & IV *Firlingatæ unam Virgatam.* Sed de hac nimia incertitudine ſatìs dictum eſt.

Ibid. l. 41. XXIIII *Ambræ ſalis.*] Menſuræ genus apud *Anglo-Saxones*, & *Anglo-Normannos*, ex Latinorum *Amphora*, utì videtur deducto vocabulo, de vaſis tamen capacitate parùm certi. Dicuntur hìc XXIV Ambræ *ſalis facere* XII

[a] In Turre Londin. [b] P. 24. [c] T. I. p. 113. b.

Quarteria *ſecundùm menſuram Londini.* *Quarterium Londinenſe* octo Modios ſive Buſſellos continet, *Ambra* igitur quatuor Modios.

P. 48. l. 2. **Extenta** *Villæ de Richmond.*] Quòd nulla ferè in *Regiſtro* ſit *Villæ Richmundienſis* mentio, cauſaſque iſtius omiſſionis, inter Obſervationes ad pag. 89. diximus. Ea omnia confirmat **Extenta** hæc, quippe quæ ſolummodo rationem habeat *Quadraginta Librarum Sterlingenſium* Comitibus quotannis à *Burgo* ſolutarum[a]; *Tinateririæ*, ſeu *Tinctariæ* utì aliis locis[b] vocatur, *Domûſque unius* quæ per Feloniam Vaſſalli in Fiſcum Comitis ceciderat. Per *Tinateririam* verò ſeu *Tinctariam*, *Officina Tinctoria*, vel potiùs *Ager ad Pannos Soli exponendos elocatus*, & quem dicimus Anglicè, **a Tenter-ground** deſignari videtur.

P. 50. l. 5. *Greſmanni.*] *Greſmannorum* officium videas in p. 101. *Regiſtri*; nomen autem nullibi, niſi hìc & id loci reperimus. *Servitium* Greſmannorum *fuit pro Averiis ſuis, ut Malefactores, quos invenerunt in Foreſta, ducerent ad Caſtrum Richmondiæ.* Dici itaque videntur *Greſmanni* vel quòd competens *Graminis* depaſtio Averiis, h. e. eorum Jumentis in Foreſta, ob prædictum ſervitium conceſſa ſit; vel quòd *Herbagii* ſive *Graminis*, quod & hodie Borealibus Anglis *Greſs* & *Gerſs*, à Saxonico ȝæꝛꝺ, vocatur, curam & tutelam ſibi traditam habuerint.

Ibid. l. 7. *Sougeld & Schorngeld.*] Vectigalia quædam Domino ex Suibus, & Tonſurâ Ovium obvenientia.

P. 50. l. ult. *Cyſel.*] Potiùs *Oyſell.* Vide Tab. Hiſtor. Geneal. II.

P. 51. l. 27. *Pluſweynlondes.*] Pro *Ploughſweynlondes*, i. e. *Terræ Aratorum.*

P. 53. *Warpenies.*] Denarios pro Cuſtodia ſeu Warda Caſtri numeratos.

OBSERVATIONES
IN
ROTULI HISTORICO GENEALOGICI
TAB. I.

1. DE *Arkyllo* hoc vide *Simeonem Dunelmenſem*[c], & *Ordericum Vitalem* ita loquentem: *Arkyllus Nordanhymbrorum potentiſſimus cum Rege Concordiam fecit, eique filium ſuum obſidem tradidit*[d]. Eodem tamen anno, ſcilicet 1068. inter Rebelles fuit *Eboracenſes*[e], quibus profligatis, à Conqueſtore in exilium actus eſt[f].

2. *Rauf de Chevrolcourt.*] Fundator Cœnobii *Wallingwellenſis* in agro *Nottinghamienſi*, tempore, utì videtur, Regis *Stephani.* Donationem enim ab eodem Monachis de *Pontefracto* factam confirmavit Filius ejus *Jordanus* coram *Ricardo de Luci* Juſticiario R. *Henr.* II. chartæ etiam Fundationis prædicti Cœnobii, unà cum fratribus ſuis *Simone* & *Ricardo*, Teſtis adfuit[g]. Filium reliquit *Jordanus Radulphum, cujus Proſapia per tres filias, tempore R.* Johannis, *ceſſit in totidem illuſtres familias, de* Fourneux *ſcilicet, de* Novo Mercatu, &

---

[a] Vide N. CXXI. CLXV. CLXVI. [b] Ibid. [c] Col. 80, 81, 82. [d] P. 511. [e] Ibid. p. 513. [f] Sim. Dunelm. col. 82. [g] Mon. Angl. T. I. p. 502. b.

de

de Sancto Quintino. *Per duas autem ſorores* Willielmi de Fourneux *Mil. lauta hæreditas ad Barones de* Latimer & Fitz-hugh *tempore* Ed. III. *devenit*[a].

TAB. II.

3. Pingitur hìc in *Bulmerorum* ſcuto coccineo Conchyliis aureis conſperſo, erectus Leo; *Plinthides* verò, non conchylia, gens illa conſtanter geſtavit, ſi qua Fecialibus noſtris fides.

TAB. III.

4. *John de Thoresby.*] Fuit hic pridem *Menevenſis* Epiſcopus, conſecratus A.D. 1347. *Wigorniam* tranſlatus 1348[b]. atque *Eboracum* 1352. Angliæ etiam tunc temporis Cancellarius. Vir doctus & Eccleſiæ *Eboracenſi* munificus, cujus chorum cœpit novum extruere, & ſtructuram, quoad vixit, magnis ſuis ſumptibus promovit. Multum etiam pecuniæ impendit in Capellam B. *Mariæ* intus prædictam Eccleſiam ad Orientem, ubi cùm deceſſiſſet A.D. 1373. honorificè tumulatus eſt[c].

5. Inſignia ſua gentilitia ter mutavit Familia de *Doddeſworth*, primùm enim, utì hìc conſtat, in *Clypeo argenteo Cantherium nigrum Imbricatum, inter tria Leopardorum ora, ejuſdem coloris, ſitum tulit*; deinde, *Cantherium inter tria Cornua Venatoria*; hodieque *inter tres annulos, ſervatis argenteo ſemper, nigroque coloribus*, gerit.

6. Omittitur hìc, Pictoris oſcitatione, *Thomas* filius *Johannis Thoresby de Branwhaet*, maritus prior *Iſabellæ* filiæ *Hugonis de Thoresby & Matildæ de Hertford:* Ex *Iſabella* genuit *Georgium de Thoresby*, qui Gentis hujus in *Rotulo* noſtro agmen claudit, & *Milonem.* Nupſit ſecundò *Johanni de Quixley* Armig[d].

TAB. IV.

7. Omittitur etiam poſt *Rogerum*, qui & aliis [e] dicitur *Robertus Marmyon, Robertus ille qui Coventriæ* in obſidione cæſus, ob. A.D. 1143. filiumque reliquit *Robertum* tertium, qui *Matildam & Philippam* uxores habuit, & ineunte *Henr* III. deceſſit.

8. Quòd erroribus ſuis non careat *Rotulus* noſter haud diffitemur: inter alios, dicitur *Robertus* hic improles obiiſſe, cùm tamen *Philippum* filium reliquerit; & ille quatuor filias ex *Johanna* filia & una ex cohæredibus *Hugonis de Kilpeck*[f].

9. *Aviciam* hanc *Roberto Johannis* hujus avo nuptam, & ſecum ad *Marmyones* patrimonium tunc temporis detuliſſe tradit *Dugdalius*[g]: *Rotulumque* hunc inter alios teſtes producit, ſolùm verò ad ſeipſum, ut accidit, incuriæ arguendum. Ex chartis enim aliis quas citat, manifeſtè patet *Amiciam*, quam duxit *Robertus* iſte, filiam fuiſſe *Gernagani Fitzhugh*, & *Sibyllæ de Grainville*, ſicut & ex hoc *Rotulo*; *Aviciam* verò, uxorem *Johannis de Marmyon*, filiam fuiſſe *Gernagoti Fitzhugh*[h], & proneptem *Gernagani.*

TAB. V.

10. *Johannem* hunc Dominum de *Rotherfield* non agnoſcit *Dugdalius*[i], ſed *Johannem* illum immediatè ſubſequentem, filium *Johannis primi*, nec immeritò, facit. *Matildis* enim, filia natu maxima *Briani* filii *Alani*, *Gilberto de*

---

[a] Ibid. T. I. p. 503. a. [b] 10 Jan. Pat. 3. Ed. III. m. 4. [c] Godw. de Præſul. Angl. [d] Vide Thoreſbei Duc. Leod. p. 72. [e] *Dugdalio ſemper.* [f] Dugd. Bar. T. I. p. 377. & Hiſt. of *Warw.* p. 819. [g] Bar. T. I. p. 377. [h] Vide p. 60. (*aa*). & Tab. Geneal. poſt Præfat. [i] Baron p. 723.

Stapilton, *Katharina* minor *Johanni Grey de Rotherfield* nupsit [a]. *Johannes* itaque qui secundum in *Rotulo* locum occupat, & *Matildis una ex cohæredibus Domini de Bedale* huc irrepsisse, nullo jure, videntur. *Johannes* certè qui *Katherinam* duxerat, secundam etiam habuit Conjugem *Aviciam*, *Johannis Marmyonis* filiam [b], & immediatè inter duas has uxores suas in *Rotulo* subtus collocatur; è quo si elimines secundum *Johannem*, cum *Matilde* suâ, res erit in vado.

11. Sunt hæc Insignia Familiæ *Fitzhugh*, & perperam hìc in originali locantur.

12. Insignia gentilitia subtus depicta *Stuttevillorum* sunt prima & antiquissima; Aquilam tamen nigram expansam eis postea superinduxerunt.

P. 57. l. AYKFRITH *qe fut* *Askryg*.] Hunc & sequentes hiatus ex **Libro Censuali** hoc modo suppleas:

AYKFRITH *qe fut Seigneur d'Askryg*, *Hakford*, *Layburn*, *Uppeslund*, *Carethorp*, *Holteby*, *Marrig*, *Burg*, &c.

Ibid. l. ult. *Lan de son Regne quint*, *& de la governance de* Alain le Noir, *premer*.] Regnare cœpit *Stephanus* Kal. Decemb. 1135. *Alanus Niger*, qui & tertius erat *Richmondiæ* Comes, A.D. 1137. Fuit itaque secundus *Stephani* annus, primus *Alani*. Vide *Observat. in Geneal. Com. Richm.*

Ibid. 59. l. 48. *Parce qil qe lour dit esne fitz navoit jamais issue denfant*.] Aliam & saniorem hujus Donationis rationem affert *Dugdalius*, quem consulas [c].

Ibid. l. 50. *Robert Fitz-Robert Marmion pier a W^m. Marmion*.] Cespitat & hic *Rotulus* noster in Historiâ suâ, *Robertum* hunc, pro *Roberto* secundo, quem, utì diximus [d], omiserat, ante Ecclesiam *Coventrienſem* octavo R. *Stephani*, annoque *gratiæ* 1143 prosternens. Errorem certè suum vel ipsemet vidisset Scriptor, si quod de *Willielmo Roberti* hujus filio non ante A.D. 1275. mortuo scripturus esset, ante oculos habuisset.

P. 60. l. 13. *Cest John avoit primerement en son temps lieu de Baron en Parlement*.] Summonitus fuit ad Parliamentum *Johannes Marmion* [e] 25°. Ed. I. A.D. 1297. paulò tamen infra dicitur obiisse A.D. 1287. qui non nisi 15. fuit ejusdem Regis.

Ibid. l. 22. *Mouruſt le darrien jour Daveril*, *lan de grace* 1335.] H.e. nono Ed. III. sed secundum **Escaetam** à *Dugdalio* inspectam 16°. Ed. II. annoque Domini 1323 [f].

P. 61. l. 32. *Terres de Fontenay*.] Licèt haud crediderimus territorium hoc appellatum fuisse TERRAM DE FONTENAYS ante Invasionem *Normannicam*, originem enim omninò *Gallicam* sapit istud vocabulum, nulli tamen dubitamus quin eo notum fuerit nomine in primis post Conquestum annis; ita enim ab *Alano Nigro* in Chartis suis vocatur [g], quemadmodum & longo postea annorum intervallo à successoribus ejus [h].

Ibid. l. 40. *Ovec le ditz* COSPATRICK.] Hæc ut sequuntur legas, Ovec *la Heire* de ditz COSPATRICK.

Ibid. l. 46. CONAN *D. d. Br. & C. d. R. donna a cest* TORPHIN.] Donationis hujus Charta habetur in *Appendice* [i].

---

[a] Vide pag. 60. *(cc)*. & Dugd. ut supra. [b] Vide p. 60. (*aa*). [c] Baron. T. I. p. 376. [d] Vide Observat. in Tab. IV. [e] Dugd. Bar. T. I. p. 377. b. [f] Ibid. T. I. p. 377. *in Marg.* [g] App. N. XVII. [h] App. N. CXXI. CLXV. CLXVI. [i] N. XXII.

OBSER-

OBSERVATIONES IN APPENDICEM.

P. 62. l. 31. PRO *de S. Marco* lege *de S. Medardo* ſicut ſcribitur rectè in p. 79. ſequenti.

P. 65. l. 28. *Omnes autem Anachoritæ*, &c.] Luxatus eſt locus, & ſequenti modo corrigendus.

Omnes autem Anachoritæ & Heremitæ, ac domus Hoſpitalium ſive ad tempus Infirmatorum, Leproſorum, ſeu Lepra percuſſorum, ſint in cuſtodiâ Archidiaconi & diſpoſitione ejus.

Ibid. l. 38. *Quære de*, &c.] Fortè pro Quære de *cæteris*.

P. 67. l. 1. **Schaling** Tuguriolæ hodiènum *Cumbris* dicuntur **Shales**, unde per **Schaling** id genus domunculæ deſignari videntur, & à *Cottagiis* diſtinguendæ, eo quòd *Cottarii gardinum* quoddam aut *culturam* aliam, veluti in præcedente paginâ, tenemento ſuo adjunctam ſemper habuere: **Schalingarum** verò Tenentes nihil niſi nudam & pauperculam habitationem velut hìc poſſederunt.

P. 68. l. 4. *Troica.*] Vox eſt adeò inuſitata, ſi & rectè ſcripta ſit, ut nunquam alibi nobis occurrerit; ex verbis tamen comitantibus, *Codicem* eam *Agrarium*, quem vocamus a **Terrier**, ſignificare conjectamus.

P. 69. l. 41. Periit Villæ nomen.

P. 71. l. 23. *Wallenſes.*] In bellis ſuis *Wallenſes* huc uſque penetraſſe quis eſt omnium qui vel fando audivit? *Scotos* autem frequentiſſimè circa hæc tempora cædes, incendia & rapinas ſuas per oras has protuliſſe, omnes nos docent Hiſtorici: ſcriptus enim videtur *Vetus* hic, utì vocatur, *Liber* [a], non ita multùm poſt *Franciſcani Gaietani* Cardinalis obitum A.D. 1317. de quo & ſemper meminit velut ultimo Archidiacono *Richmondienſi.*

A.D. 1314. Scoti *per hoc tempus crudeles & inhumani, flamma, rapinis, & cædibus partes Occidentales* Northumbriæ, *à* Luguballia *ad* Eboracum, *ſine reſiſtentia devaſtarunt* [b].

A.D. 1317. Scoti *ad* Eboracum & Lancaſtriam *comburendo, prædando, vaſtando pervenerunt* [c].

A.D. 1318. Eboracenſes *ſuperantur à* Scotis *apud Villam de* Myton [d].

A.D. 1319. *Rege exiſtente* Eboraci, Scoti *intraverunt* Angliam, & *illuc uſque penetrarunt, ſuburbana civitatis cremaverunt, & captivum ceperunt Dominum* Johannem de Britannia, & *alios* [e].

P. 79. l. 3. Addas poſt *v.* 154. *Willielmus* hic *de Rutherfield* LL.D. erat adhuc Archidiaconus *Richmondiæ* A.D. 1239. ubi aſſenſum ſuum Præſentationi *Ricardi* D. *Cornubiæ* ad Eccleſiam de *Kirkham* præbuit; ſed menſe Maio ejuſdem anni in Theſaurarium Eccleſiæ *Eboracenſis* promotus eſt [f].

---

[a] App. p. 61. [b] Walſingh. Ypod. Neuſtriæ, p. 502. [c] Ibid. p. 503. [d] Ibid. [e] Ibid. p. 504. Vide ſis etiam Append. N. CIV. [f] Regiſt. penes Dec. & Cap. Ebor. [g] Ex Faſtis Eccleſ. Angl. J. Le Neve.

Ibid. inter lineas 9 & 10, ſive inter *Johannem Romanum*, & *Simonem de Eveſham*, qui in p. 62. *Simon de Houlf* audit, inſerendi ſunt *Willielmus* & *Radulphus* Archidiaconi.

Ibid. l. 27. poſt *contulerat*, adde *Vide* Append. N. XCVII.

Ibid. l. 28. ROGERUS DE NORTHBURG.] Hunc non ſemel ad Purpuram Romanam elevare, ſed fruſtrà, conatus eſt *Edw.* II. R. *Angliæ*. Vide *Rymeri Fœd.* T. III. p. 848. & 846.

Ibid. l. 31. ELIAS TALAIRANDUS.] Collationem Papalem huic conceſſam in *Appendice* N. CVII. invenias: tantæque fuit dignitatis, aut emolumenti ſaltem, *Archidiaconatus Richmondiæ*, ut non ſemel in buccam *Italam* grata ceciderit offa.

Ibid. 37. JOHANNES DE GINESWELL.] Quæ de *Johanne* hoc *Archidiacono Richmondiæ*, & *Eccleſiæ Romanæ Cardinali* ſcripſimus, *Collectaneis Huttonianis*, jam in *Bibliothecâ Harleyanâ* depoſitis, debentur. Veremur tamen ne vir, alioquin oculatiſſimus, paululùm hic hallucinatus ſit; cùm omnia quæ in *Regiſtris Eccleſiæ Eboracenſis* occurrunt, eum hâc excidiſſe dignitate, in *Johannem Epiſcopum Portuenſem*, & *Cardinalem*, per proviſionem Papalem collatâ, faciant; ſed ecce *Inſtrumenta* ipſa, quæ rem extra dubium ponunt.

Admiſſio Domini JOHANNIS Epiſcopi PORTUENSIS ad Archidiaconatum *Richmondiæ*[a].

PAtet univerſis per præſentes, quòd Nos Capitulum Eccleſiæ Beatæ Mariæ Eboracenſis, *Decano ejuſdem remotis agente, Venerabilem in Chriſto Patrem ac Dominum, Dominum* Johannem *Dei gratiâ* Epiſcopum Portuenſem, *ſacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, in perſona diſcreti viri Magiſtri* Arnaldi de Cardonâ *Clerici, Procuratoris ſui, ad* Archidiaconatum Richmondiæ, *per mortem Domini* Roberti de Wodehous *ultimi Archidiaconi ejuſdem vacantem, virtute* Gratiæ & Proviſionis *præfato venerabili Patri per ſanctiſſimum in Chriſto Patrem Dominum noſtrum Dominum* Clementem, *divinâ providentiâ Papam*, ſextum, *de eodem Archidiaconatu ſpecialiter factam, ac per Reverendum Virum Magiſtrum* Thomam Sampſon *confratrem, Curiæ* Eboracenſis *Officialem, & Concanonicorum unum, Gratiæ & Proviſionis prædictarum Subexecutorem nobis præſentatum, cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis admiſimus, ac* Stallum in Choro, & Locum in Capitulo *præfato Archidiacono pertinentes aſſignavimus, ac in corporalem poſſeſſionem ejuſdem Archidiaconatûs cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis induci fecimus, & mandavimus, ut moris eſt.* In cujus rei teſtimonium, *ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Dat.* Ebor. *viceſimo nono menſis Maii, Anno Domini* 1346.

Eodem die coram Dominis Canonicis ſupradictis, & coram alios ſupra proximè nominatos, comparuit Procurator Domini Johannis de Gynewell, *& rogavit Magiſtrum* T. Sampſonum, *Subexecutorem prædictum, jus Domini ſui ad aliud Beneficium, quod ſub gratia ſua cadere & ſibi deberi poſſit, ſalvari; & per acceptationem dicti* Archidiaconatûs Richmondiæ *nullum ſibi in eventu præjudicium gravari, cùm illam* Archidiaconatum *paratus fuit dimittere; & docto quòd ad alium, & non ad Dominum ſuum, virtute* Gratiæ *ſuæ memoratæ debetur, dimiſit præſ. prox. ſupra nominat. Unde præfatus Dominus Subexecutor pronunciavit* Cardinalem *jus habere, & Dominum* J. Gynewell

[a] E Regiſtro in Offic. Dec. & Cap. Ebor.

nullum

nullum jus habere, & ideò Procuratorem Domini Cardinalis *admiſit, ipſumque poſt aliqualem deliberacionem Capitulo præſentavit: Et jus Domini* J. Gynewell *ad Beneficium quod ſub ſua gratia cadere poterit, ut præfertur, pronunciavit ſalvum & penitùs illæſum.*

Admiſſio Domini JOHANNIS Epiſcopi PORTUENSIS in Archidiaconum *Richmondiæ* [b].

IN DEI NOMINE AMEN. *Nos* Willielmus, *&c. Dominum* Johannem *Dei gratia* Epiſcopum Portuenſem, *& te Magiſtrum* Arnaldum de Cardona *ipſius Procuratorem, procuratorio nomine ejuſdem Domini* Johannis, *ad Archidiaconatum & in Archidiaconum* Richmondiæ, *noſtræ* Ebor. *Diœceſeos admittendum, quatenus de jure ac virtute* Gratiæ *per ſanctiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum noſtrum, Dominum* Clementem, *divinâ providentiâ Papam,* ſextum, *præfato* Johanni *de dicto Archidiaconatu conceſſæ, & proceſſus habiti ſuper Proviſione & Gratiâ memoratis, tenemur; volentes ipſum Dominum* Johannem, *ſeu ejus Procuratorem, ipſius nomine, in corporalem poſſeſſionem dicti Archidiaconatûs, cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis inducere, ſeu facere induci, prout ad nos pertinet, quatenus tenemur virtute* Gratiæ & Proceſſûs *prædictorum: ſalvis Nobis omnibus jure, dignitate, & juriſdictione, prout & quatenus nobis competunt, aut competere debent, de jure, poſſeſſione, ſeu conſuetudine quibuſcunque.* In cujus rei teſtimonium *ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Dat. & Act. in Maneria noſtra de* Cawood *primo die menſis Junii, An. Dom.* 1346. *& Pontificatûs noſtri quarto.*

P. 80. l. 34. En verò Epitaphium quod nuper tranſmiſſum à Româ nobis communicavit *B. Williſius* Arm^r. Vir, ſi quis alius de patriis, præſertim in Re Eccleſiaſticâ, antiquitatibus optimè merituș.

Hic jacet R. Pr. Johannes Sherwood Epiſcopus Dunelmenſis, ſereniſſimi Regis Angliae Orator, qui obiit XII. **Januarii** MCCCCXCIII. **Cujus anima requieſcat in Pace.**

P. 82. l. 2. ABBATHIA S. AGATHÆ.] Domus Canonicorum *Præmonſtratenſium,* fundata per *Roaldum Conſtabularium* A. D. 1152.

P. 84. l. 18. *Paysloffe.*] Forſan *Panis pacis,* niſi mavis *Peasloffe, Panem è Piſo confectum*; ſed magìs arridet prior interpretatio.

P. 85. l. 1. PRIORATUS MONIALIUM DE MARRYK.] Fundatorem habuit *Rogerum de Ask,* regnante *Henrico* II. vel *Stephano* Rege.

P. 87. l. 2. ABBATHIA DE JOREVALLE.] Primùm apud FORS in *Wenſleydale* per *Akarium* filium *Bardolfi* poſita A. D. 1145. poſtea in commodiorem ſitum, aſſentiente *Hervæo Akarii* filio, per *Conanum Richmondiæ* Comitem tranſlata A. D. 1156.

P. 91. l. 14. PRIORATUS MONIALIUM DE ELLERTON.] Vide quæ ſcripſimus ad *Regiſtri* p. 43. l. 37.

P. 92. l. 1. ABBATHIA DE EGGLESTON.] De ejus Fundatore parum vel nihil certi relinquitur, hunc enim alii *Gilbertum* quendam *de Leyâ,* alii *Radulphum de Multon,* alii denique *Conanum Comitem* fuiſſe [b], eamque vel *Canonicis Nigris* alendis vel *Albis,* quiſquis fuerit, inſtituiſſe volunt. Quandoquidem

[a] E Regiſtro in Offic. Archiep. Ebor. [b] Vide Tanneri Notitiam Monaſtic.

verò

verò cùm ſub *Henrico* VIII. Diſſolutionem pateretur, *Willielmum* Dominum *de Dacre* Fundatorem ſuum agnoverit[a], Cœnobium hoc cuidam è Familia de *Multon* originem ſuam debuiſſe veriſimile eſt: lautum enim gentis hujus patrimonium cum uxore *Margaretâ*, filiâ & hærede *Thomæ de Multon*, regnante *Edw.* II. *Ranulphus* unus ex atavis *Willielmi* acceperat[b]. Quoad Regulam autem in eo obſervatam, non eſt dubium quin *Præmonſtratenſis* fuerit, cùm inter alia iſtius Ordinis Monaſteria in *Libro Viſitationis* compareat[c], ideoque *Canonicis Albis* reſtituendum.

P. 93. l. 25. ABBATHIA DE COVERHAM.] Ordinis itidèm *Præmonſtratenſis*, primùm apud *Swainby* per *Helwiſiam de Glanville* fundata, A.D. 1195. deinde per *Ranulfum* filium *Roberti* Domini *de Middleham* & *Helwiſiæ* prædictæ, amota, & de novo apud *Coverham* fundata A. D. 1213.

P. 95. l. 35. HOSPITALE S^ti. NICOLAI.] Secundam ſuam fundationem *Willielmo Ayſcogh*, uni Juſticiariorum de Banco, A.D. 1448. *Henr.* VI. 26°. debet; cui verò primam, in tenebris eſt: cùm tamen *in Patronatu Regis, ut parcella Honoris de Richmondia* fuerit[d], pietati alicujus è Comitibus noſtris aſcribenda videtur.

P. 96. l. 1. *Ancariſtæ Villæ Richmondiæ.*] Vide *Additam.* N. XIX. & *Obſerv.* p. 254.

Ibid. l. 13. DECANUS DE MYDDLEHAM.] Collegium *Middlehamiæ* de Decano, ſex Capellanis, & quatuor Clericis, de Choriſtis etiam ſex, & uno alio Clerico conſtituendam, moliebatur *Ricardus Dux Gloceſtriæ*, qui & poſtea *Ricardus Rex Angliæ tertius* infami nomine in Annalibus noſtris notatur. Hunc in finem, Licentiam Regiam à fratre ſuo *Edwardo* IV. impetraverat, ſed nec jactis ædificiorum fundamentis, nec ullis vel Capellanis vel Choro aſſignatis ſtipendiis, opus imperfectum reliquit, gravioribus ambitionis ſuæ curis, aut morte præpeditus. Retinet nihilominùs *Decani* nomen Sacerdos parochialis, qui & ab authoritate Diœceſani exemptus, pluribus immunitatibus & privilegiis gaudet, & Juriſdictionem Eccleſiaſticam inter Limites ſuos exercet.

His & addendæ ſunt duæ aliæ Domus Religioni dicatæ, quarum prior fuit *Cella B. Mariæ Eboracenſis*, at S. *Martini Richmundiæ* per *Wymarum* Comitis Dapiferum commendata tutelæ circa a. gr. 1100. altera, *Hoſpitale de Welle*, in honorem B. *Mariæ* Sanctique *Michaelis*, & ſuſtentationem Magiſtri, duorum Presbyterorum & XXIV Pauperum, per *Radulphum de Neville*, Dominum de *Middleham* fundata, A.D. 1142. Earum Valores ex OFFICIO PRIMITIARUM deſumpti habentur inter *Additamenta*[e]; quemadmodum & nomina *Eccleſiarum Parochialium* Comitatûs *Richmondienſis*, unà cum nominibus *Sanctorum* quibus conſecratæ erant; *Patronorum* qui earum Advocationes ad *Reformationem* ſub *Henrico* VIII. incœptam habuerunt, eorumque qui illis hodierno etiam die fruuntur[f].

P. 101. l. 27. *Roberto de Monaſterio terram Roberti avi ſui.*] Frequens hujus Familiæ in *Regiſtro* injicitur mentio, quippe quæ cum *Aremoricorum* primis huc pervenerat, & de Comitibus amplas obtinens poſſeſſiones, ſeræ admodùm poſteritati eas demiſit. Quamvis enim regnante *Edwardo* II. Villa de *Kirtlyngton* cum *Eliſabetha* hærede *Johannis de Monaſterio*, ſive *Muſters*, ad *Johannem de Wandesford*, cujus poſteri, *Honoratiſſimi* Vicecomites de *Caſtro Colmerii*, illam hodienum poſſident, tranſiverit; noſtrâ tamen memoriâ & paucis abhinc annis ſuperfuit ex gente hac *Muſters* Arm^r. qui improles decedens, hæreditatis antiquæ reliquias apud *Killerby* ſorori ſuæ legavit.

---

[a] Collectan. de Reb. Eccleſ. ſub Hen. VIII. in Bibl. Cott. Cleop. E. 4. [b] Dugd. Bar. T. I. p. 568. & T. II. p. 22. Mon. Angl. T. II. p. 132. [c] Lib. Viſitat. Monaſt. Ord. Præmonſt. in Muſ. Aſhmol. Oxon. [d] Mon. Angl. T. II. p. 479. [e] N. XIX. & XX. [f] Addit. N. XXI.

In **Kirtlyngton** unum, in **Bynyſton, Eſton** ſive **Therton, Eskelby, Neuton,** & **Dnesby** *tria Maneria habuit Robertus homo Comitis Alani*[a], præter terras alias in Comitatu *Nottinghamiæ*, veluti in **Tireſwelle** & **Sirestune**, in quarum Cenſu *Robertus de Muſters homo Comitis Alani* diſertis verbis vocatur[b]. Frater forſan erat *Liſois* iſtius *de Monaſteriis*, cui *Williel.* I. tranſitum ſuum fluvii apud *Pontemfractum* debuit anno regni ſui tertio, cùm ad *Eboracum* obſidendum contenderet. *Tres Hebdomadas illic detinentur, denique* Liſois *audax Miles, quem de* Monaſteriis *agnominabant, flumen ſummoperè attentabat, & vadum ſuprà & infrà quæritabat. Per multam demùm difficultatem locum tranſmeabilem deprehendit, & cum* LX *magnanimis equitibus tranſivit, ſuper quos multitudo hoſtium irruit, ſed his acerrimè repugnantibus non prævaluit: poſtero die* Liſois *reverſus prodit vadum, nec mora, traducitur Exercitus*[c]. Nec ſemel inter hujus Gentis appellationes recurrere videtur Nomen *Liſois*, variatâ tantillùm ſcribendi formâ; *Liſerus*[d] enim, *Leſiardus*[e], & *Liſardus*[f], omnia ex eo fonte derivantur.

P. 102. l. 3. pro RADULPHO filio ANDULPHI, ſcribendum nobis R. f. RANULPHI videtur, quamvis fideliter huc *Chartam* tranſtulimus, & in lin. 9. pro *Acaris & Bernærus avunculus ejus, Acaris & Bodinus avunculus ejus*; de nullo enim alio *Acarii* avunculo uſpiam legimus. Vide *Tab. Hiſtorico-Gen.* I. & *App.* pag. 57. (*h.*)

P. 103. l. 25. *Taccamentum.*] Verbum Monachis *Kirkſtedienſibus* proprium; nuſquam enim, niſi in eorum Inſtrumentis, nobis ſaltem, occurrit; quid innuat ergo operæ erit pretium indagare. In *Charta* Cœnobii *Salleyenſis*[g] habemus *Attachiamentum ſtagni*, in alia *Fontanenſis*[h] & *ex eadem parte* Firmamentum ſtagni *ſui ad molendinum faciendum*; ſunt itaque *Attachiamentum* & *Firmamentum* unum idemque, & à priore *Taccamentum* ſuum formabant *Kirkſtedienſes. Attachiamentum* autem fit à Gallico *Attacher*, quod inter alia *ligare* & *figere* denotat. Eſt itaque *Attachiamentum* vel *Taccamentum*, agger vel opus quod aquas ſtagni molendinarii ad juſtam altitudinem figit, cohibetque, & quod vocamus Anglicè **The Mill-damm**, prout plenè à verbis *Chartæ Salleyenſis* appareat. Videas & duas inſuper alias inter *Additamenta* cum *Taccamento* ſuo *Kirkſtedienſium*[i]; conſule etiam *Freſnæi Gloſſarium* in verbo ATTACATURA.

P. 104. l. 18. *Baldrico de Sygillo.*] Fortè pro *Baldrico de Laſcel, Le ſcel* etenim *Latinis* eſt *ſigillum*; ſubſcribit chartæ *Gerardus de Lacel*, in Append. N. XV.

P. 105. l. 8. *Charta* ALANI *filii* BRIANI.] Diximus *Alanum* hunc *Briani ſecundi* filium, & tertii fuiſſe patrem, teſtemque produximus *Chartam* N. XL. ſequentem[k]; alios jam adhibemus, eos ſcilicet qui & huic nomina ſua ſubſcripſerunt. Etenim cum *Alano* filio *Briani* occurrit *Adam de Maunby*, quod & idem eſt ac *Magneby*, inter Mediatores ad lites dirimendas Clerum inter & Populum *Richmondienſem*, A. D. 1274. *Henrici* III. octavo[l]: obiit verò primus *Alanus* filius *Briani* ſecundo *Ricardi* I. annoque D 1190. deleas itaque ea quæ de morte hujus nimis incautè ad imum paginæ ſcripſeramus. Vixit alius è teſtibus *Johannes* filius *Michaelis* 30°. *Edwardi* I. & *Henricus de Rokeby* eodem tempore[m]. Habemus etiam *Willielmum* quendam de *Layburn* 15°. ejuſdem Regis[n], ſed quòd ſit idem ac noſter hic teſtis nolumus affirmare. Sigillum itaque *Chartæ* huic appenſum nequaquam *Alano Briani* tertii *avo*, utì vult *Dugdalius*[o],

---

[a] Doomſd. in *Regiſt.* p. 18. [b] Vide Thorotoni Hiſtor. Com. Nottingh. p. 403. & App. noſtræ p. 23. [c] Order. Vitalis, p. 514. [d] App. p. 101. [e] Ibid. 108. [f] Ibid. 27. [g] Addit. N. IV. [h] Mon. Angl. T. I. p. 752. b 59. [i] N. II. & III. [k] Inter Obſervation. ad *Regiſt.* p. 28. [l] *Regiſt.* p. 103. [m] Ibid. p. 97. [n] Ibid. p. 44. [o] Baron. T. I. p. 53. b.

ſed *Alano patri* ejus tribuendum eſt. Inſignia in eo deſcripta *Brianum* tertium, ultimumque, geſſiſſe vel ex ſcutis in latera tumuli ejus cœlatis apparet [a], quod tamen & alio quandoque uſus ſit conſtat ab *Epiſtolâ* illâ celeberrimâ, quam ad Papam *Bonifacium* IX. Barones Angliæ miſerunt, in qua Jus & Superioritas *Regis Angliæ* in Regnum *Scotiæ* aſſeritur, ubi & inter alia hoc, cum nomine *Briani* filii *Alani*, ſigillum annectitur [b].

Brianus fil.
Alani



In Bibliotheca
Cotton. Iul. C.7.

P. 106. lin. ult. in marg. pro *ſub R. Ricardo* I. & *Johanne*, legas ſub Regibus *Henr.* III. & *Ed.* I.

P. 111. l. 18. *Picoto de Newton.*] Hinc *Newton Pigots* [c], quæ & hodiè *Scabbed Newton.*

P. 118. Inter N. XLVI. & N. XLVII. interſeratur N. XII. *Additamentorum.*

P. 120. l. 11. *Paccantur.*] *Paccare* idem eſt *Gloſſariographis* ac *Solvere*, to pay. Sed cum è tali interpretatione nullus hiſce verbis conciliari poſſit ſenſus, *paccantur* hìc pro *patiantur* poni videtur, & legenda erunt, *Nullum prorſus* patiantur *executores prædicti ſuper hoc impedimentum.*

P. 122. l. 18. *Pariſius.*] Verbum planè barbarum & à *Gregorio Turonenſi*, ſeculo quinto, introductum, qui *Pariſius* pro *Pariſios*, ſicut *Arvernus* & *Pictavus* pro *Arvernos* & *Pictavos* nuncupat, & hunc *Recentiores* ferè omnes ſecuti ſunt [d]. Ponitur itaque *Pariſius* in chartarum Datis, ἑλληπτικῶς pro apud *Pariſios.* Doctiſſimus tamen *Mabillonius* vult *Pariſius* nomen eſſe invariabile, *A cognominibus*, inquit, *ad nomina Urbium, aliorumque locorum progredior; quæ nomina apud Veteres ſine flexu efferri ſolent, præſertim quæ pluralis ſunt numeri, ut* Pariſius, *&c. quæ flexio* Pariſius *in uſu fuit uſque ad ſeculum* XVI [e].

P. 128. l. 26. Poſt *notre*, è *Lobinæo* ſuppleas lacunam cum *Nevou*, non cum verbo *Frere*, ſicut in margine inferiori paginæ.

P. 132. l. 7. Hiatum impleat, *ſignificaverit*, quanquam in *Originali* deſit.

P. 134. N. LXXI. in Titulo pro *Comite* BRITANNIÆ, legendum eſt RICHMONDIÆ, & in Titulo proximè ſequentis, pro DUCE BRITANNIÆ l. COMITE RICHMONDIÆ, quamvis *Rymerum* in illis tranſcribendis primò ſequuti ſumus.

---

[a] Vide Tabul. ad p. 242. [b] In Bibl. Cotton. Jul. C. 7. [c] App. N. CXVIII. p. 169. [d] Vide Valeſii Notit. Gall. p. 440. b. [e] Mabillon. de Re Diplom. Lib. II. Cap. VII. §. 19.

P. 145. in margine inferiori pro *Filio fortè Jollani de Neville*, legas potiùs *Nepote Jollani de Neville, cujus fit mentio in pag.* 111. habuit enim filios *Jollanus* ille primus *Johannem*, & *Andream*[a]; & cùm in vivis eſſet *Jollanus* hic ſecundus 3°. *Edw.* III. A. D. 1329[b]. tempus hoc melius ætati nepotis quàm filii quadrat.

P. 156. N. CIV. *De villis per* Scotos *combuſtis*, vide quæ ſcripſimus ad p. 71. l. 23.

P. 163. N. CIV. *De Subſidio pro redemptione* Comitis RICHMONDIÆ.] Sicut *Tenentes de Corona* tria Regi debebant auxilia, Ad Primogenitum nempe filium Militem faciendum, Ad Primogenitam filiam maritandam, & Ad Seipſum è captivitate redimendum, ita & inferiores iiſdem occaſionibus Domini à Vaſſallis ſuis hæc ipſa ſive *Auxilia* ſive *Subſidia* poſtulabant; & *de gratia Tenentium priùs*, utì vult Bractonus, *non de jure, & pro neceſſitate & indigentiâ Domini dabantur*[c]. Proceſſu verò temporis de *Naturali æquitate*, & quod majus eſt, *ex Fidelitatis debito* irroganda cenſebantur, ſicut in hoc Regis *Brevi*. Reſtitit tamen ea primitivæ Libertatis umbra, ut non pro voluntate Domini, ſed pro benevolentiâ & liberalitate Tenentis *Auxilium* amplius aut minutius ei concederetur, quod & ab hâc ipſâ commendatitiâ Regis Epiſtolâ pateat; & cùm à Dominis ſuis Tenentes graviori quàm æquum erat exactione *Auxilii* opprimerentur, imploratâ Authoritate Regiâ levamen obtinuerunt[d].

P. 201. l. 10. *In feſto S.* Alkeldæ *virginis.*] S. *Alkelda* Eccleſiæ & Feriæ *Middlehamenſis*, quæ 25°. Octobris annuatim celebratur, Patrona, ἡ Παχώς Θεὸς, nobis & *Hagiographis* omnibus noſtris æquè ignota eſt. Traditionem tamen tuentur Incolæ, Quòd ſub prægrandi lapide, quem in medio Eccleſiæ oſtentant, jacet: quòd Martyrii Coronam obtinuit, & paſſionem ejus in Feneſtris vitreis, ubi duæ Ancillæ, injecto circa collum linteo, ſpiritum ei præcludunt, depinxere.

P. 209. l. 9. *Willielmo Ayſcogh.*] Fuit hic *Willielmus Ayſcogh*, utì diximus[e] *Henrico* VI. unus è *Juſticiariis de Banco*, & *Hoſpitalis S. Nicolai juxta Richmondiam* inſtaurator; jacetque in Ala Boreali Eccleſiæ *Bedalenſis* ſub lapide alabaſtrino, cum Conjuge, cui multos annos ſuperſtes fuit, ſepultus. Quod reliquum eſt Inſcriptionis ſepulchralis ſubtus habetur.

Hic jacet Willielmus Ayſcough Miles, unus Juſticiariorum Dni Regis de Banco, qui obiit cujus anima per Miſericordiam Domini in pace requieſcat.
Hic jacet quae fuit uxor Willielmi Ayſcogh Militis unius Juſticiariorum Domini Regis de Banco, quae obiit anno Domini MCCCC cujus animae propitietur Deus. Amen.

Sis teſtis Chriſte quod non jacet hic lapis iſte,
Corpus ut ornetur, ſed Spiritus ut memoretur.

---

[a] Vide Thorotoni Hiſt. Com. Nottingh. p. 323. b. Dodſw. Collect. T. I. *in Biblioth. Harleyana.* [b] Ibid. [c] Lib. II. Tract. I. Cap. 16. [d] Vide Madoxii Hiſt. Scacch. p. 427. (*w*) (*x*). [e] Inter Obſervat. ad pag. 95.

ADDITA-

ADDITAMENTA.

I. *DOnatio Villarum quarundam Monaſterio* Kimperlegienſi *per* Conſtantiam Britanniæ Comitiſſam.
* II. *Chirographum inter* Monachos de Kirkſtede & Homines de Holthaim.
* III. *Donatio* Fontis *per* Philippum Marmion Monachis de Kirkſtede.
* IV. *Confirmatio* Attachiamenti *ſtagni Molendinorum ſuorum in* Ribelle, *Monachis* de Sallay, *per* Johannem Filium Johannis de Boulton.
V. *Compotus de Firma* HONORIS Conani *Comitis.*
VI. *De* Compoto & Baillivo *Villæ* S. Botulfi.
VII. *De* Baillivo *Villæ* S. Botulfi *conſtituendo.*
* VIII. *Confirmatio* ESCAETÆ *Terrarum in* Brunton ROALDO FILIO ALANI *per* Johannem *Ang. R.*
IX. *Compotus Wapentachiorum de* Hang, Halikelde & Gillyng.
* X. *Conventio inter* Brianum Filium Alani & *Prioriſſam de* Synyngthwait.
XI. *Conceſſio Molarum ex Quarrera de* Melmorby *Domino* Radulpho de Middleham.
* XII. *Conceſſio* Terræ Agenenſis Johanni *Comiti* Britanniæ.
* XIII. *Inquiſitio de quibuſdam terris in* Eſtbolton, Weſtwitton, & Foreſta de Wendeſlaudale.
* XIV. *Ex Regiſtro* Fratrum Minorum Londini, *de Sepultura* Beatricis *Duciſſæ* Britanniæ, & *Donationibus* Johannis de Britannia *Comitis* Richmondiæ.
XV. *Fundatio* Cantariæ *in magna Capella de* Thoresby.
XVI. *De* Duce Britanniæ *retinendo.*
* XVII. *Pro* Anna *Regina* Angl *de* COMITATU RICHMONDIÆ, & *aliis terris conceſſis.*
* XVIII. Conceſſio COMITATUS RICHMONDIÆ Radulpho de Nevyll *Comiti* Weſtmerlandiæ.
* XIX. *Valor* Cellæ S. Martini *juxta* Richmond.
* XX. *Valor* Hoſpitalis de Welle.
* XXI. *Eccleſiarum Parochialium & Capellarum in* COMITATU RICHMONDIENSI *Catalogus.*

ADDITAMENTA

Quædam ſuis locis omiſſa

N. I°.

Donatio per Conſtantiam Britanniæ Comitiſſam, *Villarum quarundam Monaſterio* Kimperlegienſi.

Lob. T. II. *p.* 124.

IN nomine æternæ & individuæ Trinitatis, & in virtute Dominicæ Crucis, Ego *Conſtantia Britanniæ* Comitiſſa, & Regis Anglorum *Guilhelmi* filia, fraternitatis *Kemperelegenſium* fratrum pleno conventu ejuſdem Capituli particeps effecta, præſente ibidem Domino & Marito meo *Alano* Duce *Britanniæ*, *Hoeli* Ducis Filio, & ſuæ curiæ primatibus, do in perpetuum *Kemperelegienſi* Monaſterio villas quas ante deſponſionem meam eidem loco prænominato Dux dederat, &c. Actum eſt hoc *Kemperelegii* anno ab Incarnatione Dom. MLXXXVIII. die feſto Kal. Auguſti.

N°. II.

Chirographum inter Monachos de Kirkſtede & Homines de Holthaim.

E Bibl. Harleyana, 44. *E.* 55.



INter Monachos de *Kirkeſteda* & Homines de *Holthaim*, videlicet *Radulfum* filium *Suarthouet* & *Richildam* Uxorem ejus, & *Reinaldum* & *Ivettam* Uxorem ejus, & *Willelmum* & *Agnetem* illius Uxorem, & *Gunnildam* Sorem

rorem illarum Mulierum, conventum eſt de Calumnia quam habuerunt verſus Monachos, pro *Tacamento* & Stagno Molendini ſui ſuper *Beinam*, quòd firma Pax & Concordia inter eos facta eſt; ita quòd Monachi *Tacamentum* & Stagnuum ſuum in poſterum facient, ſicut & quando eis commodum fuerit, ſine aliqua Controverſia & Calumnia Hominum prædictorum, & Hæredum eorum. Hoc conceſſerunt Domui *Kirkeſtede* in Eleemoſynam, quando ibi recepti fuerunt in Fraternitatem, & pro ſalute ſua, & Anteceſſorum ſuorum. Et quia hoc unanimiter fecerunt, dederunt eis Monachi unam Marcam argenti. Hanc ergo pactionem firmiter tenendam & warantizandam affidaverunt Viri prædicti & Mulieres in manu *Walteri Capellani* de *Bardenai*, apnd ipſum Molendinum Monachorum, anno ab Incarnatione Domini M.C.LXIII. in die feſto *Sancti Sylveſtri*. His Teſtibus: Domino *Gualone* Monacho de *Sancto Laurentio* & fratre *Guve*, *Acerio de Holthaim*, *Godrico de Ruhtuna*, *Thori* & *Alveredo de Ruhtuna*, *Roberto* filio *Radulfi* de *Holthaim*, *Adam* & *Reinaldo* fratre ejus, & *Hameluve* conjuge *Acerii*, *Queniva* uxore *Ricardi*, *Matilde* & *Botilde* filiabus *Aki de Ruhtuna*.

N°. III.

Donatio Fontis per Philippum Marmyon Monachis de Kirkſtede.

Ex Coll. Dodſw. B. 6. in Bibl. Bodl. Oxon.

SCiant, &c. Me *Philippum Marmyon* de *Scrivelby*, &c. dediſſe beatæ Mariæ Monachis de *Kirkſtede*, &c. quendam fontem ſitum in mora quæ eſt de feodo meo de *Ructona*, cum *Taccamentis* ſuis, & Conductibus aquæ ab eodem fonte tendentibus ad Abbatiam de *Kirkſtede*. Teſtibus Dño *Rogero Berton*, *Symone* de *Driby*, *Radulpho de Crumwell*, &c. Dat. 1265.

N°. IV.

Confirmatio Attachiamenti *Stagni Molendinorum ſuorum in* Ribelle, *Monachis* de Sallay, *per* Johannem *filium* Johannis de Boulton.

Ex Regiſtro de Sallai Cœnob. in Bibl. Harleyana, 35. A. 13. fol. 43. a & b.

OMnibus hoc Scriptum viſuris vel audituris, *Johannes* filius & hæres *Johannis de Boulton*, ſalutem. Noveritis me dediſſe, conceſſiſſe, & hoc præſenti ſcripto meo confirmaſſe Abbati de *Sallay*, & ejuſdem loci Conventui, *Attachiamentum* Stangni Molendinorum ſuorum in *Ribelle* ſuper terram meam quæ

quæ vocatur *Le Routandeholme*, ubi meliùs ſibi viderint expedire. Ita quòd prædictum Stagnum à medietate aquæ verſus terram meam altitudinem duorum pedum non excedat: Tenendum & habendum dicto Abbati & Conventui, & eorum Succeſſoribus, liberè & quietè. Ita quòd ego prædictus *Johannes*, nec hæredes mei, ſeu aliquis nomine noſtro aliquod Jus, vel Clamium in prædicto Stangno [a], cum *Attachiamento* de cætero, exigere vel habere poterimus in perpetuum. Et ego dictus *Johannes* & Hæredes mei & Aſſignati, prædicto Abbati & Conventui, & eorum Succeſſoribus, prædictum Stangnum [a] cum *Attachiamento* contra omnes warrantizabimus & defendemus in perpetuum. In cujus rei teſtimonium Sigilla parcium hiis ſcriptis alternatim ſunt appoſita. Hiis teſtibus: *Willielmo de Rouceſtre*, *Edmundo Maunſel* de *Horton*, *H.* de *Boulton*, & aliis.

N°. V.

Compotus de Firma HONORIS Conani *Comitis.*

Ex Hiſtor. Scaccharii per Madoxium, p. 440.

HOnor Comitis *Conani*: *Randulfus de Glanvill* r. c. de vi l. & viii s. & ii d. de veteri firma anni præteriti de eodem HONORE in th. l. & Q. e. [b] Et idem de CCCC & xxx l. & xi s. & ii d. de hoc Anno de firmis *Maneriorum*, & de ſervitio *Drengorum*, & de tertio denario de *Gipeſwico*, in theſauro CCC & xxix l. & xii s. & ix d. Et in Elemoſina conſtituta, in firmis *Hoſpitalis de Richemunt* x s. pro v ſummis frumenti; & *Monialibus de Richemunt* iiij s. &c. Idem de Scutagio Militum ejuſdem HONORIS de Exercitu *Hyberniæ*; In theſauro C & Lxxvi l. & xii s. & i d. ſed non reddit inde compotum, quia nondum potuit ſcire numerum Militum ejuſdem HONORIS. *Mag. Rot.* 18. *H.* 2. *Rot.* 10. *b.*

N°. VI.

De Compoto & Ballivo *Villæ* S. Botulfi.

Madox. Hiſt. Scac. p. 280. *Ex magno Rot.* 5. Johan. *Rot.* 6. *b. Lincoln.* 1203.

HOmines de *Sancto Botulfo* de Soca, qui ſunt de HONORE de RICHEMUNT in *Hoilanda*, reddunt compotum de Cl. & ij palefridis, Per hoc quòd nullus Vicecomes vel Ballivi ſui intromittant ſe de eis, ſed ut poſſint ex ſe conſtituere Ballivum, qui reſpondeat ad Scaccarium de placitis & exitibus, ſicut conſueverunt reſpondere *Comiti Britanniæ* dum fuit in manu ſua, & de om-

[a] Ita in Originali. [b] *In Theſauro liberaverunt, & Quieti ſunt.*

nibus

nibus aliis quæ ad Regem pertinent, præter *placita Coronæ* cùm evenerint, quæ per Vicecomitem ſimul cum Baillivo eorum attachientur: In theſauro Lxxvl. & x Marcæ pro palefridis in una *Talea*, & debent xxvl. Idem reddunt compotum de eodem debito: In Theſauro liberaverunt, & Q. S.

N°. VII.

De Ballivo *Villæ* S. Botulfi *conſtituendo.*

Ex Rot. Chart. 5. Johan. m. 14. ibid.

Johannes D. g. &c. Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti carta noſtra confirmaſſe *Hominibus de Sancto Botulfo* & de Socha, qui ſunt de HONORE DE RICHEMUND in *Hoiland*, quod nullus Vicecomes vel Ballivi ſui intromittant ſe de eis, ſet ut poſſint ex ſe conſtituere Ballivum, qui reſpondeat ad Scaccarium noſtrum de placitis & exitibus, ſicut reſpondere conſueverunt *Comiti Britanniæ* dum fuerunt in manu ſua, & de omnibus aliis quæ ad nos pertinent, præter Placita Coronæ cùm evenerint, quæ per Vicecomitem ſimul cum Baillivo eorum attachientur. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti Homines habeant & teneant prædictas Libertates in perpetuum, ſicut prædictum eſt. Teſtibus, Domino *H. Cantuarienſi* Archiepiſcopo, *J. Norwicenſi* Epiſcopo, *W. Lond*[*onienſi*] Epiſcopo, *G.* filio *Petri* Comite *Eſſexiæ*, &c. *Willelmo Briwer*. Data per manum *Sim*[*onis*] Præpoſiti de *Beverlaco* & Archidiaconi *Wellenſis* apud Turrim *Londoniæ* xxx die Januarii anno r. n. quinto.

N°. VIII.

Confirmatio Eſcaetæ *terrarum in* Brunton ROALDO FILIO ALANI, *per* Johannem Angliæ *R. &c.*

Madoxii Formul. p. 300.

Johannes Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hyberniæ, Dux Normanniæ & Aquitanniæ, Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, ſalutem. Sciatis nos reddidiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmaſſe *Roaldo Filio Alani*, CONSTABULARIO RICHEMUNDIÆ, terras quæ fuerunt *Willielmi de Rollos*[a] in *Brunton* . . . . . & Croſtum cum perti-

[a] Vide Regiſtr. f. 26.

nentiis

nentiis, & unum Molendinum cum pertinentiis in * *Schideby*, tanquam Jus ſuum, & præterea dimidiam carucatam terræ cum pertinentiis in *Walemyr*[a], quæ eſt de Feodo ſuo, tanquam Eſcaetam ſuam, quæ fuit *Haſculfi*. *Filii Haſculfi*, qui fuit in *Britannia* contra nos cum inimicis noſtris, ubi obiit: Habenda & tenenda ſibi & hæredibus ſuis, de nobis & hæredibus noſtris: faciendo inde recta ſervicia, quæ feoda illa debent. Conceſſimus etiam ei, quòd nec ille nec hæredes ſui diſſaiſientur de aliquo prædictorum tenementorum, niſi per Judicium Curiæ noſtræ. Quare Volumus & firmiter Præcipimus, quòd prædictus *Roladus* & hæredes ſui poſt eum habeant & teneant omnia prædicta tenementa cum pertinentiis ſuis, bene & in pace, liberè & quietè, integrè & honorificè, in boſco & plano, in viis & ſemitis, in pratis & paſcuis, in aquis & molendinis, in ſtagnis & vivariis & piſcariis, in moris & mariſcis, & in omnibus locis & rebus, cum omnibus Libertatibus & Liberis Conſuetudinibus ad ea pertinentibus, ſicut ſupradictum eſt. Teſtibus, *Galfrido Filio Petri*, Comite *Eſſexiæ*; *Willielmo* Comite *Warennæ*; *Roberto Filio Rogeri*, *Rogero de Laſcy*, Conſtabulario *Ceſtriæ*; *Willielmo Briwerre*; *Hugone de Nevill*; *Petro de Stok*. Datum per manum *Joſcelini de Wella*, apud *Danecaſtriam* x. die Martii, anno regni noſtri ſexto.

* *Skeeby.*

N°. IX.

Compotus Wapentachiorum de Hang, Halikelde, & Gilling.

Madox. Hiſt. Scac. p. 229.

ALexander *Bacon* ut Cuſtos r. c. de xxxix l. xii s. xi d. de exitibus Wapentaccorum de HANG, HALIKEKDE, & GILLINGE, a vii. die Marcii, anno xix. uſque ad j diem Februarii anno xx: Et de xxj l. de firma eorundem Wapentaccorum à prædicto primo die Februarii quo fuit firmarius uſque ad iiij diem Septembris anno xx; per breve Regis in quo continetur, quod Rex conceſſit eidem *Alexandro Wapentaccos* de HANGE, HALIKELDE & GILLINGE, tenendos & cuſtodiendos quamdiu Regi placuerit ſicut *Warnerus Engayne* quondam Cuſtos ejuſdem HONORIS de (RICHMUND) illos tenuit pro xxxvi l. quas reddet Regi per annum. *Mag. Rot.* 19. *H.* 3. *in Rot. Compotor. a.*

[a] *Regiſtr.* p. 58.

N°. X.

Conventio inter Brianum Filium Alani & *Prioriſſam de* Synyngthwait.

Ex Coll. Dodſw. in Bibl. Harley. T. II.

TO all, &c. *Katerine* Prioreſſe of *Synyngthwait*, and the Convent of the ſame, Greeting in the Lord. Know ye that we have quitt claimed to *Bryan Fitz Alan*[a], and to his Heirs, thoſe 40s. of yearly Rent, which we have of the Gift of the ſaid *Bryan* in the Town of *Bedale*, by writing, and one Bovate of Land, with one Toft and Croft in the Town of *Aſcham Bryan*, which we had of the Gift of the ſaid *Bryan*; to wit, ſo that neither we, the Prioreſſe nor Convent, nor our Succeſſors, nor any in the Name of us, can henceforth by any means exact, and challenge, any Right or Claim in the aforeſaid yearly Rent, nor in the aforeſaid Bovate of Land, with the Appurtenances. Moreover we bind our ſelves and our Succeſſors to make one Anniverſary yearly for the Soul of the Lady *Agnes de Bedale* Mother of *Bryan*, or one Mark for one pittaunce to the ſaid Noñes on the Day of St. *Katheryne* the Virgin. And one Anniverſary to be made yearly on Friday next after the Feaſt of St. *Matthew* the Apoſtle, or one Mark for pittaunce to the ſaid Noñes on the ſaid Friday for the Soul of *Muriel* ſometimes Wife of *Bryan Fitz-Alan*. And if it happen us or our Succeſſors in the ſaid Anniverſary to fail in any Year on the ſaid Days, We will and grant for us and our Succeſſors, for every Default of any Year, to be bound in 100s. *Stirling* to the *Archbiſhop of York*, to be paid at his Will: And if it happen that we the aforeſaid Noñes, by Right and by Judgment, ſhall looſe the Tythes of *Askham*, that then we be neither bound to perform the Anniverſary of the aforeſaid *Muriel*, nor the pittaunce: Theſe being Witneſſes: *Wm. le Vavaſor*, *Wm. Roſs*, *Stephen Walays*, *John Hanewell*, *Alan Folifaut*, *Elyas Cayerton*, and others.

N°. XI.

Conceſſio Molarum ex quarrerâ de Melmorby *Domino* Radulpho de Middleham.

Madoxii Form. p. 309.

HÆC præſens carta cirograffata proteſtatur, quòd *Galfridus Pigot* conceſſit pro ſe & hæredibus ſuis imperpetuum Domino *Radulpho* & hæredibus ſuis, quod capiant & habeant in quarerâ ſuâ de *Melmorby*, Molas ad omnia molendina ſua de *Richemundeſhyre*, donando pro qualibet pari quatuor dena-

[a] Obiit Brianus hic 22°. Hen. III.

rios.

rios, præterquam ad molendina ſua de *Gryff*; quas quidem capiat quietas & ſoluras imperpetuùm ſibi & hæredibus ſuis. Conceſſit etiam prædicto *Radulpho*, quòd omnia averia villæ ſuæ de *Middleham* poſſint uti paſturâ in Mora de *Melmorby* quando voluerint, & ubique uſque *Ramiſgile*, ſine agiſtatione. Conceſſit etiam prædicto *Radulpho* & hæredibus ſuis imperpetuum, quòd habeant bene & in pace omnia clauſa facta in Communia de *Karleton*, ubi prædictus *Galfridus* priùs habuit Communiam; quæ quidem incluſa fuerunt tempore *Radulphi* quondam patris prædicti *Radulphi*, vel tempore ejuſdem *Radulphi* ſeu anteceſſorum ſuorum, uſque diem confectionis præſentis ſcripti, quod fuit die Sancti *Michaelis*, anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Quinquageſimo Septimo. Conceſſit etiam eidem *Radulpho*, quòd claudere poſſit unam placeam in prædictâ paſturâ de *Karleton*, incipientem ad *Sleypewathſtyhel* apud *Timebeck*, & ſicut *Timebek*, extendit ſe uſque caput occidentale de *Moredhweyt*, & ex parte boreali *Sibetti de Langthweyt* uſque ad *le Depgile*, & ſicut *le Depgile* extendit ſe uſque in *Flemisbek*; & ſi contingat quod averia prædicti *Galfridi*, vel hæredum ſuorum, tranſierint aliquo tempore infra præfata clauſa, pro defectu clauſturæ, bono modo retacientur ſine imparcatione: Tenenda & habenda prædicto *Radulpho* & hæredibus ſuis, omnia prædicta, ſicut præſcriptum eſt, bene & in pace, abſque contradictione ſeu impedimento, per prædictum *Galfridum* & hæredes ſuos, imperpetuum. Prædictus verò *Galfridus* & hæredes ſui omnia prædicta, ſcilicet Molas, Paſturam, & omnia Clauſa prædicta, præfato *Radulpho* & hæredibus ſuis, contra omnes homines imperpetuum warantizabunt. In cujus rei teſtimonium, præſentibus ſcriptis cirograffatis ſigilla ſua alternatim appoſuerunt. Hiis teſtibus: Domino *Radulpho Filio Ranulphi*, Domino *Johanne le Breton*, Domino *Ada de Alverton*, Domino *Johanne de Walton*, Fratre *Johanne* Abbate de *Coverham*, *Hugone de Watlous*, *Willelmo de Ridemer*, *Willelmo de Acoleſthorp*, & aliis.

N°. XII.

Conceſſio Terræ Agenenſis Johanni *Comiti* Britanniæ.

Ex Bundel. temp. Henr. III. *n°.* 175.

SAchent tous ceus ki ces preſentes Lettres verrunt ou orrunt, que come le Noble Ver *Johan* Conte de *Bretaine* demandaſt e requeſt a Noble Ver *Henris* par la grace de Deu Reys de *Engleterre* la CONTE DE RICHEMUNT, e les aportenances, la queles ſes Aunceſtres avoient autre fies tenue, e demandaſt la dite *Conte* come ſon Heritage, e cil *Rois* euſt done la dite Conte a Sire *Peres de Savoie* ſon Uncle, de ki meins il ne la poeit, nene veleit retrare, i celui Roi dona en eſchaunge de la CONTE DE RICHEMUNT ou dit *Johan Conte de Bretaine*, a avoir e a tenir a lui e a ſes heirs, par nun de heritage, la terre de *Agenois*, ou les deniers ke li *Rois* de *France Loeys* li doit doner a rendre pur cele dite terre de *Agenois*, ieſque la value de la dite CONTE DE RICHEMUNT, e des aportenances, ke li Aunceſtres du dit *Conte* tindrent, & ſerra priſee bien, leaument a dreite value, de terre par an par deus Chivaleres eleuz

 a fere

a fere le pris de la dite CONTE DE RICHEMONT, e li uns des Chivaliers ſera mis de par le dit *Rois* de *Engleterre* e li autre par le dit *Conte*. E ſi li uns ou li deus de ces Chevalers moreient pus ke il ſereient eſluz devant qe li pris de la dite CONTE DE RICHEMONT fuſt fe li *Rois* e li *Conte* mettroient autres e lor lius, cheſcun le ſon, ſi come il eſt dit par de ſus. E ſi il aveneit ke til deu Chevaler devantdit ne ſe puſſent accorder a feire le pris de cele CONTE DE RICHEMONT, li tierz ſera eleu par la noble Dame *Margarette* par la grace de Deu Reyne de *France* en teu maneree ke ceo a quei le tierz ſa cordera de pris de la CONTE DE RICHEMONT, avoqes un de eaus ſoit garde e tenu. E le devant dit *Rois de Engleterre* eſt tenuz a deſtreindre ceus ke li Chivaler devandit vodrunt apeler a faire la priſee de la CONTE DE RICHEMUNT, e a aus aider, e conſeiler leaument par lor ſeremenz. E ceſte priſee doit eſtre faite de denz lan ke *Johan* li eſnez fiz e heir du dit *Rois de Engleterre* ſerroit eſpoſez e aſemblez par non de mariage. E li dit *Conte de Bretaine* avera la terre de *Agenois* devantdite ou les deniers ke li *Rois de France* rendra cheſcun an au dit *Rois de Engleterre*, par la reiſon de la terre de *Agenois*, en teu manere ke ſi la terre de *Agenois* ou les deners valoient plus ke le pris de la CONTE DE RICHEMUNT fet par les Chevalers avantdiz, li *Rois de France* rendra a celui *Rois de Engleterre* le plus. E ſi meus ſealoient li Rois de *Engleterre* deit parfere au dit Conte jeſqe value du pris de la CONTE DE RICHEMUNT e a ſoer en ſes terres plus precheines a la terre de *Agenois*, ke le ſont donees e rendues par le Roi de *France*. E ceſte eſchaunge devantdiz vet e otroie le dit Rois de *Engleterre* a celui *Conte*, en teu manere que le dit *Conte* prenne a teigne totes ces choſes bien e en peis come ſon heritage deu *Roi de France*, e leu face homage, jeſqe a tant qe li *Rois de Engleterre*, li ait aſſis la value du pris de la CONTE DE RICHEMONT, ſi come il eſt devant dit ou Reame de *France*, ou en Reame de *Engleterre*, e ceſt aſſiſe li doit faire rachever li dit Roi de *Engleterre* dedenz ſiz ans puis la date de ceſtes letres al eſgard de deus Chevaliers avantdiz, ou diz tierz oveſqe un de deus, ſi li deus ne ſe poent accorder, & auſi doit le dits *Rois* aſſenter totes ceſtes choſes, al eſgard de ces Chivaliers.

N°. XIII.

Inquiſitio de terris quibuſdam in Eſtbolton, Weſtwitton, & Foreſta de Wendeſlaudale.

Ex Bundel incert. temp. Hen. III. *n.* 264.

Wapentak. de HANG.

JUratores. Dominus *Johannes de Bellirby*, *Hervicus de Clifftona*, *Johannes de Thorneton*, *Willielmus de Thorisby*, *Johannes de Burtona*, *Robertus de Hutona*, *Thomas de Horneby*, *Rogerus de Wimondiſlay*, *Wimerus de Laiburne*, *Mattheus de Rand*, *Johannes de Heſlirton*, *Robertus de Scotia*.

Dicunt quòd quidam quondam *Comes Richmond* dedit tres carucatas terræ in *Eſtbolton* Anteceſſoribus *Ymaynæ filiæ Ricardi in* DRENGAGIO, ſcilicet ad cariandum Vinum COMITIS à *Caſtello* uſque ad *Foreſtam*, & ad nutriendum Canes & Aves COMITIS, ſet numerum neſciunt; ſet iſtud ſervitium ſubtractum eſt

eſt ad quandam certam firmam, ſcilicet novem ſolidorum per annum, ſet neſciunt quo Waranto; de dicta autem terra tenent *Petrus* & *Ymayna* unam Carucatam & dimid. quæ valent triginta ſolidos; de *Petro* & *Ymayna* tenent hæredes *Willielmi Clerici* unam carucatam alienatam terræ, quæ valet xx ſolidos, & de eadem terra tenent hæredes *Willielmi filii Ulfii* dimidiam Carucatam terræ alienatam, quæ valet x ſol. ſed de carucata terræ quam hæredes *Willielmi Clerici* tenent, ſunt vii acræ datæ *Domui de Jorevallibus* quæ valent iii ſolidos.

Item dicunt, quòd quidam quondam COMES RICHEMONDIÆ dedit Anteceſſoribus *Petri Botterel* Villam de *Weſtwitton*, quæ valet quadraginta libras, cum donatione Eccleſiæ, quæ valet xx libras: Qui *Petrus Domui de Jorevallibus* dictam Villam cum donatione Eccleſiæ vendidit, quum HONOR RICHMONDIÆ in manu Domini Regis fuit, reddend. eidem *Petro* xx libras per annum, quam firmam Dominus *Petrus de Sabaudia* poſt adventum ſuum recepit.

In eadem *Wittona* tenet *Alanus filius Briani* unam Carucatam terræ per Cartam, ut intelligunt.

Item dicunt, quòd Dominus *Ranulfus filius Roberti* deberet eſſe *Foreſtarius* de *Wendiſlaudale* in feodo, quam Foreſtam Dominus *Petrus* in manu ſua habet.

Seneſcallus de feodo
Pincernarius de feodo
Camerarius de feodo
} Set dicunt quòd omnes feofati fuerunt de terris ſuis antequam receperunt *Serjantias*, & tenent terras ſuas per Servitium *Militare*.

N°. XIV.

Ex Regiſtro Fratrum Minorum *Londini.*

Bibl. Cott. Vitell. F. 12.

IN medio Choro ante magnum Altare jacet nobilis Domina *Margareta*, filia Domini *Ludovici* Regis *Franciæ*, & Uxor *Edwardi* I. &c.

Item ad ejus ſiniſtram in Archu Boreali jacet Domina *Beatrix* Duciſſa *Britanniæ*, & filia R. *Henrici* III. & *Alianoræ* conſortis, & uxor *Johannis* Ducis *Britanniæ*, &c.

Ibid. fol. 42.

Dominus *Johannes de Britannia*, COMES RICHMONDIÆ, ſpecialiſſimus promotor & amicus Fratrum Minorum, dedit in ſubſidium Eccleſiæ dictorum Fratrum circa ccc lib. Sterlingorum, Calicem aureum pretioſum, Veſtimenta varia precioſa, tapecia, & alia multa bona quæ numerari non poſſunt, pro victu & neceſſitatibus Fratrum; cujus animæ propitietur Deus.

N°. XV.

Fundatio Cantariæ in magna Capella de THORESBY.

E Madoxii Form. p. 262.

HOC ſcriptum Cyrographatum inter Dominam *Mariam de Nevill* Dominam de *Myddelham* ex una parte, & religioſos viros Abbatem & Conventum de *Coverham* ex altera confectum, teſtatur, quòd cùm dicta Domina *Maria* pro ſalute animæ ſuæ & animarum patris & matris ſui, ac Domini *Roberti de Nevill* quondam viri ſui, & omnium anteceſſorum & hæredum ſuorum, dederit & conceſſerit Deo & Eccleſiæ Beatæ Mariæ de *Coverham*, & prædictis Abbati & Conventui, quinquaginta acras, dimidiam rodam, & quindecim perticatas terræ, & tres acras prati, de Dominicis terris ſuis in villa & territorio de *Magna Crakehall*, & duo Meſſuagia & quatuor bovatas terræ, quæ *Willielmus Filius Alani* & *Radulfus Filius Willielmi* tenuerunt in bondagio in prædicta villa & territorio; & eciam prædictos *Willielmum* & *Radulfum* nativos ſuos, cum omnibus catallis & totâ ſequelâ ſuâ, & cum omnibus ſerviciis eorundem: Et unum Meſſuagium & quinque acras terræ quæ *Willelmus Filius Symonis* tenuit in eâdem, & eundem *Willelmum* nativum ſuum cum omnibus catallis, ſerviciis & totâ ſequelâ ſuâ: Et unum meſſuagium & duodecim acras & dimidiam, & duas perticatas terræ, & unam acram & dimidiam prati, quæ *Alicia Steel* tenuit in eâdem, cum ſerviciis ejuſdem tenementi: Ac eciam illud Meſſuagium quod *Galfridus de Eccleſiâ* & *Matilda Lotrix* tenuerunt in villâ & territorio de *Thoraldeby*, cum omnibus ſerviciis ejuſdem tenementi; & totum pratum in circuitu Magnæ Capellæ in villa de *Thoraldeby* ſitæ, & paſturam ad quatuor vaccas in communiâ paſturæ ejuſdem villæ; & viginti ligatas turbarum ſingulis annis imperpetuùm capiendas & habendas in turbariâ prædictæ villæ; prout pleniùs continetur in Cartâ dictæ Dominæ *Mariæ* eis inde confectæ, per ſervicium inveniendi plenam & perpetuam *Cantariam* per duos Capellanos ſæculares in Magnâ Capellâ in Villâ de *Thoraldeby* ſitâ, ſicut in prædictâ Cartâ continetur expreisè: Supradicti Abbas & Conventus ad majorem ſecuritatem faciendam de prædictâ cantariâ, conceſſerunt pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, quòd ipſi illos prædictos duos Capellanos ſæculares ydoneos invenient imperpetuùm, divina celebraturos cotidiè in prædictâ Capellâ de *Thoraldeby*, pro animabus in prædictâ Cartâ contentis: Qui quidem Capellani ſingulis ſeptimanis imperpetuùm celebrabunt divina de *S. Trinitate* per unum diem, de *Sancto Spiritu* per unum diem, de *Beata Maria Virgine* per duos dies, & pro *pro Defunctis* per tres dies: Ita quòd ſi prædicti Capellani, vel alter eorum, aliquo caſu rationabili impediti fuerint, quominus Cantariam prædictam ſingulis diebus, ut prædictum eſt, facere non poterunt, vel quòd ipſi Capellani, ſeu alter eorum, inhabiles ad Cantariam faciendam, vel inhoneſti, & ſuper hoc rationabiliter convincantur, ubi convinci debeant; extunc iidem Abbas & Conventus, & eorum ſucceſſores, loco eorum, infra octo dies proximò ſequentes, alios ſeu alium Capellanos ſeu Capellanum, ydoneos vel ydoneum, canonicos, vel ſeculares, ad faciendum plenariè dictam Cantariam uſque ad proximum terminum *Sancti Martini* in hyeme, vel *Pentecoſtes*, exinde futurum, ſubſtituent, & tunc ad eundem terminum de aliis ydoneis Capellanis ſæcularibus providebunt dicti Abbas & Conventus, & eorum ſucceſſores, ut prædictum

dictum eſt, ibidem celebraturis: Et ſi contingat dictam Cantariam per communem guerram impediri, quominùs in prædictâ Capellâ fieri poterit, ut prædictum eſt; tunc poſt ipſum impedimentum quàm ciciùs commodè fieri poterit, ſolvant & faciant iidem Abbas & Conventus arreragia Miſſarum quæ aretrò fuerint, infra Abbatiam ſuam de *Coverham*, per celebracionem Miſſarum ibidem; ſi verò dicta Cantaria aliquo tempore in parte vel in toto quoquo modo aretrò eſſe contingerit, bene liceat dictæ Dominæ *Mariæ*, & hæredibus ſuis, in omnibus terris & tenementis de *Thoraldeby & Crakehal* prædictis diſtringere, & diſtricciones retinere, quouſque eis tam de prædictâ Cantariâ, quàm de arreragiis prædictæ Cantariæ, per celebracionem Miſſarum, ut prædictum eſt, plenariè fuerit ſatisfactum. Et ſciendum eſt, quòd prædicti Abbas & Conventus & ſucceſſores ſui, ex reverenciâ dictæ Dominæ *Mariæ* & hæredum ſuorum, venire faciant coram dictâ Dominâ *Mariâ* & hæredibus ſuis, ſi ipſam vel hæredes ſuos apud *Myddelham* vel *Thoraldeby* inveniri contigerit, quemlibet Capellanum qui Cantariam prædictam facere debeat, quociens aliquis de novo ibidem celebraturus & moraturus apponi debeat, & hoc infra quindecim dies quibus celebraverit: Et prædicti Abbas & Conventus, & eorum ſucceſſores, omnia in prædicto ſcripto Cyrographato contenta, in *Capitulo generali Præmonſtrenſis Ordinis* quàm citiùs commodè fieri poterit faciant confirmari. Et ſciendum eſt, quòd dicta Domina *Maria*, & hæredes ſui, domum Capellæ prædictæ, in quâ fieri debet prædicta Cantaria, ſumptibus ſuis propriis rationabiliter in omnibus ſuſtentabunt, & prædicti Abbas & Conventus & ſucceſſores ſui omnia alia ad prædictam Cantariam neceſſaria plenariè invenient. Et prædictus Abbas & ſucceſſores ſui Fidelitatem facient dictæ Dominæ *Mariæ* & hæredibus ſuis, de prædictâ Cantariâ plenè & fideliter faciendâ. In cujus rei teſtimonium, uni parti præſentis ſcripti Cyrographati penes prædictam Dominam *Mariam* reſidenti, prædicti Abbas & Conventus commune Sigillum Capituli ſui appoſuerunt, cujus alteri parti penes ipſos Abbatem & Conventum reſidenti, dicta *Maria* ſigillum ſuum appoſuit. Hiis teſtibus: Dominis *Henrico Filio Hugonis*, *Johanne le Marmion*, *Thomas de Rychemund*, *Henrico le Scrop*, *Ricardo de Berningham*, Militibus; *Galfrido le Scrop*, *Willelmo de Burgo*, *Johanne de Hunton*, *Roberto de Egliſclif*, *Alano de Stodhagwe*, *Hugone Filio Petri de Thoresby*, *Ranulpho Pigot*, & aliis. Datum apud *Middelham* in Octabis Epiphaniæ Domini, anno Gratiæ Milleſimo Trecenteſimo Sextodecimo.

N°. XVI.

De Duce Britanniæ *Retinendo.*

Ex Collect. Cl. V. Johan. Anſtis Armig. R. Gart. ad arma.

CESTE Endenture faite par entre notre Seignr. le Roy *Richard* dune part, & Monſire *Johan Duc de Bretagne* dautre part, teſmoigne, que le dit *Duc* eſt demorez denvers nôtre Seignr. *le Roy* pur lui ſervir un quarter dun an oveſq; deux centz Hommes darmes, & deux centz Archiers, en un voiage & armee de gurre, qeſt ordenez affaire procheinement ſur la meer, en la compaignie de Monſire *Thomas* Conte de *Buckyngham*, Uncle de nôtre dit Seignr. *le Roy*, & Coneſtable *Dengleterre*, Cheuetein du dit viage; des queux Hommes darmes

ſeront

ſeront le dit *Duc* douſze Chivalers, & Cent quatrevyntz & ſept Eſquiers, comenceant le dit quarter le jour que le dit *Duc* ſera venuz, au port de la Meer, oveſque ſa dite retenue par commandement de nôtre dit Seign^r. *le Roy*, preſt pur eskipper & pur aler auant en le dit viage. Et prendra le dit *Duc* pur lui & pur ſa dite retenue gages de guerre acuſtumez, & pur lui meiſmes, & pur ſes dites gentz darmes regard acuſtûmez, & demy des queux gages, & regard acuſtumez il ſera paiez pur le dit quarter avant le comencement du dit viage, & du demy regard il avera bon & covenable aſſignement den eſtre preſtment ſerviz le dit quarter finiz, ſanz eſtre repellez. Et ſi il aveigne qe le dit *Duc* oveſq; ſa dite retenue demoerge en ſervice de nôtre dit Seignour *le Roy*, en dit viage, outre le dit quarter, adonqe il ſera paiez pur lui, & pur ſa dite retenue pur le temps qils averont demorez en le ſervice de nôtre dit Seignour *le Roy*, ou're le dit quarter, de autielx gages & regardz come deſus ſont expreſſez. En teſmoignance de quele choſe a la partie de ceſte Endenture demorante vers nôtre dit Seignour le Roy le dit *Duc* ad mys ſon Seal. *Donne a Londres le* xx *jour*
1377. *de Septembre lan du Regne de nôtre dit Seignour le Roy primer.*

N°. XVII.

Pro Anna *Regina* Angliæ *de* COMITATU RICHEMONDIÆ & *aliis terris conceſſis.*

Rot. Pat. 8. R. 2. p. 2. m. 45.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Sciatis quòd cùm nuper de aviſamento & conſenſu Dominorum Magnatum, & aliorum peritorum de Concilio noſtro, ordinaverimus & promiſerimus, quòd *Annæ* Reginæ Angliæ, Conſorti noſtræ cariſſimæ, de *qnatuor millibus & quingentis libratis* terræ & reditûs per annum in locis competentibus infra Regnum noſtrum *Angliæ* habend. in dotem, ſeu dotalitium, & alias ad vitam ſuam providere deberemus, &c. Dedimus & conceſſimus, pro nobis & hæredibus noſtris, eidem Conſorti noſtræ, Manerium de *Gedington* in *Com. Northt.* cum pertin. necnon *Comitatum* & *Dominium* RICHEMONDIÆ, habend. ad terminum vitæ ſuæ, unà cum Caſtris, Maneriis, Villis, Honoribus, Hundredis, Membris, Parcellis, & aliis pertin. ſuis univerſis, adeò integrè & liberè, ſicut *Johannes Dux Britanniæ*, aut cariſſimus Avunculus noſter *Johannes* Rex *Caſtellæ* & *Legionis*, Dux *Lancaſtr.* nuper Comes RICHEMUNDIÆ, dicta Comitatus & Dominium RICHEMUNDIÆ, cum pertin. meliùs, integriùs & liberiùs habuit quovis modo, &c. In cujus, &c. Teſte Rege apud *Weſtmonaſt.* 22°. die Decembris.

N°. XVIII.

Conceſſio COMITATUS RICHMONDIÆ Radulpho de Neville *Comiti* Weſtmerlandiæ.

Rot. Pat. 1. *Henr.* 4. *p.* 1. *m.* 17.

